(2)

SEPTIMO TO-
mo hæc insunt, In parabolas Sa-
lomonis commentarii. In Ecclesiasten, diui Hieronymi Stridonensis commentarii. Homiliæ in Cantica canticorum quatuor, Origenis nomine. Denique in Iob commentarii.



PARISIIS,

Apud Carolam Guillard, sub Sole aureo, via ad diuum Iacobum, Anno domini

1546

SEPTIMO TO-
mo hæc insunt, In parabolas Sa-

lomonis commentarii. In Ecclesiasten, diui Hieronymi Stridonensis commentarii. Homiliæ in Cantica canticorum quatuor, Origenis nomine. Denique in Iob commentarii.

PARISIIS,

Apud Carolam Guillard, sub Sole aureo, via ad diuum Iacobum, Anno domini

1 5 4 6

BRVNO AMORBACHIVS BASILIENSIS CANDIDO LECTORI S. D.

NOn clam me eſt candide lector, Commentarios in prouerbia Salomonis, quibus primum in hoc tomo locum dedimus, Hieronymi non eſſe: nam id vel hinc deprehenditur, quòd tota dicendi figura, ab Hieronymiana dictione, modis omnibus diſſidet. Quin Gregorius ſemel atque iterum in hoc opere citatur. Vetuſtiſſimi quidam codices in mẽbrana ſcripti, Bedæ vindicabant. Certè cuius cuius ſint, Hieronymi non eſſe, ipſi clamant. Sed enim ob id potiſſimũ non omittẽdos cenſuimus, ne lector queri poſſit, in hac noſtra æditione pauciora ſibi data, quàm in Veneta habebantur. Porrò commentarios in Eccleſiaſten ſecundo poſuimus loco, qui ex ipſiſſima Hieronymi prodierũt officina, id quod vel mediocris peritiæ lector, ex dicendi charactere, niſi planè Acarnanius bos ſit, olfacere facilè poteſt. Sunt enim terſi, eruditi, excuſſi, non barbarie ſtribliginoſi, aut ineptè loquaces, & ocioſi. Explicant myſteria, ſed acutiſſimè doctiſſimeq; Iungunt allegorias, ſed conuenientiſſimas. Neque id mirum, quandoquidem ſic fuit linguarum auxiliis inſtructus Hieronymus, vt Latinos omnes ſuperaret, Græcis non inferior. Quoties igitur aliquid ſcripturus erat, Hebræorum exemplaria & Græcorum potiſſimum commentarios inſpexit: ſed quod intelligeret, hoc linguarum peritiæ debebat. Vtinam & noſtræ ætatis theologi, diſcerent linguam Græcam, qua ſe carere deplorat Auguſtinus: & Hebraicam, qua non eſt alia vel ſanctior, vel ad intelligenda prophetarum ſenſa magis neceſſaria. Cæterũ de Homiliis quatuor in Cantica canticorum, quas è volumine epiſtolarum in hũc tomum retulimus, ſint Origenis necne, nolo in præſentia diſputare: certè multa ſunt, quæ eas Latini hominis eſſe, non Græci, comprobent. Illud auſim affirmare, etiam ſi Græci hominis ſint, Hieronymum non vertiſſe. Poſtremò de commentariis in Iob, quos antiquiſſimus codex è bibliotheca ſancti Galli huc allatus, Hieronymo tribuebat, idem mihi dicere licet, quod Eraſmus noſter de pandectis Iuſtiniani quodam loco ſcribit, videlicet centones eſſe & inæquales Gloſſariorum rhapſodias. Quòd ſi quiſpiam iudicio noſtro non accedit, ſuo fruatur. Nos lectorem admonendum duximus. Docti itaque boni conſulant. Bene vale candide lector. Baſileæ. Nonis Martiis. Anno M. D. XVI.

COMMENTARII BEDAE IN PARABOLAS Salomonis, falsò Hieronymo attributi.

Parabolæ. PArabolæ Salomonis filij Dauid regis Iſrael.) παραβολαὶ græcè, Latinè dicuntur ſimilitudines. Quod huic libro vocabulum Salomon ob id impoſuit: vt ſciremus altius, & non iuxta literam tantum, nos intelligere debere quæ dicit. In quo dominum ſignificat per parabolas turbis fuiſſe locuturum. Salomon autem nomine proprio, & pacifico regni ſui ſtatu, regnum Chriſti & eccleſiæ perenne denunciat: de quo ſcriptum eſt: Multiplicabitur eius imperium: & pacis non erit finis: ſuper ſolium Dauid ſedebit, & ſuper regnum eiº. Sicut & templi conſtructione ac dedicatione, ædificationem ſanctæ eccleſiæ: quæ tempore reſurrectionis in æternum dedicabitur, inſinuat. Nam & ipſe ſaluator filius eſſe Dauid, & rex ſpiritualis Iſrael, etiam turbarum teſtimonio, quę ciuitatem Hieroſolymam venieti cum palmarum ramis & laudibus occurrere declaratur. Notandum autem quòd in vulgata æditione pro Parabolis, quæ Hebraicè מְשָׁלוֹת vocantur: παροιμίαι id eſt, prouerbia dicuntur. Sed nec ipſum nomen abhorret à verò. Quæ enim parabolæ rectè nuncupantur: quia occulta ſunt: poſſunt non incongruè etiam prouerbia vocari: quia talia ſunt quæ meritò ſæpiſſimè ore colloquentium verſari ac memoria debeant retineri. Nam & prouerbia plerũque tam obſcurè dicuntur, vt meritò eadem poſſint etiam parabolarum nomine notari: domino atteſtante, qui ait: Hæc in prouerbiis locutus ſum vobis: Venit hora cùm iam non in prouerbiis loquar vobis, ſed palàm de patre annunciabo vobis. Quid autem vtilitatis parabolę Salomonis conferant, ſacramento tituli monſtratur cum ſubditur: b ¶ Ad ſciendam ſapientiam & diſciplinam.) Sapientiam autem & diſciplinã ſcire eſt, quomodo rectè credere, qualiter ſecundum id viure oportet quemq; quod veraciter conſtat didiciſſe: quo intentionem cordis dirigere, quid operando gerere conueniat noſſe. Quòd autem adiungit: c ¶ Ad intelligenda verba prudentiæ &c.) Monet eos quos imbuit: vt non ſolum ſapientiam quam ſemel ipſi perceperint amplecti: & diſciplinæ virtutum quam cognouerint, ſciant inſeruire: ſed etiam verbis prudentium, quibus ad perfectiora proficiant, libenter auſcultare, & hæc ſolerter intelligere curent. d ¶ Iuſtitiam, & iudicium, & æquitatem.) In iuſtitia, actio recta: in iudicio, diſcretio boni & mali: in æquitate verò rectitudo mentis intelligitur. Iuſtitia eſt in his quæ ſecundum regulam veritatis bene operamur. Iudicium in illis quę recta diſcretione cum proximis agimus. Aequitas in eo, cùm ſyncera intentione, deo ſoli in his quæ rectè gerimus vel iudicamus, placere contendimus. e ¶ Vt detur paruulis aſtutia: adoleſcenti, ſcientia & intellectus.) Paruuli dicuntur ſenſu ſimplices: adoleſcentes verò in fide & opere proficientes. Paruulos dicit eos qui nuper ſapientiæ aurem accommodare cœperant. Adoleſcentem, qui aliquantum iam in eius auditione profecit. Et ideo fortaſſe paruulos plurali numero, adoleſcentem appellat ſingulari: quia doctrina ſapientiæ, quos diuerſis animi moribus, diuerſis viuendi moribus deditos ſuſcepit, in vnã virtutis perfectionem erudiendo prouehit: de quibus iure dicatur: Multitudinis credentium erat cor vnum, & anima vna. Vt detur, inquit, paruulis aſtutia, ſubtilitas cautelæ. Hæc etenim rudibus & incipientibus eſt neceſſaria: per quam ſophiſmatum dinoſcere & cauere verſutiam poſſint: ne falſorum fraudibus argumentorum abducantur à ſimpliciſtate veręſapientiæ, quæ ducit ad vitam. Adoleſcenti ſcientia & intellectus: quia qui prudenter declinat falſa, conſequenter ſcita veritatis percipiet. Hactenus prętitulatio, hinc iam ipſe textus parabolarum incipit.

a PArabolæ Salomonis filij Dauid regis Iſrael. Ad ſciẽndam ſapientiam, & diſciplinã. Ad intẽlligenda verba prudentiæ, & ſuſcipiẽdam eruditionem
b doctrinæ. Iuſtitiam,
c & iudicium, & ęquitatem. Vt dẽtur paruulis aſtutia: adoleſcẽti, ſciẽtia & intellectº.
f g Audiẽns ſapiens ſapientior erit. Et intẽlligens gubernacula poſſidebit. Animãduertet parabolam & interpretationem,
h verba ſapientium: & ænigmata eorum.
i Timór domini, principium ſcientiæ: Sapientiam

Eſa. 9. d

B

Mat. 21. a

Ioan. 16. f

C

Iuſtitia. Iudicium. Aequitas

Paruuli

Adoleſcẽtes

Acto. 4. f

D

f ¶ Audiens ſapiens ſapientior erit.) Quia ſapientiæ amator extitit Salomõ: qui optione ſibi data, ſapientiam petiit & accepit: pulchrè initium Parabolarum ſuarum à ſapientia ſumit. Quod autem ait, ſapiẽtem cùm audierit verbum, ſapientiorem effici: oſtendit neminem in hac vita ita ſapientẽ fieri poſſe, cuius ſapientia nequeat augeri. Semperq; moris eſſe ſapientum vt dictis maiorum, aliquando etiam minorum, auſcultent: & quicquid in eis vtilitatis audierint, ad ſe replicent, ſuoq; in corde recondant. Deniq; audiuit ſapiens minor maiorem, regina Saba Salomonem, & ſapiẽtior rediit. Audiuit Moyſes ſocerum, multo inferiorem ſubli-
E mior: & ſapientior redditus eſt. Audierunt diſcipuli Chriſtum: & ſpiritum ſapientiæ percipere meruerunt. Audiuit Nicodemus: audiuit Gamaliel: audiuit diſcipulus ejus tunc Saulus, nunc apoſtolus Paulus, ſapiẽtes vtique verbum euangelij: & ſapientiores ſunt facti. Qui etiã Paulus cùm ad tertium cœlum raptus, audiſſet ea quæ non licet hominibus verba loqui, nihilominus ad terram reuerſus aiebat: Quia ex parte cognoſcimus, & ex parte prophetam⁹. Cum autem venerit quod perfectum eſt, euacuabitur quod ex parte eſt. g ¶ Et intelligens gubernacula poſſidebit.) Nemo ſe de ſua iactet ſcientia: quia qui ſapientium verba crebrò audire & intelligere negligit, vitam ſuam rite gubernare nõ nouit. Quanto magis alieno regimini prefici nequit, Qui ſeipſum ad patrum diſciplinam ſubiicere contempſit? Quod ergo ait: Audiens ſapiens ſapientior erit: ad cognitionem rerum quæ per ſapientiam noſcuntur reſpicit. Quòd verò addit: Et intelligens gubernacula poſſidebit: ad rectitudinem vitę, quæ per eãdem ſapientiam diſcitur vel docetur, pertinet. Et pulchrè principium Parabolarum principio cõgruit tituli: quod ita ſe habet: Parabolæ Salomonis filij Dauid regis Iſrael, ad ſciendam ſapientiam & diſciplinam.

3. Reg. 10. a. Exod. 18. d.

Matt. 13. d Ioan. 3. a. Acto. 5. f. & 9. & 22. a

1. Cor. 13. c

F

h ¶ Animaduertet parabolam &c.) Animaduertere, eſt animum illuc vertere: hoc eſt, ſenſus in id quod legitur, intendere. Parabola eſt comparatio ex diſſimilibus rebus: aliud enim in ſuperficie ſonat: & aliud intellectu innuit. Aenigma eſt quæſtio obſcura, quæ difficilè intelligitur niſi aperiatur, vt illud in libro Iudicum: De comedente exiuit cibus: & de forte egreſſa eſt dulcedo. Animaduertet parabolam & interpretationem, verba ſapientium, & ænigmata eorum. Hoc diſcipulis ſe humiliter audientibus, ipſa quæ eos in carne apparens erudiebat ſapientia donauit: vt & ſuas parabolas, quæ turbæ nequibant intelligere, & prophetarum ac legis ænigmata, id eſt obſcura dicta ſpiritualiter animaduertere, ac ſuis auditoribus dilucidare valerent: ſed & ſequentibus eccleſiæ magiſtris, eadem intelligentiæ ſpiritualis arcana piè quærentibus, ac pulſantibus referat. i ¶ Timor domini &c.) Duo ſunt timores domini, prior ſeruilis, qui principium ſcientiæ vel ſapientiæ vocatur. Secundus amicalis, qui perfectiorem ſapientiam comitatur. Timor ſeruilis, principium ſapientiæ eſt, quia quiſquis poſt errorem delictorum ſapere incipit, primò timore diuino corripitur, ne ad termẽta ducatur: ſed hunc timorem perfecta dilectio foras mittit. Succedit autem timor domini ſanctus permanens in ſeculum ſeculi: quem non excludit, ſed auget charitas. Ipſe eſt quo timet filius bonus, ne vel in modico oculos amantiſſimi patris offendat. Nam inchoatiuo timore ſeruilis adhuc animus metuit, ne ab irato domino pœnis ſubigatur. Vterque

Aſſaduertere. Parabola Aenigma

Iudic. 14. c

Timores duo.

1. Ioan. 4. d. Pſal. 18. b.

G autem timor in futura vita cessabit. Charitas verò nũquam
1.Cor.13.c excidet,sed in plenitudine sapientię perpetua manebit:quod
est cognoscere verum & vnum deum, & quem misit Iesum
Christum. a ¶Sapientiam atque disciplinam stulti &c.)
Dixerat de sapiente:quòd audito sermone,sapientior fieret:
& intelligens rectè suos guber-
nare disceret actus. Dicit econ
trariò de stultis, quia sapienti-
am recti dogmatis & disciplinã
puræ conuersationis non modo
non assequantur, sed & nosse cõ
temnant. Denique prædicante
in carne ipsa sapientia, sapien-
tes quique gaudentes accurre-
bant: At pharisæi & principes
sacerdotũ, salutaria eius dicta
simul & facta spernebant. Et no
tandum quòd sapientem singu-
lari numero, stultos describit
plurali: quia & plures sunt sapi
entibus stulti,& sapientium cœ
tus omnis vniformẽ tenet callẽ
pietatis. Porrò errantium dissi-
H mile dogma,dissimilis est & or-
do viuendi. b ¶ Audi fili mi
disciplinam &c.) Hactenus ꝓ-
uerbialiter de vtraque parte di
sputauit: hinc iam sedulus inci-
pit admonere quęque fidelem,
vt disciplinam legis diuinæ, blã
ditiis præponat reproborum:
quia nimirum huius custodiam corona, illorum facinora
mors sequatur æterna. Vnde & rectè filium vocat, quem pa-
terna sollicitudine curat instituere. Potest & ex dei patris
persona dictum accipi: in nomine autem matris, ecclesia, quę
tunc synagoga vocabatur, intelligi. Et notandum ꝙ ita nos
disciplinam patris audire præcipit: vt legem quoque matris
nulla ratione dimittamus: quia non sufficit, vt quis se deum
diligere, & eius præceptis obtemperare dicat, si vnitatem
ecclesiæ, fraterna charitate non sequitur, nec vetat aliquid
matrem ipsam dei gratiam qua saluamur accipere. Nam &
apud Hebræos, spiritus qui gratiam præstat genere fœmini
no רוח nuncupatur. Aliter: Pater omnium electorũ est deus,
Hiere.3.f. Psal.112.a. qui per prophetam loquitur, dicens: Patrem vocabis me, &
post me ingredi non cessabis. Mater nostra est ecclesia, de
qua propheta ait: Qui habitare facit sterilem in domo, ma-
trem filiorum lætantem. Filium appellat, quem imbuit pa-
I ternitatis affectu. In disciplina paterna, noui testamenti do-
ctrina ad audiendum proponitur. In lege materna, veteris te-
stamenti commendat arcana. c ¶ Vt addatur gratia capi-
ti tuo,& cætera.) Mos apud veteres fuit, vt legitimè certan-
tes, coronam in capite, torquem in collo acciperent. Et nobis
ergo si disciplina conditoris nostri, si gratia matris sit ad cu-
stodiam, maior inde spiritualium virtutum claritas augetur.
Additur enim gratia capiti, cùm charitas quę principale mẽ
tis ornat, ardentius inflammatur. Additur & collo torques,
cùm fulgore perfectæ operationis sermo prædicationis, qui
per collum procedit, confirmatur: ac ne cõtemni ab audito-
ribus debeat, indeficienti virtutum connexione docetur. Vel
gratia in capite vniuscuiusque electi additur, cùm donũ spi-
ritus sancti eius menti diuinitus illabitur. Torques verò in
collo eius tribuitur, dum decus intelligentiæ ei cœlitus con
ceditur. Sed & his qui Mosaicæ legis decreta domino veni-
ente seruabant, addita est gratia noui testamenti cum spe re-
gni cœlestis. Cuius splendor eximius ad exemplum coronæ
vel torquis, nullo vnquam fine claudetur. Nobis quoq; cùm
pro bonis actibus, quos diuina gratia prærogauit, lux æter-
na tribuitur: gratia profectò capiti & collo torques additur:
Ioan.1.b. iuxta illud Euangelij: Quia de plenitudine eius nos omnes
accepimus gratiam pro gratia. Gratiam scilicet beatæ retri-
butionis, pro gratia rectæ operationis. d ¶Fili mi si te
lactauerint peccatores, ne acquiescas eis.) Duobus modis la
ctant peccatores quos decipiunt: quia aut ad faciendum sce

a Sapientiam atq; disciplinam stulti despi-
b ciunt. Audi fili mi disciplinam patris tui,
c & ne dimittas legem matris tuæ. Vt ad-
datur gratia capiti tuo, & torques collo
d tuo. Fili mi si te lactauerint peccatores, ne
e acquiescas eis. Si dixerint, veni nobiscum,
f insidiemur sanguini: Abscõdamus tendi-
g culas contra insontem frustra. Deglutia-
mus eum, sicut infernus viuentem, & in-
tegrum, quasi descendentem in lacum.
h Omnem preciosam substantiam reperie-
mus: implebimus domus nostras spoliis.
i Sortem mitte nobiscum: marsupium vnũ
k sit omnium nostrum. Fili mi ne ambu-
les cum eis: prohibe pedem tuum à semi-
l tis eorum. Pedes enim illorum ad malum
currunt, & festinant vt effundant sangui-
m nem. Frustra autem iacitur rete ante ocu-
los pen-

lera, blandimentis alliciunt, aut facta iam fauoribus, quasi K
laudabiliter acta, sustollunt. In vtroque autem sapientia su-
os auditores, ne talibus acquiescant hortatur. e ¶Si di-
xerint, veni nobiscum, insidiemur sanguini.) Potest hic locus
generaliter de latronibus, qui innocentibus insidias, & mor-
tes, vel damna inferunt: potest
& de illis specialiter intelligi,
qui ipsum vitæ authorem, neci
tradiderunt. f ¶ Absconda-
mus tẽdiculas contra insontem
frustra.) Hæc fecerunt cùm di-
cebant: Licet dare tributum Matt.22.b
Cæsari, an non? & innumera hu
iusmodi. Verè etenim erat in-
sons, qui peccatum non fecit, Esa.53.d.
nec inuentus est dolus in ore e-
ius. Verè frustra illi tendebant 1.Pet.2.d.
insidias: à quo in nullo læsi, imò
cuius plurima erant beneficia
eius experti. g ¶ Deglutia-
mus eum, sicut infernus viuen-
tem, & cætera.) Ita dominum
impij desiderabant extinguere:
vt omnis memoria virtutum & L
doctrinæ illius tolleretur: sed
& hoc ipsum quòd nunquam ta
lis inter eos vixerit, obliuioni
tradetur. h ¶Omnem pre-
ciosam substantiam & cætera.)
De hominibus dicebant, quos
Christo adhærere cernebãt. Pu
tabant enim quia si eum occiderent, omnes qui crediderant,
ab eius possent amore & consectatu secernere, talibusq; ani
marum spoliis, suarum conuenticula replere domorum. Cui
simile est illud dominicę parabolę: quia veniente ad se regis
filio dixerint: Hic est hæres, venite occidamus eum, & no-
stra erit hæreditas. Potest & generaliter preciosa substan- Matt.21.d
tia, Christi ecclesia intelligi, quę eius precioso sanguine em
pta est: quam impij de potestate eius subtrahere, & sibi sub-
dere conati sunt. Sed quia dominus dissipat cõsilia gentium, Psal.32.b
& reprobat cogitationes populorum, hoc implere minimè
potuerunt. i ¶Sortem mitte nobiscum.&c.) Marsupium Marsupium
est sacculus nummorum. Patet autem de latronibus: quia vt
plures scelerum socios conquirant, communionem eis præ-
dę quam rapuerint, spondent. Sed & persecutores nostri re-
demptoris quoscunque potuere sibi adiungebant: at quos il
lum sequi videbant, hos de synagoga propulsantes, sua com-
munione priuabant. k ¶Fili mi, ne ambules cum eis,&c.)
Prohibet credentes Christo de Iudæis, communicare perse- M
quentibus Christum Iudæis: denique omnes qui credebant,
erant pariter. Et Petrus iisdem loquitur: Saluamini à gene- Acto.2.f.
ratione ista praua. l ¶Pedes enim illorum ad malum cur-
runt,&c.) Non solum ad malum quod temporaliter operen-
tur, sed etiam ad malum quòd perpetuò passuri sunt, impij
properant, quoties ad patrãdum homicidium, vel aliud quid
sceleris agendum festinant. Nam quantum videntes ad faci-
nus implendum ducuntur, tantum non videntes ad toleran-
dum pro facinore pœnam propinquant. Hæc de insidiatori-
bus nostri saluatoris valent specialiter intelligi. Sequens au
tem versiculus de fidelibus eius, atque prauorum malitiam
sustinentibus, generaliter inseritur. m ¶Frustra autem
iacitur,&c.) Frustra etenim laqueus persecutionis aut mor-
tis tenditur electis, qui pennas habent spei & charitatis cæ-
terarumq; virtutum, quibus cœlestia dum viuunt, desiderant:
vt ad hæc post mortem mereantur pertingere. Habent &
oculos mentis, per quos & mala quæ ab impiis sustinẽt, ocy⁹
transitura: & bona quæ sustinendo meruerunt, æternè man-
sura præuideant. Quibus simul oculis, & reproborum su-
perbiam citò consummandam, & tormenta sequentia sem-
per mansura prospiciunt. Potest & ita accipi, quòd rete di-
cat perniciosam malorum doctrinam, quam ab eo loco con-
texuit, vbi ait: Si te lactauerint peccatores, ne acquiescas.
Frustraq; tale iacitur rete ante eos qui mundis oculis cor-
dis superna

A dis superna contemplantur: qui dicere norint cum prophe
Psal.123.a ta: Anima nostra sicut passer erepta est de laqueo venãtium.
Facilè enim laqueos qui in terra tenduntur cauet, qui pen-
nis virtutum subuectus, conuersationem habet in cœlis. V-
trunque ergo rete frustra bonis parant reprobi, quia & si su
adent iniqua, superantur iusto-
rum sapientia: & si insidiis infe
runt aduersa, contemnuntur pa
tientia. Siue oculi pennatorum
sunt animæ beatorum, virtutũ
pennis suffultæ. Quæ acuto vi-
su cœlestia contemplantes, ad
superna euolant, ante quorum
intuitum, frustra ab impiis dece
ptionis rete prætenditur: quia
diuinitus adiuti, cũctos eorum
laqueos facilè transcendentes,
ad superna transeunt. a ¶Ip
si quoque contra &c.) Contra
sanguinem, vt temporali morte
plectantur: id est, puniantur: cõ
tra animas autem dicit, vt æter-
na quoque animarum perditiõe
damnentur. Quòd cùm ad om-
B nes qui sanguini insidiantur, &
fraude sibi viuendum existimãt
pertineat, specialiter tamen Iu-
dæis congruit, qui insonti do-
mino tẽdiculas absconderunt,
eiusq; apostolos virtutum pen-
nis fultos, dolis circunuenire satagebant. Contra suum nanq;
sanguinẽ suasq; animas agebant, qui timẽtes ne terrestre re-
gnum perderent, cœli terręq; regem occiderunt. Cœli ciues
persequebantur in terra, ideoq; & quod in terris habebant,
& quod in cœlis acquirere poterant regnum, perdiderunt.
Generaliter autẽ dicendum, quia quicunque oculos fidei ha
bet apertos, accepitq; à domino pennas vt columbæ, quibus
æternam volet ad requiem, frustra tali nectant laqueos ma-
li, seque ipsos potius hoc præsumendo perimant. b ¶Sic
semitæ omnis auari &c.) Semitas auari dicit subtiles eius co
gitationes, quib⁹ sedulus inquirit qualiter pecunias augeat.
Talesq; semitę rapiunt ad interitum animas possidentium,
id est, eorum qui possessionibus pecuniarum vltrà rationem
incumbunt. Non solum ergo, inquit, hi qui ob φιλαργυρίαν
rapinis innocentium & cædibus inuigilant, semetipsos hoc
agentes perdunt, verùm eodem ordine, tametsi minore rea-
tu, omnes auari meditationes, quæ aurũ deo præferunt, hunc
ad interitum trahunt. Aliter sic: Semitæ omnis auari animas
C possidentium rapiunt. Tali fine, vt præfatus sum, auarus quis
que perimit vel nudat eos qui possessionibus abundant, vt ip
se potius hoc agendo pereat. Pauperes nanque quos nihil
possidere cernit, cur occidat? quoniam quos spoliet, non in-
uenit. Hucusque persecutiones quas Iudæi Christo intulere
describuntur: hinc referuntur ea quæ ipse post passionem eis
dem suis persecutoribus per Apostolos loquitur. c ¶Sa-
pientia foris prædicat,&c.) Sapientia quippe dei Christ⁹ est,
qui in mundo conuersatus, paucis suæ mysteria diuinitatis
patefecit. Ipsisq; præcepit, ne ante passionem & resurrectio-
nem suam, quia ipse esset Iesus Christus, prædicarent, ne glo
riam eius quam in monte conspexerant, cuiquam dicerent.
Magisq; tunc suæ potentiam maiestatis operibus quàm ver-
bis ostendebat, impleta prophetia quæ dixit: Neque audiet
aliquis in plateis vocem eius. At post resurrectionem eius, sa
pientia foris prædicabat, quia misso desuper spiritu, per apo
stolos apertè seipsam mundo declarabat. In plateis dabat vo
cem suam, quia in latitudine plebium manifestè, quæ antea
paucos docuerat replicabat, impleto verbo quod eisdẽ suis
Matt.10.c. præconibus ait: Quod dico vobis in tenebris, dicite in lumi-
1.Cor.1.d. ne,& quod in aure auditis, prædicate sup tecta. Aliter: Chri
stus dei virtus, dei & sapientia, quæ in potentia diuinitatis,
apud patrem olim latebat, nunc in fine seculi per assumptio-
nem carnis, velut foris in plateis egrediens, in hoc mundo vi
sibiliter apparuit, atque euangelicam prædicationem de fu-

a los pennatorum. Ipsi quoque contra san-
guinem suum insidiantur: & moliuntur
b fraudes contra animas suas. Sic semitę õ-
mnis auari animas possidẽtium rapiunt.
c Sapientia foris prædicat, in plateis dat vo
d cem suam. In capite turbarum clamitat.
e In foribus portarum vrbis profert verba
f sua dicens, Vsquequò paruuli diligitis in-
g fantiam. Et stulti ea quæ sibi sunt noxia,
cupient: & imprudentes odibunt scientiã?
h conuertimini ad correptionem meam. En
i proferam vobis spiritum meum, & osten-
k dam vobis verba mea. Quia vocaui, & re-
l nuistis. Extendi manum meam, & nõ fuit
m qui aspiceret. Despexistis omne cõsilium
n meũ. Et increpationes meas neglexistis.
o Ego quoque in interitu vestro ridebo, &
subsannabo

turi regni sui beatitudine, clara insonuit voce. d ¶ In ca- D
pite turbarum clamitat.) Quia etiam principibus, qui ei prę
ualuisse vt crucifigeretur, videbantur: reatum homicidij qđ
perpetrarant, palàm reducebat ad memoriam, eosq; ad pœ-
nitentiæ remediũ vocabat. e ¶In foribus portarum &c.)
Vrbs, ecclesia est ex vtroq; po-
pulo, Iudæorum videlicet & gẽ
tium adunata, cuius portarum
fores, sunt doctores, qui verbũ
prędicando, credentes in eam
introducunt. Et in foribus por-
tarum eius verba sapientia ꝓfe
rebat, cùm in Apostolis suis lo-
quebatur, è quibus vnus aiebat:
An experimẽtum quæritis eius
qui in me loquitur Christus? 2.Cor.13.a
Possent fores portarum vrbis,
etiam synagogæ maiores intel-
ligi, in quibus sapientia dispu-
tabat, cùm legis peritos phari-
sæos & sacerdotes, per aposto-
los loquens, suam reuocabat ad
gratiam: ita vt sicut Lucas ait:
Multa turba sacerdotum obe- E
diret fidei. Quid autem eadem Acto.6.b
sapientia clamitaret, adiungit:
f ¶Vsquequo paruuli diligi-
tis infantiam?) Paruuli dicũtur
sensu tardiores: qui infantiam,
hoc est, ignorantiam comple-
ctendo diligunt. Vsquequo paruuli sensu veteris instrumen-
ti ceremonias nouo clarescente diligitis? Vsquequo Moy-
si, Christi euangelio legem prefertis? quousque decreta quę
rudibus adhuc populis per seruum data sunt, præponitis eis
quę filius ipse veniens, perfectis sensu contulit? Iam vidistis
Christum in carne, iam miracula facientem & docentem: nõ
tantum spreuistis, sed & occidistis. Saltem modo resuscitatũ
à mortuis,& præsidentẽ cœlo diligite, & dimittet vobis sce-
lus quod commisistis. g ¶ Et stulti ea quæ sibi sunt no-
xia, cupient,& cętera.) Præponendum est à superiore vsque-
quo, id est, vsquequo cupient, vsquequo odibunt. Cupiebant
autem noxia, & odibant scientiam, qui literæ legalis superfi-
ciem sequebantur, & sacramenta Euangelij, quæ ipsa litera
significabantur, accipere detrectabant. Stulti sunt qui apud
semetipsos sapientes putantur. Ea quæ sibi sunt noxia, cupi-
unt: in hoc quòd præsentia diligunt, & futura non appetũt.
Imprudentes verò dicuntur, qui veram dei scientiam, dum
suum diligunt errorem, exosam habẽt. h ¶ Conuertimi- F
ni ad correptionem meam.) Corripuit per Apostolorum o-
ra Iudæos, quia credere noluissent, vt tunc eos postquam sur
rexit & ascendit, monuit conuerti. i ¶En proferam vobis
spiritum meum & cætera.) Si adhuc, inquit, conuerti negli-
gitis, proferam vobis vindictam quam meruistis, & verba
quæ de vestra perditione prædixi, ostendam vera esse. Spiri
tum quippe suum, potentiam vltionis nominat, de qua Moy-
ses ait: Misisti spiritum tuum, & operuit eos mare. Et in li- Exo.15.b
bro beati Iob dictum est: Iniquos flante deo perisse, & spi- Iob.5.b
ritu iræ eius esse consumptos. k ¶ Quia vocaui, & re-
nuistis.) Dicens: Venite ad me omnes qui laboratis & one- Matth.11.d.
rati estis, & ego reficiam vos. l ¶Extendi manum me-
am, & non fuit qui aspiceret.) Primò benefaciendo & sa-
nando omnes oppressos à diabolo, postmodum in cruce pa-
tiendo. m ¶Despexistis omne consiliũ meum.) Dicentis:
Pœnitentiam agite, appropinquabit enim regnum cœlo- Matth.3.a
rum. n ¶Et increpationes meas neglexistis.) Dicẽtis: Væ Ibid.23.b.
vobis scribæ & pharisæi hypocritæ, quia tulistis clauem
scientiæ. Ipsi non introistis, & eos qui introibant, prohibui-
stis: & generaliter qui non credit, iam iudicatus est.
o ¶ Ego quoque in interitu vestro ridebo & subsanna-
bo.) Tale est in Psalmo de eisdem: Qui habitat in cœlis ir- Psalm.2.a
ridebit eos, & dominus subsannabit eos. Non quia buccis
dominus irrideat, aut naso subsannet, sed ea vis designa-
ta est tali verbo quam dedit Apostolis, vt præuiderent ni-

hil pror-

Ghil prorsus impios contra eum suprà quàm ipse permitteret insidiis esse acturos: quin potius illorum cœpta omnia euacuanda, eius verò gloriam post passionem per orbem terrarum esse dilatandam prænoscerent. Ideoque superbiam eorum, etiam cùm maximè valere conspicerent, pro nihilo contemnerent. a ¶ Cùm vobis qđ timebatis, aduenerit.) Conferêtes adinuicem: Si dimittimus eum sic, omnes credent in eum. Et venient Romani, & tollent nostrum locum & gentem.

Ioan.11.f

b ¶ Cum irruerit super vos repentina calamitas, &c.) Obsidionem Hierosolymorum subitã, & expugnationem totius prouinciæ quę à Romanis facta est, dicit: Quam & ipse dominus in euangelio, videns ciuitatem, flensq; super eam, prædixit.

Luc.19.f.

c ¶ Quando venerit super vos tribulatio & angustia, tunc inuocabunt me, &c.) Non legũtur Iudæi in illa obsidione dominum inuocasse, sed tantum armis esse confisi, quanuis desolationem patriæ ruinamque templi, amarissima mente conspexerint. Si qui tamen tunc eum inuocabant, quia hi culpam pro qua sunt puniti, intelligere, vt verè pœnitèrent, nolebant, exauditi non sunt. Vnde rectè dicuntur tribulationem cum angustia fuisse perpessi. Tribulationem quæ erat in eis, qua foris deprimebantur: angustia in eo quòd intus à deo nihil consolationis inuenerant. At contra sancti cum exterius opprimuntur aduersis, spe certa salutis in corde delectantur, scientes se ab illo exaudiri clamantes, cuius se verbo iubẽtis audire meminerunt. Hinc etenim propheta ait: Cum inuocarem te, exaudisti me deus iustitiæ meæ: in tribulatione dilatasti mihi.

Psal.4.a

Potest autem tota hæc correptio sapientiæ, de vniuersis generaliter reprobis accipi, qui in die iudicij clamant ad iudicem districtum, aperiri sibi ianuam regni postulantes, nec merentur exaudiri. Nam & hoc quod sequitur.

H d ¶ Mane consurgent, &c.) Ipsum tempus extremi examinis, quo alij in vitam æternam, alij in opprobrium resurgent sempiternum, apertè designat.

I e ¶ Eo quòd exosam habuerint disciplinam &c.) Merito salute priuantur, qui principium sapientiæ timorem domini & disciplinam, non modo non habent, sed & odijs insequuntur. At salutis filius, iniquos, inquit, odio habui, & legem tuam dilexi.

Psalm.118

f ¶ Comedent igitur fructus viæ suæ.) Viam eorum dicit, de qua suprà dixerat: Pedes enim illorum ad malum currunt. Quia, inquit, vias meas ingredi noluerunt vt viuerent, recipient mercedem viarum suarum, vt in æternum pereant. At contra de his qui timent dominum, qui ambulant in viis eius, dicitur: Labores fructuum tuorum quia manducabis, beatus es, & bene tibi erit.

Psal.127.a

g ¶ Suisq; consiliis saturabuntur.) Quia meo consilio quo illos saluare decreueram, acquiescere renuebant, saturabuntur suis quibus aiebant: Abscondamus tendiculas contra insontem frustra. Quibus pro saluatore, latronẽ sibi eligebãt: vt videlicet vastentur à latronibus, & inter latrones damnentur. Quod etiam de omnibus verbi dei contemptoribus, sicut & cętera, potest accipi.

h ¶ Auersio paruulorum interficiet eos.) Paruulos non ętate, sed sensu dicit: quibus suprà dictum est: Vsquequo paruuli diligitis infantiam? Qui non paruuli, sed perfecti sensibus esse potuissent, si non à consilio sapientiæ auditum auerterent, quo autẽ auerterent, eo seipsos æterna morti destinabant.

Supra eodẽ

i ¶ Et prosperitas &c.) Cum nullis retardantibus aduersis perfecerint actu, qđ meditantes aiũt: Omnem preciosam substantiam reperiemus. Item auersio paruulorum interficiet eos, & prosperitas stultorum perdet illos: quia sæpe auersus à timore conditoris animus, iam de ira eiusdem iusti conditoris patitur, vt in his quæ peccat, ni hil sustinere videatur aduersi, sed vt beatus Iob dicit: Ducũt in bonis dies suos, & in puncto ad inferna descendunt.

K Iob.21.b

Item auersio paruulorum, tribulatio vitæ præsentis. Prosperitas stultorum, lętitia est reproborum. Per hæc enim gemina vitia, cuncti reprobi pereunt: cum eos aut prosperitas huius seculi eleuat, aut aduersitas deiicit.

k ¶ Qui aũt me audierit, &c.) Potest & in hac vita, & in futura intelligi: quia qui domino perfectè deseruit, nullis terrẽt aduersis: imò gaudet in aduersis: & in ipsa morte quasi de ingressu vitæ lætatur, quietumq; semper à superuacuis cogitationibus ac tumultibus tentationum pectus iuuante spiritus sancti gratia gerit, quod requies septimi diei in lege mystice signabat. Sed cum transierit è seculo, non solum absq; timore malorum, sed & in magno gaudio speratæ resurrectionis quiescet: vt Lazarus in sinu Abrahę.

L Tropol. Luc.16.e

l ¶ Et abundantia &c.) Nunc abundantia bonorum operum, ablato timore eorum qui occidunt corpus, tunc abundantia gaudiorum in præmio. Quanta enim ibi abundantia bonorum omnium, vbi gloriã eius à quo sunt omnia bona licet intueri, ablato prorsus timore omnium, quę aliquid aduersi vlterius afferant.

Caput II.

m FIli mi, si susceperis sermones meos, & mandata mea absconderis penes te.

n Vt audiat sapientiam auris tua.

o Incli na cor tuum ad cognoscendam prudentiam.

p Si enim sapientiam inuocaueris, &

q inclinaueris cor tuum prudẽtię. Si quęsieris eam quasi pecuniam, & sicut thesauros effoderis eam: Tunc intelliges timorem domini, & scientiam domini inuenies. Quia dominus dat sapientiam. Et ex ore eius

a scientia & prudentia. Custodiet rectorum

salutem, & proteget gradientes simpliciter. Seruans semitas iustitiæ, & vias sanctorum custodiens. Tunc intelliges iustitiam & iudicium & æquitatem, & omnem semitam bonam. Si intrauerit sapientia cor tuum: & scientia animæ tuæ placuerit: Consilium custodiet te, & prudentia seruabit te: vt eruaris de via mala, ab homine qui peruersa loquitur.

g Qui relinquunt iter rectum, & ambulant

h per vias tenebrosas. Qui lætantur cùm malefecerint, & exultant in rebus pessimis. Quorum viæ peruersæ sunt, & in-

i fames gressus eorum. Vt eruaris à muliere aliena, & ab extranea quæ mollit

k sermones suos. Et reliquit ducem pubertatis suæ, & pacti dei sui oblita est. In-

l clinata est enim ad mortem domus eius,

m & ad inferos semitæ eius. Omnes qui ingrediuntur

Caput II.

FIli mi, si susceperis &c.) Abscondit mandata dei penes se, qui hæc audiens, sollicitè in corde recondit, iuxta illũ qui ait: In corde meo abscondi eloquia tua, vt non peccem tibi. Est enim summopere curandum, ne nobis hæc, iuxta parabolam euangelij, dæmonia quasi semen secus viam iactatum, volucres tollant.

Psal.118.b

Matt.13.a

n ¶ Vt audiat sapientiam auris tua.) Ille enim sapientiam aure non audire probatur, qui verba dei auditu tantum corporis percipiens, non vult memoria retinere vt hæc operetur. Si ergo mandata dei fixo amore discendi & custodiendi susceperis, primo humilitatis viam tene: hoc est enim quod subsequenter adiicitur.

M

o ¶ Inclina cor tuum ad cognoscendam prudentiam.) Inclinare quippe, est cor ad cognoscendum prudentiam humiliare, & emundare cor, vt dignum fiat ad percipienda mysteria veritatis. Vnde eadem sapientia patri loquens ait: Abscondisti hęc à sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea parvulis, id est, abscondisti à superbis, & reuelasti humilibus.

Matt.11.d

p ¶ Si enim sapientiam inuocaueris, &c.) Nullum inuocare, id est, in nos orando vocare, nisi deum debemus. Cum ergo sapientiam inuocandam esse docet, ostendit se proculdubio non quanlibet sapientiam: id est, notitiam rerum cœlestium siue terrestrium, sed ipsam deitatis cognitionem nobis ad sequendum proponere. In huius nanque perceptione sapientiæ, summæ est perceptio beatitudinis: ipsa attestãte quæ patri pro nobis supplicans, ait: Hæc est autem vita æterna, vt cognoscant te solum & verum deum, & quem misisti Iesum Christum.

Ioan.17.a

Notandum est autem quòd & sapientiam inuocare, & nosmetipsos ad noscendam prudentiam, cor inclinare suadet. Quia nimirum necesse est, vt diuinum in cunctis flagitemus auxilium: & ipso domino adiuuante bona quę valemus agamus. Neque enim sine ipso quicquam facere possumus, nec rursum sine nostro conamine quantulumcunq; habere valemus, quapropter nos ab ipso saluandos esse credamus.

q ¶ Si quæsieris eam quasi pecuniã, & sicut thesauros &c.) Si tanta

A Si tanta cura sapientiam, quanta cupidi quærunt pecuniam: vel certè si tam sollicitè quæsieris sapientiam: ipsa sapientia (quasi infinitas per hanc & ineffabiles diuitias sis acquisiturus) percipies præmia quæ subsequenter exponuntur. Qui verò thesauros effodit, eiicit rudera terræ, & facit in altum fouea, sedulus insistit labori, donec ad thesauros quos quærit attingat. Et qui thesauros sapientię inuenire desiderat, quic quid sibi terrenum inesse deprehenderit expurget, carnales illecebras abscindat, fossam in se humilitatis faciat, nec quiescat ab agendo prius quàm se venam veritatis inuenisse cognouerit.

a ¶ Tunc intelliges timorem domini, & scientiã domini inuenies.) Si sollicito corde quęsieris, peruenies ad experientiam amabilis domini: qui non initium, sed perfectio est sapiẽtiæ cœlestis, in hac dum taxat vita. Ideoq; non eum perfecta dilectio foras mittit, sed

B facit permanere in seculum seculi: sed & scientiam ipsius diuinitatis, quę perpetuò beatum facit, inuenies.

b ¶ Quia dominus dat sapientiam.) Respicit hic versiculus ad hoc quod suprà dixerat: si enim sapientiam inuocaueris &c. vsquedum ait: Et scientiam dei inuenies. Ideo nanque sapientia, id est, dominus inuocandus est ad accipiendam sapientiam, quia sapientia non à nobisipsis haberi potest, sed à domino datur. Taceat Pelagius redargutus ab a-

1.Cor.4.b.

postolo qui ait: Quid enim habes quod non accepisti? Et apostolus Iacobus: Si quis autem vestrum, inquit, indiget sapientia, postulet à deo.

Iaco.1.a

c ¶ Et ex ore eius scięti a & prudẽtia.) Potest in hoc versiculo ipsa ineffabilis & coæterna deo patri sapientiæ natiuitas intelligi, de qua alibi dicit: Ego ex ore altissimi prodij primogenita.

Eccli.24.a.

Potest os domini & in sanctis eius accipi, vnde dici solet in prophetis: quia os domini locutũ est. Et ex ore eius scientia nascitur & prudentia. Quia

Esa.59.d.

C nisi ipse os humanum sanctificet, nisi hoc suum ipse dignanter efficiat, perfectam loqui sapientiam nullatenus valet.

d ¶ Custodiet rectorum salutem, & proteget gradiẽtes simpliciter.) Cognatę sibi sũt virtutes, rectitudo & simplicitas, Neque ab inuicem queunt separari. Vnde & sapientia vnam earum sine altera non quærit, sed in quibuscunque ambæ conueniunt, hos custodit & protegit. Denique de beato Iob

Iob.1.a

dicitur: Quia erat vir ille simplex & rectus: simplex videlicet per innocentiam mansuetudinis, rectus per cautelam discretionis. Simplex, quia nullum lædere, imò cunctis prodesse desiderabat: rectus, quia se à nullo corrũpi permittebat.

e ¶ Seruans semitas iustitiæ, & vias sanctorum custodiens.) Vias sanctorum generalia domini mandata, semitas iustitię, arctioria vitæ cœlestis instituta, quæ perfectis solum accessibilia sunt, dicit. Vtrasque autem sapientia seruat, vt in quocunque virtutum gradu rectos iuuet ac simplices.

f ¶ Tunc intelliges iustitiam &c.) Viam malam, opera iniqua: hominem peruersa loquentem, doctorem dicit iniquæ

Supra.1.b

operationis. Viam malam, inquam, vocant, qui dicunt, veni nobiscum, insidiemur sanguini, peruersa loquentem eum, qui huius author est suasionis.

g ¶ Qui relinquunt iter rectũ, & ambulant per vias tenebrosas.) Pulchrè itineri recto vias tenebrosas opposuit, quia nimirum iter rectæ actionis in luce peragitur, atque ad lucis supernæ gaudia ducit. At sicut

Ioan.3.c.

deus ait: Omnis qui malè agit, odit lucem, & non venit ad lucem, vt non arguantur eius opera: & talis finem exterioribus

eam quasi pecuniam, & sicut thesauros ef-

a foderis eam: Tunc intelliges timorem do-

b mini, & scientiam domini inuenies. Quia

c dominus dat sapientiam. Et ex ore eius

d scientia & prudentia. Custodiet rectorum

salutem, & proteget gradientes simpliciter. Seruans semitas iustitiæ, & vias sanctorum custodiens. Tunc intelliges iustitiam & iudicium & æquitatem, & omnem semitam bonam. Si intrauerit sapientia cor tuum: & scientia animæ tuæ placuerit: Consilium custodiet te, & prudentia seruabit te: vt eruaris de via mala, ab homine qui peruersa loquitur.

g Qui relinquunt iter rectum, & ambulant

h per vias tenebrosas. Qui lætantur cùm malefecerint, & exultant in rebus pessimis. Quorum viæ peruersæ sunt, & in-

i fames gressus eorum. Vt eruaris à muliere aliena, & ab extranea quæ mollit

k sermones suos. Et reliquit ducem pubertatis suæ, & pacti dei sui oblita est. In-

l clinata est enim ad mortem domus eius,

m & ad inferos semitæ eius. Omnes qui ingrediuntur

h ¶ Qui lætãtur cùm malefecerint &c.) Ideo malefacientes exultant, quia per vias tenebrosas ambulant, & nesciunt quo eunt. Si enim qui ad pœnam tendunt aspicerent, gressum vtique cohiberent, noxiamq; lætitiam salubri fletu castigarent.

D

i ¶ Vt eruaris à muliere aliena, & ab extranea &c.) Pendet hic versus à superioribus, vbi dictum fuerat, prudentia seruabit te. Et est sensus: prudentia seruabit te, vt eruaris à muliere aliena. Quia ergo prius Salomon auditorem suum, quem sapientiam docere satagit, admonuit ne latronibus iungeretur: ne si videret furem, simul curreret cum eo, sed rectè ac simpliciter incederet: Nunc commonet ne cum adulteris portionem suam ponat. De quibus & hoc quòd suprà dicitur:

E

vt eruaris de via mala, ab homine qui peruersa loquitur, potest specialiter intelligi. Quæ enim peruersior locutio, quàm ad stupra suaderi? quod capitulum incipit à loco vbi ait: Fili mi, si susceperis sermones meos, & mandata mea absconderis penes te. Potest autem per mulierem extraneam, hæreticorum prauitas intelligi à Christi & ecclesiæ membris aliena, quæ mollitia distentudinis & ligue blandimentis, corda decipere innocentium solet. Psalmista: Mollierunt sermones suos super oleum, & ipsi sunt iacula.

Psal.45.d.

k ¶ Et reliquit ducem pubertatis suę, & pacti dei sui oblita est.) Pater de adultera, quia primum virum relinquit, & pacti dei obliuiscitur, eius nimirum quod cum viro suo, domino teste, tempore nuptiarum pepigit, quòd fidem sibi castitatis alterutrum seruarent. Patet & de mente hæretica, quia reliquit doctorem à quo fidem ecclesiæ didicerat, & oblita est pacti dei sui, hoc est fidei ipsius dominicę, quę in symbolo cõtinetur, quam se die baptismatis seruaturam esse promiserat.

l ¶ Inclinata est enim ad &c.) Omnis conuersatio adulteræ

F

ad interitum ducit: & quanuis blanda videtur ac mansueta, non minorem sentiet in fine vindictam, quàm qui latrocinando apertæ impietati famulantur. Potest domus adulteræ, ipsa eius caro in qua turpitudini ac luxuriæ substernitur accipi, quæ nouissimi temporis iudicij non ad vitam, sed perpetuam resurget ad mortem. Sed & hęreticorũ domus, quia super arenam construitur, & cùm stare videtur, vergit ad casum, suisq; crementis quasi quibusdam semitis in impiorum consortia, id est, ad spirituum tendit tormenta malignorum.

m ¶ Omnes qui ingrediuntur ad eam, non reuertentur &c.) Ad eam, ad mortem dicit, non ad mulierem. Potest enim qui adulteræ mixtus est, domino iuuante reuerti, ac vitam pœnitendo mereri. Potest qui hæresi pollutus est resipiscendo redire ad salutem: at qui semel æterna morte raptus est, nunquam rediet ad vitam, quod contra Origenianos propriè dictum est, qui hęreticis, meretricibus, cunctisq; flagitiosorum turbis, & insuper ipsi diabolo atque angelis eius post innumera licèt expleti vniuersalis iudicij tempora, remissionem scelerum vitam ac regnum promittunt in cœlis, malè intelligentes illud Esaiæ: Et claudentur impij in carce-

Esa.24.d

re, & post dies multos visitabuntur, quasi post multa tempora terminati iudicij saluandos dixerit impios, cùm ille econtra nullam eis salutem tribuat, sed eos qui hoc tempore mortui, pro enormitate flagitiorum claudi merentur in carcere pœnarum, tempore resurrectionis ad modicum visitandos significet, tantum vt receptis corporibus in iudicio grauius

G damnentur, & continuò post iudicium atrocioribus perpetuò recludantur in pœnis. Quanuis & ita rectè possit accipi: Omnes qui ingrediuntur ad eam, id est, ad meretricem, siue ad domum eius, non reuertentur, quia quantum attinet ad naturam iniqua sua voluntate deprauatam, recursum per semetipsam nō habet: sed per dei gratiam, qua adiuuatur & instauratur, vt semitas vitæ apprehendat. Designatum est enim hoc dicto pondus iniquitatis, vt cùm reuertitur quis, sibi non tribuat, sed gratiæ dei, non ex
Ephe.2.b operibus, ne fortè glorietur.
a ¶ Vt ambules in via bo. &c.) Viam bonam, vnitatem dicit rectæ fidei, de qua dominus ait:
Ioan.14.a Ego sum via. Et alibi: Nemo po
Ibid.6.e. test venire ad patrem, nisi per me. Calles autē iustorum, multifaria sanctorum exempla nominat. Pendet hic versus, ex eo
Supra eodē. quod supra dictum est: Prudentia seruabit te, sicut & illud: Vt
H eruaris à muliere aliena.
b ¶ Qui enim recti sunt, habitabunt in &c.) Et hic rectis iungit simplices, sicut & suprà cùm diceret: Custodiet rectorum salutem, & proteget gradientes simpliciter. Quia nimirum simplicitas sine rectitudine dissoluta est & stulta: rectitudo autem sine simplicitate, austera nimirū existit & dura. Verùm vtraq; virtus coniuncta, perfectū reddit hoiem. Sed hoc inter vtrūque versum distat: quia in illo quòd iustos in præsenti dominus certantes adiuuet, in isto quod victores in futuro coronet, indicatur. Terræ verò nomine, ecclesia designatur, quæ spiritualem deo fructum germinare consueuit. In qua iusti habitant & permanent, qui à consortio eius nec morte separantur: sed terminata hac vita, ad illam eius partem quę cum Christo in cœlis regnat perueniūt. c ¶ Impij verò de terra &c.) Possunt hæc non de cunctis generaliter reprobis dicta accipi, sed de illis specialiter qui ad terram domini, idest ecclesiam pertinere videbantur, & tamen exigentibus meritis auferuntur ab ea, quidam quidem aperto ipsius ecclesiæ
I iudicio: vt Simon, Arius, & Porphyrius: quidam verò in secreto inuisibilis iudicis, vt innumeri eorum qui etiam hominibus boni videntur. Impios enim apertos apostatas dicit: at iniquè agentes, omnes qui perceptis fidei sacramentis ab ei⁹ castitate aliquo modo prauè viuendo degenerant. Vtrique autem in futura retributione de viuentium terra perdentur: quia non habitabit iuxta dominū malignus, neque permanebunt iniusti ante oculos eius. Et rectè quia de malorum bonorumq; viis multa prædixit, de vtriusque fine in conclusione subiunxit: quomodo & in præcedēte parabola, qua latro-
Pſal.5.a. Supra.1.d num consortia vetabat, fecerat, dicens de fine malorum, Et prosperitas stultorum perdet illos. De fine bonorū: Qui autem me audierit, absque terrore quiescet. Possunt versus de quibus nouissimè disputauimus, de antiquo dei populo etiā intelligi, quia cùm rectè viueret, in terra sua feliciter maneret: at cùm peccaret, exterminaretur ab hac terra.

Caput III.

d Filli mi, ne obliuiscaris legis meæ, & præcepta mea custodiat cor tuū). Hinc docet misericordiæ operibus insistendum, neque nostris fidendum viribus: sed à deo auxilium esse flagitandum. Et congruo satis ordine postquam cohercuit à crudelitate, postquam à luxuria castigauit, ornat actibus bonis quem instruit. e ¶ Longitudinem enim dierum & annos &c.) Ne imposita præceptorum custodia turbaret audientem, præmisit præmia certa, & sic enumerauit præcepta. Longitudine dierum, lucem sempiternā: annis vitę, transcensum mortalitatis huius: augmento pacis, ipsum K
æternæ beatitudinis statum designat. De qua dicit Esaias:
Esa.9.b Multiplicabitur eius imperium, & pacis non erit finis. Sed & priori dei populo in præsenti datum est, vt cùm legi dei obediret, longo tempore in pacis quiete viueret. f ¶ Misericordia & veritas non te deserant.) Nunquam ab ore tuo veritas quæ dicenda, nunquam ab opere misericordia quæ proximo sit impendenda, recedat. Sic enim fit, vt & te dei semper misericordia prosequatur & veritas: mia videlicet, qua deleat peccata tua. Veritas verò, qua compleat promissa sua.
g ¶ Circunda eas gutturi &c.) In gutture, organum vocis: in tabulis cordis, latitudinem insinuat cogitationis. Sit ergo virtus misericordiæ & veritatis radici infixa mentis: promatur & voce loquentis: vt & occulto inspectori arcana placeant intentionis, & proximos iuuent L
officia locutionis. Bene autem virtutes circundari docet gutturi, cùm vox loquentis potius int⁹ in gutture fieri soleat, quia videlicet prædicationis vox de internis emanat, sed extrà circundat. Nam quo alios ad bene viuendum suscitat, eo ad bene agendum & opera prædicantis ligat: ne extra sermonem actio transeat, ne voci vita contradicat. h ¶ Et inuenies gratiam & disciplinam bonam coram deo & hominibus.) Coram deo inuenit gratiam & disciplinam bonam, qui vsu virtutum iugi, promeretur à domino vt per dies seipso perfectior efficiatur & melior. Sed & coram hominibus gratiam inuenit & disciplinam bonam, cuius opera sunt talia, in quibus iure laudatur pater, quæq; exemplum viuendi proximis exhibeant.
i ¶ Habe fiduciam &c.) Non metuas ob imbecillitatē propriam diuina non posse seruare mandata. Nec te rursum autumes hæc tuis implere viribus posse, vel tua naturali scientia nosse, si non per illius legem instruaris, sed potius & in dicendo & in agendo, eius quære auxilium, & ipse cùm tibi sit propitius vt implere valeas donabit. k ¶ Ne sis sapiens
M apud temetipsum.) Videtur fortè alicui hoc idem esse mandatum quod præmissum erat, & ne innitaris prudentiæ tuæ, sed multum distat. Innititur enim suæ prudentiæ, qui ea quæ sibi agēda, vel dicenda videntur, patrum decretis præponit. Sapiens verò est apud semetipsum & is, qui in illis quæ ex patrum magisterio potuit rectè cognoscere, sese præ cæteris quasi doctior extollit. Quæ sit autem vera hominis sapientia, subsequenter ostendit. l ¶ Time dominū, & recede à
Iob.2.d malo.) Quale est in Iob: Ecce timor dñi ipsa est sapiētia, & recedere à malo intelligentia. Perfecti enim quiq; ita se debent ab omnibus continere malis, vt diuinæ præsentiam manifestatis cum metu semper recogitent. Et notandum quòd sua prà fiduciam habere in domino, nunc autem deum timere admonet. Ibi enim fragilium animos ne desperent, promisso dei auxilio roborat. Hic fortiores ne de se præsumant, diuini timoris memoria coercet. m ¶ Sanitas quippe erit &c.) In ossib⁹, solida virtutum opera: in vmbilico, qui interiori corporis parte medius est, infirma adhuc & imperfecta bonorū actio designatur. Si ergo deum timueris, & non tuis viribus, sed superna protectione confisus à malis abstinere studueris, sanitas erit vmbilico tuo, & irrigatio ossium tuorum, quia & infirmitas operis per hęc ad statum perfectionis conualescet: & fortia quæque tua acta vnde amplius roborentur accipient. n ¶ Honora dominum de tua & cætera.) Multi multa pauperibus, sed de aliena substantia ac frugibus, quas

A vi vel fraude rapuerant, tribuunt. Multi largiuntur de suo, sed largiendo dominum non honorant: quia fauoris humani & non amore superni iuspectoris faciunt. Qui ergo profi cuum sibi eleemosynæ fructum fore desiderat, & de suis ꝓpriis, & in conditoris honorem, tribuat: vt scilicet homines, qui eius plasma sunt, quiq; ad eius imaginem sunt facti, recreentur. Non solum autem de substantia pecuniæ quam pauperi porrigimus: sed de cunctæ bonæ operationis quam agimus, de vniuersæ cœlestis gloriæ q̄ percepimus, substantia vel frugibus dominum honorare iubemur: hoc est, eius in omnibus, & non nostram, quærere laudem. Sed & ille dominum de sua substātia suarúmq; frugum primitiis honorat, q̄ omne quicquid boni operatur, non hoc suis viri⁹ ac meritis, sed superne gratiæ tribuit, memor illius verbi:
Matt.6.b. Quia sine me nihil potestis facere. a ¶ Et implebuntur
B horrea tua saturitate, & vino torcularia &c.) Ait in euangelio dominus: Thesaurizate autem vobis thesauros in cœlo. Si
Ioan.15.a. ergo thesauros in cœlo possunt habere iusti, quia veras sibi diuitias inueniunt: possunt vtiq; & horrea & torcularia: quia nō esurient, neq; sitient amplius. Et implebuntur horrea tua saturitate: quia satiabor, inquit, dum manifestabitur gloria tua. Redundabunt torcularia vino, quia interna suauitas eternorū, corda cunctorum fidelium in
Pſal.16.d. Lucæ.22.e laude sui conditoris accendit. Hinc etenim dicit: Vt edatis & bibatis super mensam meam in regno meo. Sed & in præsenti nonnunquam doctori, qui panem verbi, qui poculum gratiæ spiritualis indigenti ministrat, maiora ministrandi dona dominus pro mercede condonat. Qui terrena subsidia largitur inopibus, ditior dando cœlesti remuneratione reddi
C tur. b ¶ Disciplinam domini fili mi ne abiicias: nec deficias &c.) Sunt qui in prosperis domino seruiunt, & in aduersis recedunt. Vnde sapientia quem in prosperis bene viuere docuit, etiam in correptione ne deficiat hortatur: ne accedente infirmitate, vel paupertate, vel persecutione, humanam pietatem, quam seruare in tranquillitate videbatur amittat. c ¶ Quem enim diligit dominus, corripit: &c.) Tanto ergo minus de flagello quo castigamur murmurare debemus, quanto certius in eo paternæ dilectionis pignus tenemus. Vnde & ipse dicit: Ego quos amo, arguo & castigo. Notandum autem quòd pro hoc verbo Septuaginta in-
Apoc.3.d. terpretes dixere, Flagellat autem omnem filium quem recipit: quod mirandum cur Apostolus ad Hebræos Hebraicè
Heb.12.b. scribens, magis sequi voluerit. d ¶ Beatus homo q̄ inuenit sapientiam &c.) Quia positos sub disciplina & correctione consolabatur, addit quod cœperat: insinuans quia beatitudo est vera hominis, non aduersis carere in præsenti, sed æternæ sapientiæ perceptione lætari: quod est in hac vita domini voluntatem cognoscere, & in futuro eius visione perfrui. Et bene cùm diceret: Beatus homo qui inuenit sapientiam, mox addidit: Et qui affluit prudentia. Sunt enim qui inueniunt sapientiam, doctrinam veritatis aure percipiendo: sed affluere prudentia negligunt, nolendo cordis sui sinum ad percipiendam eius amplitudinem laxare. e ¶ Melior est acquisitio eius negociatione argenti & auri.) Non metuat de correptione inopiæ quisquis opes acquisiuit sapientiæ, quia thesauris terrestribus incomparabiliter munus cœleste præcellit. f ¶ Primi & purissi-

tua substantia, & de primitiis frugum omnium tuarum da pauperibus. Et implebuntur horrea tua saturitate: & vino torcularia redundabunt. Disciplinam domini fili mi ne abiicias: nec deficias cùm ab
c eo corriperis. Quem enim diligit dominus, corripit: & quasi pater in filio com-
d placet sibi. Beatus homo qui inuenit sapientiam: & qui affluit prudentia. Melior
e est acquisitio eius negociatione argenti
f & auri. Primi & purissimi fructus eius.
g Preciosior est cunctis opibus: & omnia quæ desiderantur, huic non valent com-
h parari. Longitudo dierum in dextera eius: & in sinistra illius diuitiæ & gloria.
i Viæ eius viæ pulchræ, & omnes semitæ
k illius pacificæ. Lignum vitæ est his qui apprehenderint eam: & qui tenuerit ea-
l am, beatus. Dominus sapientia fundauit terram: & stabiliuit cœlos prudentia.
m Sapientia illius eruperunt abyssi.
n Et nubes rore concrescunt. Fili mi ne
o efflúant hæc ab oculis tuis. Custodi le-
p gem atque consilium meum. Et erit vita animæ

mi fructus eius.) Si iuxta Ecclesiasticum, radix sapientiæ D
est timere deum: fructus sapientiæ qui sunt, nisi videre deum? Et hi sunt primi ac purissimi, siue quia deus qui videtur ab initio est, & nihil inquinatum in eius visione incurrit: siue quia primò ad hanc contemplandam homo creatus
Lucæ.15.c. est. Vnde & adolescentior filius vbi ad patrem pœnitens redit, primam stolam recepisse memoratur: siue quia primùm & rude aurum solet esse purissimum. Et in prima stola nostra verè est beatitudo credenda: quæ nobis in resurrectione perfectius à domino promittitur esse reddenda. g ¶ Preciosior est cunctis opibus, &c.) Non modo terrenis, verùm & cœlestibus diuitiis, imò & ipsis angelorum conspectibus huius sapientiæ claritas antefertur.
Pſal 72.d Vnde & propheta: Quid enim mihi restat in cœlo, & à te quid volui super terram? & cætera vsq; ad finem psalmi. h ¶ Lōgitudo dierum in dextera eius E
&c.) Visione suæ diuinitatis electos in perpetua luce condonat: & eosdem in præsenti vita incarnationis suæ sacramentis & charismatibus illustrat ac roborat. Dat eis qui ob se compa-
Matt.19.d. randam sua omnia vendunt, cētuplum in hoc tempore: & in seculo venturo vitam æternam. Sequitur in hoc loco iuxta antiquam translationem, quod nostri codices non habēt. Ab ore eius proficiscitur iustitia: legē autem & misericordiam in lingua portat. Quod ideo adnotandum credidi, quia hi versiculi in opusculis patrum sæpe positi inueniuntur. i ¶ Viæ eius viæ pulchræ, &c.) Actiones eius & doctrinæ quæ in euangeliis continentur pulchræ sunt: quia diuinæ, ac puri hominis modum longè transgressæ, & omnia iussa eius ad pacem ducunt æternam. Omnia quæ in carne gessit, ad reconciliandos deo mortales, ad pacificandum cùm angelis genus humanum, ad demonstranda suis seruandę adinuicem pacis & dilectionis exempla pertinēt. k ¶ Lignum vitæ est his F
&c.) Sicut in medio paradisi lignum vitæ Moyses esse testa
Gene.3.a. tur, ita per sapientiam dei, videlicet Christum viuificatur ecclesia: cuius & nunc sacramentis carnis ac sanguinis pignus vitæ accipit, & in futuro præsenti beatificatur aspectu.
l ¶ Dominus sapientia fundauit terram, &c.) Deus pater p filium omnia condidit. Typicè autem fundauit terram sapiē tia: cùm per ipsum sanctā ecclesiam in fidei soliditate locauit. Stabiliuit cœlos prudentia, cùm per eundem sublimia prædicatorum corda illustrauit. m ¶ Sapientia illius e-
Gene.7.b. ruperuht &c.) Quando in diebus Noe rupti sunt omnes fontes abyssi magnæ, vel cùm quotidiano progressu fontes & flumina de abysso, per terræ venas emanant, ebulliunt, procedunt. Aliter sapientia erumpunt abyssi, cùm largiēte Christi gratia, profunda sacramentorum cœlestium fidelibus innotescunt. n ¶ Et nubes rore concrescunt.) Patet iuxta literam. Sed allegoricè nubes sunt ecclesiæ magistri, sublimes per contemplationem & vitam, rigantes cor auditorum quasi subiectam sibi terram per doctrinam. Quæ rore concrescunt: quia subtilissima discretione virtutes suas quibus proficiant, quibus alta petant, quæq; minoribus in exemplū monstrent, examinant. o ¶ Fili mi ne effluant hæc &c.) Ne disciplina temporali fatigatus, sapiētiæ quæ tāta est gratiam perdas, præcaue. p ¶ Custodi legē atq; &c.) Lex sa-
Matt.19.c. pientiæ est quæ dicit: Si vis ad vitam ingredi, non occides, non mœchaberis, nō furtum facies, non falsum testimonium dices &c.

G dices &c. Consilium sapientiæ est cùm protinus addidit: Si vis perfectus esse, vade vende omnia quæ habes &c.
a ¶Et erit vita animæ tuæ.) Anima tua habet vitam cum deo, si ei⁹ decreta custodieris: quamlibet caro disciplina correptionis, aut etiam mortis, prematur.
Psal.118.n. b ¶Et gratia faucibus tuis.) Quàm dulcia, inquit, faucibus meis eloquia tua. Habet ergo sensus animi fauces suas, quibus verba quæ audit diiudicet, quib⁹ res & gesta singulorum quæ cernit discernendo examinet: & hæc ample ctendo recipiat, illa reprobãdo contemnat. Quibus nimirũ faucibus cùm legem atq; cõsilium domini custodimus, gratia multiplicatur: quia quanto solerti⁹ quisq; diuinis obtemperat iussis, tanto dulcius eius amorem concipit. Quam nostris faucibus inesse gratiam desiderabat
Psal.33.b. psalmista cùm ait: Gustate & videte quoniam suauis est dominus. c ¶Tunc ambulabis fiducialiter &c.) Fiducialiter in
H via nostra incedimus, cùm dei gratia confisi, profectum in bona nostra conuersatione suscipimus. Si ergo eius imperiis humiliter subdimur: & gustum superni amoris suauius faucibus mentis attingemus, & operationis bonæ augmentum semper obtinebimus. Sed & in tentationibus ne deficiamus, ipso iuuante defendimur. Hoc est enim
Rom.8.c. quod sequitur: d ¶Et pes tuus non impinget.) Quoniam diligentibus deum, omnia cooperantur in bonum. e ¶Si dormieris non timebis. &c.) Patet iuxta literam: quia securus, & dormit, & vigilat, & quiescit & ambulat, qui se innocenter ante deum & iustè viuere meminit. Sed & iustus cùm in morte dormierit, non solum potentias
I malignorum spirituum nõ metuit, sed in pace quiescit, ac securus diem resurrectionis expectat, quia deum vbiq; protectorem habet & custodem. Quale
Psalm.22.a. est in psalmo: Nam & si ambulauero in medio vmbræ mortis, non timebo mala, quoniam tu mecum es. f ¶Noli prohibere benefacere &c.) Quia suprà diligenter legem domini & consilium obseruare monuit, & æternam requiem obseruantibus promisit: nunc multipliciter quæ sint obseruanda replicat. Primo q; ad id quod intermiserat rediens, miseri cordiam proximo exhibendam, & iustè cùm illo docet esse viuendum. Deinde & ab inimico cauendum esse præmonet. Noli ergo, inquit, prohibere benefacere eum qui potest: quòd si vales, & ipse benefac: ne audias à domino cum pha-
Lucæ.11.g. risæis: Ipsi non introistis, & eos qui introibant prohibuistis.
g ¶Ne dicas amico tuo: vade &c.) Non solum de eo qui eleemosynam pecuniæ petit hoc mandatum datur, vt beneuolii ad largiendum, & prompti existamus: sed & per omnia
Ioan.13.b. Christi mandata qui ait: Vos amici mei estis, si feceritis quæ ego præcipio vobis: statim facere, & non in crastinum differre iubemur. h ¶Ne moliaris amico tuo malum &c. Ne contendas &c.) Non vetat contendere aduersus eum q̃ mala facit vt corrigatur: quia hoc nimirum frustra non fit, quod certa necessitas cogit vt fiat: imò etiam qui ait: Si pec K
Matt.18.b. cauerit in te frater tuus, increpa illum: vult vt errantẽ quantum vales ad viam veritatis reuocare contendas. i ¶Ne æmuleris hominem iniustum, &c. illusor.) Omnis illusor, inquit, quia illusor est, qui vel verba dei quæ nouit implere contemnit, vel eadem peruersè intelligendo ac docendo corrũpit. Est illusor & ille q̃ promissa eius quasi parua despicit, & iram districtionis eius quasi tolerabilem spernit. Necnon & ille qui proximorum simplicitati, vel paupertati improbus insultat. Ideoq; omnem huiusmodi illusorem, meritò diuina abominatur iustitia. Bene autẽ subditur: k ¶Et cùm simplicib⁹ sermocinatio eius.) Quia sæpe superbi dum simplicibus illudunt, prudentiores se illis quos irrident iudicant. Sed horũ prudentia iuxta quod Iacobus ait: terrena est, animalis, diabolica. Sermocinatio autem domini cũ Iacob.3.d.
simplicibus est, quia illos cœlestis sapientiæ secretis illustrat, quos terreni fastus ac duplicitatis nihil habere considerat. L
Hinc etenim dicit: abscondisti hæc à sapientibus, & prudentibus, & reuelasti ea parvulis. Matt.11.d.
l ¶Egestas à domino in domo impij.) Iuxta exemplũ purpurati diuitis, qui & in hac vita spiritualibus egebat bonis, & in futura ad tantam peruenit inopiam, vt de digito Lazari, quondam pauperis vnam aquæ guttam requireret. m ¶Habitacula autem iustorum benedicentur.) Iuxta hoc quod apostolus fidelibus de domino loquens: Qui benedixit nos, inquit, omni benedictione spirituali in cœlestibus in Christo, qui & in remuneratiõe ab ipso sunt audituri: Venite benedicti Matt.25.c.
patris mei, percipite regnũ. Sed & iuxta literam sæpe contingit M
eos, qui aliena diripiunt, ad vltimum inopia consumi. At illos qui sua largiuntur: etiam bonis abundare terrenis. n ¶Ipse deludet illusores, &c.) Hos vere siculos apostoli Iacobus & Petrus, iuxta antiquam translatio-
nem posuere dicentes: Quia deus superbis resistit, humilibus Iacob.4.b.
autem dat gratiam. o ¶Gloriã sapientes possidebũt &c.) Lucæ.14.&
Et dominus ait: Omnis qui se exaltat humiliabitur, & qui se 18.c.
humiliat exaltabitur.

Caput IIII.

P Vdite filij disciplinam patris, &c.) Hic exhortaturus ad philosophiam: qualiter ipsa sapientia sit à patre edoctus, explicat. q ¶Nam & ego filius fui patris mei &c.) Nihil magis ad spem percipiendæ sapientiæ mentes erigit, quàm cùm eos quos in sapiẽtia iam clarere miramur, aliquando paruulos & indoctos fuisse meminimus. r ¶Et docebat me atq; dicebat, &c.) Huiusmodi monita Salomoni à Dauid patre data, qui verba dierum relegit, inuenit. Quare autem se Salomon vnigenitum coram matre nominat, quem fratrem vterinum præcessisse scriptura testatur, nisi quia ille mox natus sine nomine, quasi nunquam esset, vita decessit? s ¶Et in oĩ possessione tua &c.)
In omnibus

A In omnibus quæ possides bonis, sapienter te agere memento. Vel in omni possessione tua acquire prudentiam, omnia quæ possides terrena, contemne: dummodo sapientiam percipias: quod ipse fecit Salomon, dum data sibi optione, amorem sapientiæ cũctis præposuit rebus. In euangelio, qui pre-
Matt.13.f. ciosam margaritam quæsiuit, hanc inuentam omnibus quæ habuit venditis, emit. a ¶Dabit capiti tuo augmenta gratiarũ: & corona &c.) Patet de Salomone, quia dum pro sapientia cuncta despiceret, ea percepta maiore gloriæ sublimitate refulsit. Sed & nostro capiti, id est, principali mentis, si sapientiam amplectimur, amplior gratia spiritus augetur, & corona
2.Tim.4.b. supernæ vitæ in futuro donabitur. De qua Paulus: In reliquo reposita est mihi corona iustitiæ, quam reddet mihi dominus in illa die. Expositis sanè his quæ à patre verba perceperat, redit ad docendum auditorem
B suum sapientiam quam cœpit.
b ¶Audi fili mi &c. vt multiplicentur tibi anni vitę.) Id est, vt vitæ æternæ dona percipias.
c ¶Ducam te per semitas equitatis &c.) Semitæ, id est, actiones æquitatis, dum inchoantur, arctę videntur & angustæ: dum verò profectũ capiunt, iam ex consuetudine speciosæ videntur & latæ, psalmista testante, q̃
Psal.16.b. cùm incipiens domino dixisset: Propter verba labiorum tuorũ ego custodiui vias duras, postmodum iam proficiẽs canebat:
Psal.118.d. Viam mandatorum tuorum cucurri, dum dilatares cor meum. Et si ergo semitæ æquitatis cũ ingredi cœperis, arctæ tibi videntur, tamẽ eas cùm ingressus fueris, non artabuntur gressus mentis tuæ: sed iuxta quod dominus ait: Iugum suaue, & onus
Matt.11.d. C leue reperies. Etenim reprobi in hac vita, latum intrant iter, at in die nouissimo ligatis manibus & pedibus mittentur in tenebras. Pedes verò electorum dirigentur in viam pacis.
Matt.22.b. d ¶Et currens non habebis offendiculum.) Quò alacrius ad implenda dei mandata cucurreris: eo minus aduersa quæ te impediant timebis. Nam quicunq; in praua actione desudant offendiculum in medio cursu reperiunt, quia extemplo dum nõ præuident rapiuntur ad pœnã. e ¶Comedũt panem &c.) In actione scelerum, iniqui quasi epulis delectantur appositis. Vel certe vinum damnatorum bibunt, & esurientibus spicas tollere gaudent, vt esse moris impiorum scriptura sacra testatur. f ¶Iustorum autem semita quasi lux splendens procedit &c.) Iustorum opera in luce scientiæ peraguntur, & æternã ducunt ad vitam: quæ est perfecta dies. g ¶Via impiorum tenebrosa: nesciunt &c.) Dicit de his Ioannes a-
Ioan.2.b. postolus, qui diligit fratrem suum, in lumine manet, & scãdalum in eo non est: qui autem odit fratrẽ suum, in tenebris est & in tenebris ambulat, & nescit quò eat: quia tenebræ obcæ cauerunt oculos eius. Cui contra superius dicitur sapienti: illam, & exaltabit te, & glorificaberis ab ea, cùm fueris eam amplexatus. Dabit ca
a piti tuo augmenta gratiarum: & corona
b inclyta proteget te. Audi fili mi, & suscipe verba mea, vt multiplicentur tibi anni vitæ. Viam sapientiæ monstrabo tibi, &
c ducam tẽ per semitas equitatis: quas cùm ingressus fueris, non artabuntur gressus
d tui, & currẽs non habebis offendiculum. Tene disciplinam, ne dimittas eam. Custodi illam: quia illa est vita tua. Ne delecteris in semitis impiorum, nec tibi placeat malorum via. Fuge ab ea, nec transeas per illam: declina, & desere eam. Non enim dormiunt nisi cùm malefecerint, & non rapitur somnus ab eis,
e nisi supplantauerint. Comẽdunt panem impietatis, & vinum iniquitatis bibunt.
f Iustorum autẽm semita quasi lux splendens: procedit & crescit vsque ad perfectam diem. Via impiorum tenebrosa:
g
h nesciunt vbi corruant. Fili mi, auscultã sermones meos, & ad eloquia mea inclina aurem tuam. Ne recedant ab oculis tuis: custodi ea in medio cordis tui. Vita enim sunt inuenientibus ea, & vniuersæ carni sanitas. Omni custodia serua cor tuum: quia ex ipso vita procedit. Re-
i moue à te os prauum, & detrahentia labia sint procul à te. Oculi tui recta videant, & palpebræ tuæ præcedant gressus
k
l tuos. Dirige semitas pedibus tuis, & o-
m mnes viæ tuæ stabilientur. Ne declines
n ad dexteram, neque ad sinistram. Auerte pedem tuum à malo. Vias enim quæ à
o
p dextris sunt nouit dominus: peruersæ verò sunt, quæ à sinistris sunt. Ipse enim rectos faciet gressus tuos: itinera autem tua
q in pace producet.

Caput V.

r Filli mi attende sapientiam meam, & prudentiæ meæ inclina aurem tuam, vt custodias

quia currens non habebis offendiculum, id est, scandalum. D
h ¶Fili mi ausculta sermones &c.) Sunt qui rectè viuere videntur hominibus: sed quia recta intentione nõ faciũt, à deo qui cor respicit prauum, vita eorũ reprobatur, quæ credeba tur bona. Omni ergo diligentia cordis munditia seruanda est: quia examen modus æstimabitur vitæ. i ¶Remoue à te os prauum, &c.) Duobus modis sentiendũ, vt & os tuum ne prauum loquatur aliquid & tua labia ne detractionibus assuescãt custodias, & alios quoq; quos huic vitio subditos nosti, ne te corrumpant fugias. k ¶Oculi tui recta videant &c.) Iter iustitiæ quo ingredi debeas, diligenter edisce, & in cunctis quæ agere disponis, sollicit⁹ ad quẽ sint finem vẽtura præuide. Hoc est enim palpebras recta videntium oculorum, tuos præcedere gressus: bonum op⁹ quod a-
E ctur⁹ es sedula cogitatione preuenire: & quia secũdum deum sit meditando præuidere. Item palpebræ gressus præcedunt, cùm operationem nostram conscilia recta præueniũt. Qui enim negligit considerando præuidere quod facit, gressus tendit, oculos claudit, pergendo iter cõficit: sed præuidẽdo sibimetipsi non antecedit, atq; idcirco citi⁹ corruit, quia quò pedem operis ponere debeat, per palpebram consilij non præuidet. l ¶Dirige semitas pedibus tuis.) Ne videlicet erres in actibus aut fide. m ¶Et oẽs viæ tuę &c.) Ne leuitate mentis à bono mouearis proposito. Hinc & apostolus: Stabiles estote & immobiles, abũdantes in opere domi 1.Cor.15.g.
ni semper. n ¶Ne declines ad dexteram neq; ad sinistram.) Dextera via, bona, sinistra accipitur reproba. Non ergo dexteram viam ambulare, sed ad dex F
teram declinare prohibemur. Declinat enim ad sinistram, qui iniustus est. Declinat ad dexteram, q̃ sibi vult arrogare quòd iustus est. Declinat ad dexterã, qui de suis viribus præsumit. Declinat ad sinistram, qui præ sua fragilitate desperat se posse saluari. Declinat ad sinistrã, qui stultitiæ famulatur. Declinat ad dexteram, qui vult plus sapere quàm oportet sapere: quod & de cæteris virtutib⁹ ac vitiis, eodem modo intelligitur. o ¶Auerte pedem &c.) Hoc est, ne vel huc vel illuc à recto deuies: quia virtutes discretionem quærunt, & nimietas omnis in vitio est. p ¶Vias enim quæ &c.) Id est elegit, & placent illi, ideo displicentibus & reprobis dicturus est: Non noui vos, quod est dicere non vos elegi, nõ mihi placetis. q ¶Peruersæ verò sunt &c.) Si auerteris à malo pedem tuum, si bona quæ docui domino iuuante facere studueris, aderit ipse propitius conatibus tuis, vt & nunc rectè ingredi, & tunc ad pacẽ valeas peruenire sempiternam. Caput V.

r Filli mi attende sapientiam &c.) Hactenus generaliter castigauerat auditorem. Hic sub specie meretricis, ab
hæreticorum

a vt custodias cogitationes, & disciplinam
b labia tua conseruent. Ne intenderis falla-
ciæ mulieris. Fauus enim distillans labia
c meretricis: & nitidius oleo guttur eius.
d Nouissima autem illius amara quasi ab-
sinthium, & lingua acuta quasi gladius bi
e ceps. Pedes eius descendunt in mortem,
& ad inferos gressus eius penetrant. Per
semitam vitæ non ambulant: vagi sunt
f gressus eius, & inuestigabiles. Nunc ergo
fili mi audi me, & ne recedas à verbis o-
ris mei. Longè fac ab ea viam tuam, & ne
appropinques foribus domus eius. Ne
g des alienis honorem tuum, & annos tuos
h crudeli. Ne fortè impleantur extranei vi-
ribus tuis, & labores tui sint in domo a-
i liena. Et gemas in nouissimis quando con
sumpseris carnes & corpus tuum, & di-
k cas: Cur detestatus sum disciplinam, &
increpationibus non acquieuit cor me-
um. Nec audiui vocem docentium me,
& magistris non inclinaui aurem meam.
l Penè fui in omni malo, in medio ecclesiæ
m & synagogę. Bibe aquam de cisterna tua,
n & flueta putei tui. Deriuentur fontes tui
foras: & in plateis aquas tuas diuide.
o Habeto eas solus: nec sint alieni partici-
p pes tui. Sit vena tua benedicta, & lætare
q cum muliere adolescētiæ tuæ. Cerua cha-
rissima & gratissimus hinnulus. Vbera e-
r ius inebrient te omni tempore: in amore
illius

G hæreticorum nequitia prohibet. a ¶ Vt custodias cogitationes: & disci. &c.) Cogitationes quibus rectè credas, labia quibus ipsam fidem per simplicia verba, & consueta atq; ecclesiastica profitearis. Sed & iuxta literam qui adhæret meretrici, etiam labia vel osculando, vel turpia fando commaculat. b ¶ Ne intenderis fallaciæ mulieris. Fauus enim &c.) Rectè sapientia huius mũdi, atq; concupiscentia eius, fallax mulier dicitur, quæ per nitorē gloriæ temporalis, & peccati dulcedinem, animas reproborũ dum demulcet, à deo meretricari facit, & de vana spe pręsentis seculi deceptos fallit. Aliter: Cùm in ore hæreticorũ dulcedo eloquentiæ, non ad sufficientiam solummodo, verumetiam ad superfluitatem resonat, ob id falsitas, quia aptè proferri cernitur, veritas à stultis existimatur. c ¶ Et nitidius oleo guttur eius.) Oleo spiritussancti, fides catholica conse- H cratur: quo nitidius suum guttur ostentāt, qui suos sensus, patrum fidei anteponunt. Patet de meretrice, quia & sermonis suauitatē, & formositatem corporis, ad capiendos miseros quærit. d ¶ Nouissima autem illius amara &c.) Potio absinthij intus amarescit in visceribus, gladio foris membra feriuntur. Vt igitur ostendat iniquos in nouissima vltione & interius impleri, & extrinsecus pœnis circũdari perpetuis, & amaritudine illos absinthij torquē dos, & gladio asseuerat esse trũcandos. Quare autem idem gladius biceps sit dictus, dominus aperit cùm ait: Sed eum timete, qui potest & animam & corpus perdere in gehennam. (Matt. 5. d. & 10. c. & Lucæ. 12. a.) e ¶ Pedes eius descendunt in mortem &c.) Vagi sunt sensus hæreticę deceptionis: quia alij Christũ deum, alij hominem esse ne- I gant: alij carnem accepisse, alij animam contradicunt: alij eũ de virgine natum, alij spiritum sanctum, alij patrem deum esse, alij pœnitentibus veniam dandam esse confiteri prohibēt. Et in tã innumera hęc pestis se findit itinera, vt penitus quot sint inuestigari nequeant. At catholica veritas vaga & inuestigabilis non est: quia vna eademq; cunctis est agnita, totum per orbem fidelibus. f ¶ Nunc ergo fili audi me, & ne recedas &c.) Et Apostolus ait: Fugite fornicationem: (1. Cor. 6. d.) quia nimirum primum huius vitij remedium est longè ab eis fieri: quorum præsentia vel alliciat, vel cooperetur ad vitiũ. Sed & ab hæreticorum auditu prorsus segregari, infirmis auditoribus prodest. g ¶ Ne des alienis honorem tuum &c.) Ne honorem quo ad imaginem dei creatus es, immũdorum spirituum voluntatibus subdas: neq; accepta viuendi spacia ad libitum aduersarij immitis expendas. Cuicunq; enim sceleri quisq; subiicitur, in hoc profectò dominatui malignorũ spirituum mancipatur. h ¶ Ne fortè impleantur extranei viribus &c.) Ne dæmoniorum facta adiuues: si vel ingenium animi, vel corporis tui vires, ad patranda facinora tradas: domũmq; alienam, id est, numerum perditorum, te adiecto multiplices. Et pulchrè dicit: labores tui sint in domo aliena: quia sunt qui iuxta prophetam, vt iniquè agant, laborant: & hæretici quantum laborem contra ecclesiam subierint, vtinam lateret. i ¶ Et gemas in nouissimis quando consumpseris carnes &c.) Præponendum à superiori, ne fortè: & est sensus: Ideo te castum custodi, ne fortè in pœnis K gemere cogaris, quando non solum carnales illecebræ transeunt: sed & ipso corpore relicto, anima quæ per corpus gessit cuncta reddere compellitur. Verùm & in hac vita sæpius contigit, vt qui in adolescentia luxuriosè viuendo habita dispserserant, tempore senectutis inopia deficiant, & refrigescente calore carnis, ac flore iuuentutis marcescente, rebus suis quas lasciuè vendiderant, alios vti conspiciant: gementesq; sera pœnitentia dicant quæ sequuntur: k ¶ Cur detestatus sum disciplinam &c.) Disciplinam dicit ecclesiasticæ fidei, increpationes autem quibus hæretici cur ab ecclesia recesserint obiurgantur. Patet de fornicariis. l ¶ Penè fui in omni malo in med. &c.) Ecclesia & synagoga Græca nomina sunt & vnam eãdemq; rem Latinè significant, id est, conuentum plurimorum adinuicem. (Ecclesia. Synagoga.) Si autem subtilius distinguantur, L ecclesia conuocatio, & synagoga congregatio interpretatur. Et vetus quidem dei populus vtroq; nomine vocabatur: Nũc autem gratia distinctionis, ille synagoga, noster ecclesia dicitur, merito scilicet fidei & scientiæ maioris: quia & irrationalis creatura potest congregari. Deniq; dixit deus: Congregentur aquæ in congregationē vnam. (Gene. 1. a.) Rationalis autem solum & sensibilis potest cõuocari. Verùm aliquando hæc nomina & malorum conuentus significāt: vnde & illud: Exarsit ignis in synagoga eorum. (Psal. 105. c.) Et: Odiui ecclesiam malignantium. (Ibid. 25. b.) Quòd ergo serò pœnitens ait: contemptor sapientiæ penè fui in omni malo, in medio ecclesiæ & synagogæ: videtur misero magnitudinem suæ damnationis perpendenti, quia nihil penè fuerit sceleris, quo non ipse sit irretitus, qui tanta meruit tormen- M ta subire, & hoc ad cumulum accesserit miseriæ, quòd non extremus ipse peccantium, sed medius magis & quasi autor extiterit: vel certè in mediis sanctorum conuenticulis corpore positus, alienam ab eis vitam ducere non timuerit. Et de hæreticis specialiter sentiendum: qui nec veterum patrũ, nec nouorum dictis & exemplis potuerint ab errore reuocari. m ¶ Bibe aquam de cisterna tua &c.) Desiderio vtere propriæ mulieris, & eius ministeriis fouere deuotis.
n ¶ Deriuentur fontes tui foras, &c.) Filium tuum ac filiam nuptui trade: & hoc manifestè facito pluribus consciis.
o ¶ Habeto eas solus &c.) Solus in tua potestate retine qualibus matrimoniis liberos tuos socies: nec sint fornicarij vel meretrices, tuæ sobolis participes. p ¶ Sit vena tua benedicta &c.) Tanta te temperantia cum muliere quam adolescens accepisti, etiam cùm senuerit serua: vt merito fidelis castimoniæ benedictionem consequaris in prole.
q ¶ Cerua charissima & gratissimus &c.) Illa sit tibi semper charissima coniunx quæ sicut cerua serpentes, ita persequatur scorta & suis effugat ab ædibus: sit natus ex ea filius & ipse castitatis amator gratissimus. r ¶ Vbera eius inebrient te omni tempore &c.) Non vxorio operi semper insistere docet: sed monet, ne vel prima viuente aliam ducas, vel meretrici vnquam socieris. Aliter: Quod ait, Bibe aquam de cisterna tua: & fluenta putei tui: Docet ab hæreticis cauendum, & (Alia expositio.)

a illius delectare iugiter. Quare seduceris
fili mi ab aliena: & foueris sinu alterius.
b Respicit dominus vias hominis, & om-
c nes gressus illius considerat. Iniquitates
suæ capiunt impium, & funibus peccato-
d rum suorum constringitur. Ipse morietur
quia non habuit disciplinam: & multitu-
dine stultitiæ suæ decipietur.

Caput VI.

e Filii mi si spoponderis pro amico tuo:
defixisti apud extraneum manum
f tuam. Illaqueatus es verbis oris tui:
g & captus propriis sermonibus. Fac ergo
quod dico fili mi, & temetipsum libera:
quia incidisti in manum proximi tui: dis-
h curre, festina, suscita amicum tuum. Ne
dederis somnum oculis tuis, nec dormi-
i tent palpebræ tuæ. Eruere quasi dammu-
k la de manu, & quasi auis de laqueo. Vade
ad formicam ô piger & considera vias e-
l ius: & disce sapientiam. Quæ cùm non ha
beat ducem, nec præceptorem, nec prin-
cipem, parat æstate cibum sibi, & congre-
m gat in messe quod comedat. Vsq; quò pi-
ger dormis? quando consurges à somno
tuo? paululum dormies, paululum dormi
tabis, paululum conseres manus vt dor-
mias. Et

A dum, & custodiæ scripturarum ac lectioni attendendum, scientiam, inquit, quam prædicas aliis ipse serua, & tui irrigationem sermonis infundere. Diriuentur fontes tui foras, & in plateis aquas tuas diuide. Cùm ipse seruaueris: tunc & aliis prædica, & in magna auditorum amplitudine, diuina eloquia iuxta vniuscuiusque qualitatem dispensa. Habeto eas solus. Aquas & in plateis diuidimus, & tamen soli possidemus: quando exterius latè prædicationem fundimus, & tamen per eam laudes humanas consequi minimè ambimus. Nec sint alieni participes tui. Immundi spiritus participes fiunt doctori: si eius mentem vel fastu elationis dum prędicat, vel hæresi, vel quolibet vitio corrumpunt. Solus autem aquas possidet, cùm membris ecclesiæ fideliter connexus, ab extraneorum se consortio liberum seruat. Sit vena tua benedicta, & lætare cùm muliere B adolescentiæ tuæ. Sit doctrina tua & quæcunq; nascuntur ex ea in benedictione ecclesiæ, & lætare cùm ea cui ab adolescentia, id est, à primo credendi tempore coniunctus es. Cerua charissima & gratissimus hinnulus: vbera eius inebrient te omni tempore: in amore illius delectare iugiter. Cerua charissima siue gratissima, vt quidam codices habent, sancta est ecclesia, quæ serpentinam solet odio habere & conterere doctrinam. Gratissimus hinnulus, populus est eius virtutum varietate delectabilis, & eadem castæ fidei semper æmulatione succensus. Cuius vberibus inebriamur, cùm vtriusq; testamenti paginis contra hæreticorum fraudes instruimur: cuius pace & amore iugiter delectari, magna est exercendarum occasio virtutum. a ¶ Quare seduceris fili mi ab aliena &c.) Et de meretrice & de hæresi sentiendum. b ¶ Respicit domi- C nus vias hominis &c.) Non putent se adulteri tenebris noctis ac parietum obtegi: non hæretici sua molimina posse cælari: quia tenebræ non obscurabuntur à domino, & nox sicut dies illuminabitur. (Psal. 138. b.) c ¶ Iniquitates suæ capiunt impium &c.) Distat inter peccatorem & impium: quod peccator appellatur omnis qui vel in paruis, vel in magnis sceleribus decidit. (Peccator.) Impius autem, qui vel nunquam fidem recepit, vel enormitate scelerum ab ea quam accepit anathema factus est: vt hæretici, vel catholici publicis flagitiis inuoluti. (Impius.) Qui funibus peccatorum suorum constringuntur, cùm incessabili augmento suæ prauitatis intereunt. Qui enim funem facit, torquendo semper & inuoluendo fides fidibus auget. Talis est tortitudo operum malorum: tales libri hæreticorum, in quibus praua prauis nectentes, non aliud scribendo quàm quo se arctius obligent agunt.
d ¶ Ipse morietur &c.) Quia multa de adulteris vel de hæreticis disputauerat, more suo in clausula narrandi qualis sit talium finis, ostendit: id est, quia ad mortem tendant æternam, qui disciplinam detestati sunt vitæ. Multitudinem autem stultitiæ suæ dicit, cùm hæretici se sapientiores sanctis patribus autumant: vel cùm opera tenebrarum facientes iniqui, aut dominum hæc non videre, aut se facilè eius iram putant posse tolerare.

Caput VI.

Filii mi si spoponderis pro amico tuo: defixisti &c.) In D promptu est literæ sensus: quia suadet ei qui spopondit pro amico, vt ipsum amicum sollicitus admoneat, (Allegor.) quatenus reddita pecunia quam debet creditori, & se & ipsum liberet. Allegoricè autem in hac περιοχῇ doctorē: porrò in sequenti vacantem quemlibet, vt se gerere debeat instruit. Dicitur enim præceptori: si spoponderis pro amico tuo, defixisti apud extraneum manum tuam: quod est apertè dicere: si animam fratris in periculo tuę conuersationis acceperis, iam ligasti mentem apud curam sollicitudinis quæ antè deerat.
f ¶ Illaqueatus es verbis oris tui, &c.) Quia dum commissis tibi cogeris bona prædicando dicere: teipsum prius necesse est quæ dixeris custodire.
g ¶ Fac ergo quo dico fili mi, &c.) Non tantum tu ipse bene viuendo vigilare memento, sed & illum cui præes à peccati torpore prædicando disiunge. E
h ¶ Ne dederis somnum oculis tuis &c.) Somnum oculis dat, qui subditorum curam omnino negligit. Dormitat autem, qui reprehensibilia eorum gesta cognoscit, sed hæc propter mentis tędium digna inuectione nõ corripit. i ¶ Eruere quasi dammula de manu, &c.) Quantum auis de laqueo, vel dammula de manu captantis, quærit euadere: tantum nitere, vt auditore tuo salubriter instituto, ipse à sponsione vitæ eius liber reddaris. Vel certè quia dammula mundũ natura est animal velox cursu, visúq; acerrimum. Vnde & Græcè ἀπὸ τοῦ δέρκειν, (Dorcas.) id est, à videndo, dorcas nuncupatur. Auis autem volando alta petere consueuit. Cùm in docendis occuparis subditis, mundus à peccatis omnibus, & strennuus in operibus bonis, perspicax in deprehendendis malorum insidiis, & virtutum pennis fultus esse satage: quatenus expleto prædicandi ne- F gocio, & ad superna transuolare, & cœlestis vitæ pascua merearis intrare. k ¶ Vade ad formicam ô piger &c.) Hinc vacantem hortatur quenq;, vt si ad alios erudiendos non sufficit, saltem suimet curam agere non negligat. Et si sapientiam docendi nequit ab homine discere: vel operandi sapientiam discat à formica. Formica dicitur strennus quisq; & prouidus operarius, qui in præsenti vita velut in æstate, fructus iustitiæ quos in æternum recipiat sibi recondit.
l ¶ Quæ cùm non habeat ducem &c.) Si tantillum animal, principe carens, & rationis expers, natura duce sibi prouidet in posterum: multo magis tu ad imaginem dei conditus, ad videndam eius gloriam vocatus, doctorum magisterio adiutus, ipsum conditorem habens ducem, debes in præsenti bonorum operum fructus congregare, quibus in æternum viuas in futuro. Hæc etenim vita in eo messi comparatur & ęstati: (Aestas.) quòd nunc inter ardores tentationum tempus est colligendi futurorum merita pręmiorum. At dies iudicij hyemis (Hyems.) similatur rigoribus, quia tunc nimirum nulla relinquitur facultas pro vita laborandi, sed tantum cogitur quisq; de horreo priscæ actionis, quod recõdidit, proferre. Vnde & dominus præcipit dicens: Orate autem vt non fiat fuga vestra in hyeme, vel sabbato. (Matt. 24. b.) Hyeme enim facultas, sabbato licentia, iuxta legem, deest fructus vitæ colligendi, ac penuriam fugiendi perpetuã. m ¶ Vsq; quo piger dormis &c.) Vsq; quo inquit, dormis in vitiis: quando potes resurgere ad bene operandum,

G randum,quí noxio torpore depressus semper dicis, paululũ adhuc iacebo,& sic postea pœnitẽdo resurgam. Fit nanq; vt te semper differente opus bonum,repẽtè iudex qui mala tua facta puniat adsit. Hoc est enim quod sequitur: a ¶Et veniet tibi quasi viator &c.) Egestas nanq; & pauperies pœna est vltima,in qua damnati nil diuitiarum merentur, quæ quasi viator veniet,quia improuisa & subitanea: quasi vir armatus, qa deuinci perpetuò non potest. Patet iuxta literam, quia pigritia nutrix est egestatis & penuriæ. b ¶Si verò impiger &c.) Fructus terreni quos metimus, non fonti comparantur sed cisternę quia ad tempus pascunt colligẽtem,& in tempore deficiunt. At qui impiger fuerit pro cœlestibus laborare diuitijs:huius messis vt fons aduenìet,quia mercedem laborum indeficientẽ percipiet. c ¶Et egestas longè fugiet à te.) Quia satiabor, inquit Psalmista,dum manifestabitur gloria tua. d ¶Homo apostata &c.) Dixerat de hæresibus & aliis vitiorum generibus,instituerat præceptorẽ,excitauerat pigrum,at nũc redarguit & schismaticum. Vbi notãdum,quia quem seminantẽ iurgia dicere voluit,prius apostatam nominauit: quia nisi more superbientis angeli à cõspectu conditoris prius intus auersione mentis caderet,foras postmodũ vsq; ad seminanda iurgia nõ veniret. Qui rectè dicitur quòd annuit oculis,terit pede,digito loquitur. Interior nanq; est custodia quæ ordinata seruat exterius membra. Quia,ergo statũ mentis perdidit,foras in inconstantiam motionis fluit: atq; exteriori mobilitate idicat, quòd nulla radice intersus subsistat.

Psal.16.d.

H

e ¶Sex sunt quæ odit dominꝰ, &c.) Eundem quem suprà pleniꝰ quàm sit deo odibilis discordiam seminãdo insinuat. Quòd autem animam habere deum dicit:humano more facit, vt eum plena intentione, & non leniter tales odisse significet. Tale est in Esaia:Calendas vestras& solennitates vestras odiuit anima mea. f ¶Oculos sublimes, linguã &c.) Enumerat sex capitalia crimina: quæ tamen comparatione discordiam seminantis quasi minora deponit: qa nimirũ maius est faciꝰ illud quo vnitas & fraternitas,quæ p spiritus sancti gratiam est cõnexa, dissipatur. Potest enim quilibet oculos iactanter extollere, lingua mentiri,homicidio pollui, mala proximo machinari, aliis sceleribus membra subdere,falsum contra quempiam testimonium proferre: quod non idem esse putandum est quod suprà linguam mendacem nominat. Potest enim mendacium,sed non contra proximum dici. Nã si quis sponsam suam,id est, ecclesiam siue animam quamq; fidelem,corrumpere præsumit.

Esaiæ.i.d.

I

a mias. Et vẽniet tibi quasi viator egestas,
b & pauperies quasi vir armatus. Si verò impiger fueris,venit vt fons messis tua. Et e-
c gestás longè fugiet à te. Hõmo apostata,
d vir inutilis:graditur ore peruerso, annuit oculis,terit pede, digito loquitur, prauo corde machinatur malum,& omni tempore iurgia seminat. Huic extemplò veni et perditio sua, & subitò conteretur, nec
e habebit subitò medicinam. Sex sunt quæ odit dominus,& septimum detestatur ani
f ma eius. Oculos sublimes, linguam mendacem,manus effundentes innoxium sanguinem,cor machinans cogitationes pessimas,pedes veloces ad currendum in malum,proferentem mendacia, testem fallacem,& eum qui seminat inter fratres discordias. Cõserua fili mi præcepta patris
g tui,& ne dimittas legem matris tuæ. Liga ea in corde tuo iugiter,& circũda gut
h i turi tuo. Cùm ambulaueris gradiatur tecum,cùm dormieris custodiant te, & eui gilans loquere cum eis. Quia mandatum lucerna est,& lex lux, & via vitæ increpatio disciplinæ,vt custodiant te à mulie
k re mala, & à blanda lingua extraneæ. Non concupiscat pulchritudinem eius cor tuum. Nẽ capiaris nutibus illius. Prẽcium enim scorti vix vnius panis est. Mulier autem viri preciosam animam capit.
m Nũnquid abscondere potest homo ignẽ in sinu suo,vt vestimenta illius non ardeant: aut ambulare super prunas vt non plantæ comburantur eius? Sic qui ingreditur ad mulierem proximi sui, non e-
n rit mundus cùm tetigerit eam. Nõn grandis est culpa cùm quis furatus fuerit: furatur enim vt esurientem impleat animam: deprehensus quoque reddet septuplum, & omnem substantiam domus suæ tradet, & liberabit se. Qui autem adulter est, propter cordis inopiam, perdet animam suam. Turpitudinem & ignominiam congregat sibi, &
o opprobrium illius non delebitur. Quia scelus & furor viri non parcet in die vindictæ: nec acquiescet cuiusquam precibus: nec suscipiet pro redemptione dona plurima.

Fili mi

K Mendacij genera.

L

M

Ezec.16.f.

A FIli mi custodi sermones meos & præcepta mea &c.) Hæc παραινετικὴ eadem quæ superior sub meretricis persona plenius explicat. b ¶Et legem meam quasi &c.) Tam solicitè serua quæ doceo,quasi nil rectè sine his aspicere valeas. c ¶Liga eam in digitis tuis &c.) In digitis,in actibus dicit: in tabulis cordis, in latitudine cogitationis. Denique & alia translatio sic dicit: Describe eam in latitudine cordis tui. d ¶Dic sapientiæ, soror mea es &c.) Sapientiam ecclesiasticæ doctrinæ,sororia tibi dilectione coniunge, vt hæc te à pollutione seruet hæretica: quæ à castitate ecclesiæ probatur extranea. e ¶De fenestra enim domus meæ &c.) Aptè autem Salomon de fenestra domꝰ suæ se per cancellos prospexisse dicit,vt paruulorum gesta diiudicaret. Qui enim de fenestra per cancellos ꝓspicit, ipse quidem ea quæ foris aguntur plenè considerare sufficit, nec tamẽ ipsum qui foris infrà degũt aspiciunt. Nanq; hoc est quod

B

1.Cor.2.d

Apostolus ait: Spiritualis enim iudicat omnia: ipse autem à nemine iudicatur. De fenestra enim domus meæ per cancellos prospexi,& video paruulos. Patet iuxta literam: quia sapientium aspectus magistrorum,& infirmorum actus sedulò speculatur, & fortium. Aeterna dei sapientia de cœlo prospexit, & videt omnes filios hominum.

f ¶Considero vecordem iuuenem &c.) Iuuenem vocat adulterum,nõ propter virtutem, sed propter instabilitatem. Qui trãsit in platea: quia deseruit angustam viam quæ ducit ad vitam. Iuxta angulum, quia deflectit à rectitudine. g ¶Et prope viã domus illius graditur.) Quia à via veritatis declinauit, meritò

C

viæ domus meretricis vel hæretici appropiat, quæ rectè iuxta quod exposuimus, & in platea, & iuxta angulum posita est. h ¶In obscuro aduesperascente die, &c.) Quia iam talis per cæcitatem cordis ad tenebras festinat peccati & damnationis. i ¶Et ecce mulier occurrit illi ornatu meretricio &c.) Patent hæc cũcta iuxta literam de meretriciis operibus. Verum doctrina hæreticorum quemcunque incautum reperit & vecordem, hunc decipere tentat: ipsa etenim ornatu apparet meretricio, quia immunda præfulget eloquentia. Præparata est ad capiendas animas: quia quoscũque sibi sociare potest,ſpirituali morte perimit. k ¶Garrula & vaga, quietis impatiens.) Quietem ecclesiæ turbare desiderans. l ¶Nec valens in domo consistere pedibus suis.) Nulla est hæresis quæ primis sit contenta discipulis: hi sunt enim domus eius,sed semper nouos quos decipiat quærit. m ¶Nunc foris, nunc in plateis, nunc iuxta angulos insidians.) Foris,cum paganos rapitiin plateis,cum voluptuosos: iuxta angulos, cum alios hæreticos. n ¶Apprehensumq; deosculatur iuuenem.) Verborum fallentium blandimentis tentat instabilem. o ¶Et procaci vultu blanditur dicens &c.) Iuxta literam patet intellectus quia meretrix conuiuium se permagnificum præparasse fatetur: at hæretici in cunctis quæ agunt, victimam se salutis deo immolare, vel autumant, vel autumare gestiunt. Nam & dominus ad discipulos: Sed venit, inquit, hora vt omnis qui interficit vos, arbitretur se obsequium præstare deo. p ¶Intexui funibus lectum meum, &c.) Solent lecti qui ex funibus, vel iuxta aliam translationem instítis intexuntur, molliores fieri quàm qui ex ligno,vel corio, vel qualibet alia materia substruuntur. In lecto ergo funibus intexto,meretrix mollitiem quiescendi designat. In tapetibus verò pictis ex Aegypto, etiam oculorum tentat illecebras: quibus nefando aspectu irretitis, facilius ad seducenda mentis arcana penetret. Quia verò nomine funium aliquando solent diuina præcepta figurari: quæ à nostris nos voluptatibus coercendo religant: promittunt se hæretici cõtextu verborum cœlestium salubre suis auditoribꝰ quasi stratum parare: in quo à vitiorum tumultibus libero corde quiescant,sed veraciter illis funibus peccatorum construunt locum perditionis, vbi perpetuo pedes manusq; alligati damnãtur. De quo dominus in Apocalypsi: Et dedi, inquit, illi tempus vt pœnitentiam ageret,& non vult pœnitere à fornicatione sua: ecce mitto eam in lectum,& qui mœchantur cum ea in tribulationẽ maximam. In tapetibus verò pictis ex Aegypto, ornatus eloquentiæ,& dialecticæ artis versutia, quæ ab ethnicis originẽ sumpsit,intelligitur: per quam mens hæretica sensum doctrinæ pestilentis quasi meretrix thorũ facinoris se texuisse gloriatur. q ¶Aspersi cubile meum mirrha,&c.) Promittunt se tales odorem cœlestium habere virtutum: quibus sua suorumq; corda velut funibus cubilia venusta consecrent,sanctificent,perficiant,ac dicere posse cum Apostolo: Quia Christi bonus odor sumus deo.

Apoca.2.f

2.Cor.2.d

r ¶Veni inebriemur vberibus &c.) Doctrinæ sanctæ poculis se inuicem satiandos iactant hæretici, & virtutum gratia confungendos: donec eorum gesta lux sequatur æterna. s ¶Non est enim vir in domo &c.) Non est, inquiunt, Christus corporaliter in ecclesia: surgens enim à mortuis ascendit in cœlum,nobisq; ministerium gubernandæ ecclesiæ, suã videlicet domum reliquit. t ¶Sacculum &c.) Gloriam resurrectionis & immortalitatis deus secum detulit,quo illius patriæ ciues lætificaret ac ditaret. u ¶In die plene &c.) In tempore enim quo electorum suorum ecclesia numerum cõpleuerit,reuertẽt ad iudicium. x ¶Statim &c.) Id est,quasi stultus ne-

D

E

F

1 FIli mi cũstodi sermones meos, & præ
2 cepta mea reconde tibi. Fili honora
dominum & valebis: præter eum verò ne timueris alienum. Serua mandata
b mea,& viues. Et legẽm meam quasi pupil
c lam oculi tui. Ligà eam in digitis tuis scri
d be illam in tabulis cordis tui. Dic sapiẽtię,soror mea es: & prudentiam voca amicam tuã, vt custodiat te à muliere extranea,& ab aliena quæ verba sua dulcia fa-
e cit. Dẽ fenestra enim domus meæ per can
f cellos prospexi,& video paruulos. Cõsidero vecordem iuuenem qui transit per
g plateas iuxta angulum. Et prõpe viam do
h mus illius graditur. In obscũro aduespera
i scẽte die, in noctis tenebris & caligine. Et ecce mulier occurrit illi ornatu meretri-
k cio: præparata ad capiẽdas animas. Gãrru
l la & vaga,quietis impatiẽs. Nèc valens in
m domo consistere pedibus suis. Nũnc foris, nunc in plateis, nunc iuxta angulos insi-
n dians. Apprẽhensumq; deosculatur iuuenem. Et prõcaci vultu blanditur dicens: victimas pro salute deuoui: hodie reddidi vota mea. Idcirco egressa sum í occursum
p tuum desiderans te videre,& reperi. Intẽxui funibꝰ lectum meum, straui tapetibus
q pictis ex Aegypto. Aspersi cũbile meum
r mirrha, aloe, cinnamomo. Veni inebriẽmur vberibus, & fruamur cupitis amplexibus,donec illucescat dies. Nõn est enim
t vir in domo sua: abiit via longissima. Sãculum pecuniæ tulit secũ. In die plenæ lũnæ reuersurus est in domum suam: irretiuit eum multis sermonibus, & blanditiis
x labiorum protraxit illum. Statim eam sequitur quasi bos ductus ad victimam, & quasi agnus lasciuiens & ignorans quòd ad vincula stultꝰ trahatur: donec trãsfigat sagitta iecur eius: velut si auis festinet ad laqueũ,& nescit quòd de periculo animæ illius agitur. Nunc ergo fili audi me & attẽde verba oris mei, ne abstrahatur in viis illius mens tua: neq; decipiaris semitis eiꝰ.

Multos

Multos enim vulneratos deiecit. Et for-
a tissimi quiq; interfecti sunt ab ea. Viæ in-
b feri domus eius, penetrantes interiora mortis.

Caput VIII.

c NVnquid non sapientia clamitat: & prudentia dat vocem suã? In sum-
d mis excelsisq; verticibus super viã in mediis semitis stans, iuxta portas ciui-
e tatis: In ipsis foribus loquitur dicens: O viri ad vos clamito, & vox mea ad filios
f hominum. Intelligite paruuli astutiam, &
g insipientes animaduertite. Audite quoniam de rebus magnis locutura sum. Et a-
h perientur labia mea vt recta prædicent. Veritatem meditabitur guttur meum, & labia mea detestabũtur impium. Iusti sunt omnes sermones mei: non est in eis prauum quid, neq; peruersum. Recti sunt intelligentibus, & æqui inuenientibus scien-
i tiam. Accipite disciplinam meam, & non pecuniam: doctrinam magis quam aurũ eligite. Melior est enim sapientia cunctis opibus preciosissimis, & omne desidera-
k bile ei non potest comparari. Ego sapientia habito in consilio: & eruditis intersum cogitationibus. Timor domini odit
l malum. Arrogantiam & superbiam & viam prauam, & os bilingue detestor. Me-
m ũm est consilium & æquitas: mea est pru
n dentia: mea est fortitudo. Per mẽ reges regnant, & conditores legum iusta decernunt. Per me principes imperant: & po-
o tentes decernunt iustitiam. Ego diligẽntes me diligo, & qui mane vigilauerint ad
p me, inuenient me. Mecum sunt diuitiæ & gloria: opes superbæ & iustitia. Melior est fructus meus auro & lapide precioso: & genimina mea argento electo. In viis iustitiæ ambulo, in medio semitarum iudicij, vt ditem diligentes me: thesauros eo-
q rum repleam. Dominus possedit me in ini
r tio viarũ suarum: antequam quicquam faceret à principio. Ab æterno ordinata sũ, & ex antiquis antequã terra fieret. Nondum erant

G stultus nesciẽs ipse ductus ad interitum. a ¶ Et fortissimi quiq; &c.) Vt ipse Salomon sapientissimus virorum, vt Samson fortissimus, vt Dauid mansuetissimus à muliebri decipula, vt Origenes ab hæretica, quem post apostolos ecclesiæ magistrum fuisse quandiu rectè sapuit qui negauerit errat. (3.Reg.11.a. Iudi.14. &.16. 2.Reg.11.a.)

b ¶ Viæ inferi domus &c.) Sed de ecclesia dñs ait (Matt.16.c.): Quia portæ inferi non præualebũt aduersus eam. Interiora autem mortis, acerrima gehennæ tormẽta, quasi arctiora & obscuriora dicit, quibus hæreticos & fornicarios cõstat esse mergẽdos, sicut de sanctis pro domino in hac vita patientibus aduersa dicitur: Quia misit eos custos in interiorẽ carcerem: atrociorem videlicet, & fœdiorem, & obscuriorem.

Caput VIII.

c NVnquid non &c.) Nũquid nõ dominus palã locutus est mundo, & in occulto locutus est nihil? (Ioan.18.d.) Quid H ergo eius neglecto euãgelio, ad hæresim potius vel lasciuiã quæ in angulo susurrãt audiendam, miseri cõfluũt? d ¶ In summis excel. &c.) In monte discipulos simul & turbas docuit, sed & per vias sæpe his qui conueniebant prædicabat, & eos quos cura indigebãt, sanabat. In ipsa etiã porta ciuitatis Naim mortuum resuscitans (Lucæ.7.b.): exemplo miraculi verba quæ edocuerat cõmẽdabat. Vt quid sequimini eos qui in abditis contra eum suas exerũt linguas? e ¶ In ipsis foribus &c.) Ad viros clamat: id est, ad strenuos verbi auditores in vtroq; sexu. Nam qui fœminea, id est, fluxa mente sunt: sapientiæ verba percipere nequeunt.

f ¶ Intelligite paruuli &c.) Manifestum est de domino, quia & cùm esset ipse in mundo, omni ætati, sexui, conditioni locutus est verbum, imò etiam clamabat I stans in templo: Si quis sitit, veniat ad me & bibat. (Ioan.7.b.) Et nunc per doctores ecclesiæ: ipsi enim sunt fores ciuitatis eius: viris simul ac fœminis, sapientibus & insipientibus, grandæuis prædicat & paruulis. At contrà doctrina fallax clam & priuatim, quos seducere valeat quærit.

g ¶ Audite &c.) Magnis nempe: quia regnum cœlorum & promisit, & dedit: fideq; sanctæ trinitatis docuit: atq; alia innumera quæ prophetæ ei loquẽda relinquebant. h ¶ Et aperientur la. &c.) Labia eius sunt duo testamenta cõcordi adinuicem veritatis attestatione coniuncta, quæ ipsa in carne apparẽte, per sancti spiritus donum sunt ad prædicãdum salutem, vniuersum aperta per orbem. i ¶ Accipite disciplinam meã &c.) Non potestis deo seruire & mammonæ. (Matt.6.c.) k ¶ Ego sapientia habito in consilio, &c.) Vbi duo vel tres congregati fuerint in nomine meo: ibi sum ego in medio eorum. (Matt.18.c.)

l ¶ Arrogantiam & superbiam &c.) Arrogantiam & superbiam in eis qui se cæteris meliores æstimant. Viam prauam in eis qui apertè mala faciunt. Os bilingue in illis qui in bonis quæ loquuntur, stabile quippiam non habent, sed iuxta auditorum libitum sua verba commutant. K m ¶ Meum est consilium & æquitas &c.) Non se extollat humana præsumptio: plenitudinem virtutum sola dei sapientia possidet: ab hac humana infirmitas quicquid virtutis habet accipit. n ¶ Per me reges regnãt &c.) Reges dicit apostolos, siue alios sanctos: qui & seipsos primùm, & deinde ecclesiam sibi subditam bene regere sciũt. Legum conditores, autores vtriusq; testamenti, & sequentes ecclesiæ scriptores. Principes & potentes, cæteros fideliũ præceptores ac rectores appellat, qui vtiq; omnes non nisi per sapientiam vt essent aliquid habent. Ait enim: Quia sine me nihil potestis facere. (Ioan.15.a.) o ¶ Ego diligentes me diligo. &c.) Tale est & in euangelio (Ibidẽ.18.c.): Qui autem diligit me, diligetur à patre meo, & ego diligam eum: & manifestabo ei meipsum. L Mane quippe vigilant ad sapientiam, qui semper innouato mentis studio ad Christi visionem pertingere satagunt. p ¶ Mecum sunt diuitiæ & gloria, opes &c.) Opes superbas, opes excelsas dicit, vt cœlestia dona significet. Græcè enim superbus ὑπερύφανος, id est, superapparens dicitur. Et ideo rectè sapientia opes hyperiphanos secum esse dicit: quia quicquid donorum cœlitus fidelibus datur, cunctis mũdi opibus excellentius esse probatur, quod etiam addendo iustitiam manifestius inculcat, nam terrenas opes, & gloriam sæpius habẽt iniusti. Nos autem in resurrectione, sicut Petrus ait: nouos cœlos & nouam terram, & promissa ipsius expectamus, in quibus iustitia habitat. (2.Pet.3.c.) q ¶ Dominus possedit me in initio viarũ suarum &c.) M Vox Christi, qui vera est dei patris sapientia, quæ ante omnem mundi creaturã ineffabiliter ex patre genita, quia ipse cũctam cœli terræq; materiam potentialiter creauit atq; mirabiliter disposuit. Viæ domini sunt opera eius: quorum consideratione ad fidem vel agnitionem peruenit genus humanum. Inuisibilia enim ipsius à creatura mundi per ea quæ facta sunt intellecta conspiciuntur. Viæ eius sunt ipsæ illuminationes per quas se & angelicis spiritibus & mentibus ostendit humanis: in quarum initio viarum sapientiam possedit: quia in primordio creaturæ nascentis, filium qui cum eo cuncta disponeret habuit. Sed ne putaret aliquis harum initio viarum vel aliquando ante tempora filium esse cœpisse, vigilanter adiunxit. r ¶ Antequam quicquam faceret à principio &c.) Cui simile est in euangelio, In principio erat verbum, & verbum erat apud deum, & deus erat verbum: Omnia per ipsum facta sunt. (Ioan.1.) Pereant ergo qui negant dei

dum erant abyssi, & ego iam concepta eram: necdum fontes aquarum eruperant: necdum montes graui mole constiterant. Ante colles ego parturiebar: adhuc terrã non fecerat & flumina & cardines orbis terræ. Quando præparabat cœlos aderã: quando certa lege & gyro vallabat abyssos. Quando æthera firmabat sursum, & librabat fontes aquarum. Quando circundabat mari terminum suum: & legem ponebat aquis, ne transirent fines suos. Quãdo appendebat fundamẽta terræ, cum eo
a eram cuncta cõponens. Et delectabar per singulos dies, ludens coram eo omni tempore: ludens in orbe terrarum: & deliciæ meæ esse cum filiis hominum. Nunc ergo filij audite me: Beati qui custodiunt vias meas. Audite disciplinam & estote sapiẽ-
b tes, & nolite abiicere eam. Beatus homo qui audit me, & qui vigilat ad fores meas quotidie & obseruat ad postes ostij mei. Qui me inuenerit, inueniet vitam & hauriet salutem à domino. Qui autem in me peccauerit, lædet animã suam: omnes qui me oderunt, diligunt mortem.

Caput IX.

c d e f SApientiã ædificauit sibi domum. Excidit columnas septem. Immolauit victimas suas. Miscuit vinum, & propo-
g suit mensam suam. Misit ancillas suas vt vocarẽt ad arcem & ad mœnia ciuitatis:
h *Si quis est paruulus veniat ad me, & insi-*
i pientibus locuta est: Venite, comedite panem meum, & bibite vinum quod miscui
k vobis. Relinquite infantiam & viuite, &
l ambulate per vias prudentiæ. Qui erudit derisorem, ipse sibi facit iniuriam: & qui arguit impium, generat maculam sibi. No-
m n li arguere derisorem, ne oderit te. Arguẽ sapientem, & diliget te. Da sapienti occasionem, & addetur ei sapientia. Doce iustum, & festinabit accipere. Principium sapientiæ, timor domini: & scientia sanctorum prudentia. Per me enim multiplicabuntur dies tui, & addentur tibi anni vitæ. *Si* sapiens fueris, tibimetipsi eris: si autem illusor, solus portabis malum. Mu-
o liẽr stulta & clamosa plenáque illecebris, & nihil

A gant dei virtutem & dei sapientiam, videlicet Christum ab initio, imò & ante omne quod dici vel cogitari potest initiũ ab ipso patre fuisse progenitum. Alia translatio hunc locum ita concipit, Dominus creauit me, principium viarum suarũ in opera sua. Quòd de incarnatione dominica dictum patres intelligunt dicentes, quia certi gratia mysterij dixerit: Dominus creauit me, & nõ pater creauit me. Et caro, inquiũt, dominũ agnoscit: gloria, patrem signat: creatura, dominum confitetur: charitas, patrem nouit. Principium vel in principio viarum suarum, & ipse ait: Ego sum via (Ioan.14.a.) quia surgens à mortuis iter fecit ecclesiæ suæ ad regnum dei, ad vitam æternam. In opera sua quia ad redimẽda opera patris ex virgine creatus est, suscipiẽs carnem vt opera patris à corruptibili seruitio liberaret: caro enim Christi propter opera: diuinitas ante opera. a ¶ Et delectabar per singulos dies &c.) B Ludentem dicit gaudentem. Erat ergo ludens coram patre per singulos dies, quia vt propheta ait, A principio ex diebus æternitatis (Mich.5.a.) gaudebat vnum esse cũ patre. Erat omni tẽpore ludens in orbe terrarum, quia & cum tempora orbis ac creaturæ esse cœpissent, ipse quod erat in patre filius manebat. Hæc ideo, ne quis eum cum creaturis & temporibus cœpisse perhiberet. Et delitiæ eius sunt esse cum filiis hominum, quia desiderat in nostro amore quiescere, nosq; bonorum gratia meritorum ad se videndũ perducere. b ¶ Beatus homo qui audit me, &c.) Fores suas & postes ostij sui, scripturas sanctas & eorum doctores nuncupat, sine quibus ad vitam quam pollicetur non valemus ingredi.

Caput IX.

C SApientia ædificauit sibi domum.) Quia de æternitate diuinitatis Christi sufficienter dixerat, addidit & de assumpta humanitate dicere. Sapientia ædificauit sibi domum, quia hominem filius dei quem in vnitatem suæ personæ susciperet, ipse creauit. d ¶ Excidit columnas septem &c.) Ecclesias per orbem septiformi gratia spiritus erexit, quæ domum dei, id est, mysterium incarnationis eius: ne perfidorum improbitate memoria tolleretur, credendo, colendo & prædicando quasi sustentando continerent. Vel certe sapiẽtiæ domus, ecclesia Christi est, ex lapidibus viuis: hoc est, sanctis in tabernaculum sibi constructa. Columnæ autem doctores sanctæ ecclesiæ, septiformi spiritu pleni (Gala.2.b.): quales fuere Iacobus, Cephas, & Ioannes: quas nimirum columnas sapientia excidit: quia ab amore præsentis seculi disiunctas, ad portandam eiusdem ecclesiæ fabricam mentes prædicantium erexit. e ¶ Immolauit victimas suas.) D Suis passionibus ecclesiam consecrauit: vel vitam prædicantium mactari in persecutione permisit: quibus videlicet victimis contrariæ sunt victimæ meretricis: ad quas stultos inuitat, vt suprà lectum est, dicens: Victimas (Suprà.7.c.) pro salute deuoui, hodie reddidi vota mea. f ¶ Miscuit vinum & proposuit &c.) Diuinitatis suæ arcana capere non valentibus, assumptæ humanitatis sacramenta patefecit, & scripturæ sacræ pabulum nobis aperiendo præparauit.

g ¶ Misit ancillas suas vt vocarent ad arcem &c.) Prædicatores infirmos ac despicabiles elegit, qui fideles populos ad superna patriæ cœlestis ædificia colligerent. h ¶ Si quis est paruulus, veniat ad me &c.) Paruulos dicit humiles: insipientes verò eos qui de mundanæ sapiẽtiæ fastu nil habent. Tales autẽ vocat, vt eos sua doctrina sapiẽtes reddat & altos. i ¶ Venite comedite panem meum &c.) E In pane, diuina eloquia: in vino mixto, coniuncta in vnã Christi personam deitatis & humanitatis eius natura exprimitur, vt supradictũ est. Vel certè in pane, corporis ipsius: in vino mixto sanguinis sacrosancti mysteriũ quo in altari, mensa videlicet, eius, satiamur, ostenditur.

k ¶ Relinquite infantiam &c.) Post ablatas epulas, addit & vitæ monita, vt quos præceptis suæ incarnationis mysteriis refecit: doctrinæ pariter instruat verbis. l ¶ Qui erudit derisorem &c.) Quasi interrogares cur sapientia paruulos præ cæteris, & insipientes ad suas inuitaret epulas. Ideo, inquit, feci: quia frustra laborat qui verbum sapientiæ inculcare nititur ei qui audire contemnit: sapientiorem se doctore & maiorem existere credens. F

m ¶ Noli arguere derisorem &c.) Derisor est Iudæus, siue hæreticus, seu omnis hypocrita: qui ob hoc quod iustum se esse æstimat, verba correptionis nequicquam recipit. Non est timendum ne tibi derisor, cùm arguitur, contumelias inferat: sed hoc potius prouidendum, ne tractus ad odium peior fiat. Ideoq; tibi aliquoties ab eius correptione, non tuæ timiditatis, sed dilectionis eius gratia cessandum. n ¶ Argue sapientem & diliget te. &c.) Sapientem in profectu positum, id est, amatorem sapientiæ dicit, quem suprà pro humilitate paruulum nuncupauit: nam perfectus sapiens, non habet opus argui. o ¶ Mulier stulta & clamosa plenaq; illeceb. &c.) Mulier hæc hæresis est, contraria nimirum sapientiæ, quæ sua superius sacramenta cecinit: stulta scilicet per fatuum intellectum: & clamosa

G per garrulitatem:plenaq; illecebris vitiorum: & nihil omni-
Gala.6.a. no sciens,sicut ait Apostolus,Qui se existimat scire aliquid,
cùm nihil scit,ipse seducit se. Sedit autem & ipsa in foribus
domus suæ,id est,in doctoribus falsitatis, qui in penetralia
perfidiæ miseros fallendo introducunt. Super sellam autem,
quia cathedram sibi prædicatio
nis vsurpat. Hæc est cathedra
pestilentiæ,in qua beat⁹ vir se-
dere detrectat. a ¶In excel-
so vrbis loco.)Dicit de sapien-
Psal.1.a. tia,qa in summis excelsisq; ver-
ticibus datvocem suam,sed illa
in sublimitate virtutum,hæc in
supercilio elationis attollitur.
b ¶Vt vocaret transeũtes per
viam &c.) Vocat hæresis ad p-
fidiã sæpe catholicos,quos iter
rectum agere,& viam seculi hu
ius transire citius velle, atq; ad
æternam patriam festinare con
spicit. c ¶Quis est paruulus
&c.) Sapientia paruulos atque
insipientes ad suum conuiuium
penè eisdem verbis videtur in-
H uitare. Sed distat,quòd illa sim
pliciter ad se venire,hæc autem
quos vocat ad se declinare suа-
det:quia illa nimirum ad rectũ
actionis iter quos errantes cer-
nit,accersit:hæc rectè gradien-
tes,ab itinere suo deuiare,& ad
se diuertere docet. d ¶Aquę
furtiuæ dulciores &c.) Aquæ
furtiuæ,& panis absconditꝰ, do
ctrina hæreticorũ, quæ stultis
ac perditis suauior videtur. Sa-
pientia palã mensam proposuit
& miscuit vinum suum. At stul-
ta mulier, nil meracũ habẽs, ad
aquas furtiuas,& absconditum
panem quoscunq; valet,aggre-
gat:quia catholica ecclesia pa-
lam mundo diuinorum eloquio
rum cõuiuia pandit, diuinitatis
& humanitatis Christi myste-
ria celebrãda præcipit. Vel cer
tè in vino mixto,historicam si-
mul & allegoricam auditorib⁹
I suis scientiam propinat, vt pro
suo quemq; captu vitæ poculis
reficiat. At hæreticorum doctri
na,publicæ fidei & professioni,
sua secretim decreta præponit,& cùm nil spirituale habeat,
suauiorem se catholicis pastoribus scientiam iactat docere,
vt scilicet libentius audiantur,& agantur quæ palam in ec-
clesia dici crediq; prohibentur,& dulcius hauriatur insipiẽ
tia quæ putatur scientia, cuius prohibita fuerat audientia.
Potest in aquis furtiuis,baptisma hæreticorum:in pane ab-
scondito,eorundem sacrificium designari. At iuxta literam,
Mulier adultera,in aquis furtiuis,& pane absconditꝰ, prohi
bita & illicita connubia dulciora asseuerat. e ¶Et igno-
rauit quod gigantes ibi sint &c.) Nescit adultera,nescit hæ-
reticus,quia immundi spiritus suas domos habitant, & qui
in profundis inferni pœnas luunt æternas,ipsi actibus luxu-
riosorum,ipsi hæreticorum dogmatibus,quasi conuiuiis de-
lectantur opimis. At cùm rite in ecclesia,Christi sacramenta
celebrantur,Christi verbum auditur & conseruatur,qui est
Psal.77.c. sapientia dei,cõstat quòd angelicæ virtutes ibi sint,& in ex-
celsis cœlorum,conuiuæ fideliũ. Panem enim cœli dedit eis,
panem angelorum manducauit homo.

Commentariorum libri
primi finis.

COMMENTARIORVM BE-
dæ presbyteri in Parabolas Salo-
monis Liber secundus.
Caput X.

& nihil omnino sciens, sedet in foribus
a domus suæ super sellam: In excelso vrbis
b loco: Vt vocaret transeuntes per viam,&
c pergentes in itinere suo: Quis est paruu-
lus,declinet ad me:& vecordi locuta est:
d Aquæ furtiuæ dulciores sunt,& panis ab
e sconditus suauior. Et ignorauit quòd gi-
gantes ibi sint, & in profundis inferni
conuiuæ eius. Qui enim applicabitur illi,
descendet ad inferos: nam qui absceſſerit
ab ea,saluabitur.

Caput X.

f DArabolæ Salomónis fi-
lij Dauid regis Hieru-
g salem. Filiꝰ sapiens,lę-
tificat patrem: filius ve
h rò stultus, mœstitia est
matri suæ. Nõ prode-
runt thesauri impieta-
i tis: iustitia verò liberabit à morte. Nõ
affliget dominus fame animam iusti, &
k insidias impiorum subuertet. Egestãtem
operata est manus remissa: manus autem
fortium diuitias parat. Qui autem niti-
tur mendaciis, hic pascit ventos: idem
l sequitur aues volantes. Qui congregat in
messe,filius sapiens est: qui autem stertit
m æstate,filius confusionis. Benedictiõ do-
mini super caput iusti: os autem impio-
n rum operit iniquitas. Memoriã iusti cum
laudibus: & nomen impiorum putrescet.
Sapiens corde præcepta suscipiet: stultus
o cæditur labiis. Qui ambulat simpliciter,
ambulat confidenter: qui autem de-
prauat vias suas, manifestus erit.

Qui annuit

f DArabolæ Salomonis,filij
Dauid &c.) Nouũ ponit
titulũ, quia nouum genꝰ
locutiõis in-
cipit,vt non sicut prius de singu
lis bonorũ malorúmve partib⁹
diuti⁹ disputet,sed alternis ver
sibus,actꝰ vtrorumq; describat.
g ¶Filius sapiẽs lętificat &c.)
Qui accepta fidei mysteria be-
ne seruat,lætificat deum patrẽ:
qui verò hæc actione mala, vel
hæresi commaculat,matrem cõ
tristat ecclesiam. h ¶Non
proderunt thesauri impietatis: Danie.6.e.
&.3.c.
iustitia &c.)Et à trãsitoria mor L
te sæpius: vt Danielem & tres
pueros:à perpetua semper iusti
tia liberat. At verò thesauri p
impietatem congregati,& si ali
quando à morte corporali vidẽ
tur eripere,plus tamẽ mali pro
impietate qua acquisiti sunt, q̃
cõmodi in eo quòd pro vita sũt
dati,conferũt. i ¶Non affli-
get dominus fame animam iusti
&c.)Et si quando iustum impij
fame affligunt,vel etiam necãt,
non lædet animam eius,quã do
minus in vita futura suæ gloria
visionis cõsolatur: qui & easdẽ
impiorũ insidias, in ipsos, iustè
iudicãdo,retorquet. k ¶Ege
statem operata est manus &c.)
Qui negligẽter viuit in hoc sę-
culo,egebit bonis in futuro. At
qui fortiter domino militat,di-
uitiis æternę beatitudinis remu
nerabitur. l ¶Qui cõgregat
in messe, &c.) Qui congregat M
Christo animas fideliũ,filius sa Matt.9.d.
piens est:& quidem messis hæc
multa est, operarij autẽ pauci.
Qui verò hoc tempore accepta
bili à sua salute curanda torpescit,confundetur in die retri-
butionis. m ¶Benedictio domini super &c.) Iustis dice- Ibid.25.c.
tur in iudicio: Venite benedicti,percipite regnũ. Os autem
impiorum,quod comessationi & ebrietati,& colloquiis ma-
lis seruiebat,iniqtate quam gessit,cõdemnabitur. Deniq; os Lucæ.16.f.
illius operuit iniquitas: qui in tormentis positus, linguã sibi
in qua ob plura scelera plus punitus est, refrigerari quæsi-
uit. n ¶Memoria iusti cum laudibus:&c.) Et in hac vita
boni bonos, siue viuentes, siue defunctos, laudibus efferunt.
Impiorum autem, & actus detestantur, & nomen: & in vita
futura,iusti in dei laudibus viuunt: reproborum autem ho- Esa.66.g.
nor,nomenq; & laudes,putribus gehennæ suppliciis muta
tur:vbi vermis eorum non morietur:& ignis eorum non ex-
tinguetur. o ¶Qui ambulat simpliciter &c.) Qui sim-
pliciter se viuere nouit,facilè cuncta spernit aduersa: quia
se per hæc ad gaudia venturum esse confidit,dicẽs cùm pro-
pheta: Dominus defensor vitæ meæ,à quo trepidabo? Dum Psal.26.a.
appropiant super me nocentes, vt edant carnes meas. Qui
tribulant me inimici mei:ipsi infirmati sunt & ceciderunt.
At qui prauis incedit viis,nolens licèt, patescit:ac digna fa- Matt.10.c.
ctis recipit. Nihil enim occultum quod non reueletur.

Qui annuit

A a ¶Qui annuit oculo,dabit dolorem.) Qui in nutibus ocu-
lorum irridet aliquem,non euadet sine dolore tormenti,aut
Psal.34.c. pœnitudinis: de qualibus dicit Psalmista: Qui oderunt me
Suprà eod. gratis:& annuunt oculis. Vel certè qui annuit oculo, dabit
dolorem: quia filius stultus, mœstitia est matri suæ.
b ¶Stultꝰ labiis verberabitur.)
Vel suis videlicet quibus dam-
nari meruit: quia mors & vita
Infrà.18.d. in manibus linguæ. Vel eorum
à quibus (quia corrigi non po-
tuit) sentẽtiam damnationis ac
cepit. Quomodo Psalmista,cũ
Psal.119.a. ait: Domine libera animam mea
am à labiis iniquis, & à lingua
dolosa. Vtrunq; à domino quę-
rit: vt & ipse labia iniqua, ac
linguam dolosam non habeat:
& aliorum iniquitate ac dolis
minimè possit decipi.
c ¶Vena vitæ,os iusti.) Et do-
Ioan.14.f. minus de doctoribus: Qui cre-
dit,inquit,in me,sicut scriptura
dicit,flumina de ventre eius flu
ent aquæ viuæ. d ¶Os autẽ
B impiorum operit &c.) Impij
sunt,qui vel sua vel proximorũ
errata,ne ad sanitatem perueni
ant,defendẽdo contegũt: quod
execrans propheta, dominum
Psal.140.a. orat,vt non declinet cor suũ in
verbũ malum, ad excusandas
excusationes in peccatis.
e ¶In labiis sapientis, inuenie
tur sapientia:&c.)Virga in dor
so,est vindicta in posterioribus
id est,in sequenti vita:quam be
1.Reg.5.b. ne plaga illa famosa qua Phili-
stæi in natibus feriebantur, ex-
primit. Qui ergo non vult vir-
gam in dorso portare,portet in
labiis sapientiam, loquatur lau
des Christi,& præcepta prædi-
cet. Verùm quia semper domi-
num laudare, nõ autem semper
docere,nec omnia quæ nouit o-
mnes docere sapienti conuenit,
Eccles.3.b. rectè subditur: f ¶Sapien-
C tes absconduntꝰ scientiam.)Scię
Psal.38.a. tes videlicet quia tempus tacẽ-
di,& tempus loquendi. Vnde
propheta: Dum consisteret,in-
quit,peccator aduersum me,ob
mutui:& humiliatus sum,& silui à bonis. Et Apostolus: Ni-
1.Cor.2.a. hil me iudicaui scire inter vos,nisi Christum Iesum & hunc
crucifixum. g ¶Os autem stulti &c.) Quia vel inordina
tè bona,vel apertè loquitur mala. h ¶Substantia diuitis,
vrbs fortitudinis eius &c.)Diuites confidũt in diuitiis,qua-
si in vrbe munita. Pauperes ideo pauent ne deficiant,quia se
norunt egenos. Spiritualiter,qui in deum diues est per bona
opera,confidit in illo quasi in vrbe inexpugnabili,quia à nul
lo possit hoste superari. At qui virtutum inopia coangustã-
tur:ideo cœlestibus egent diuitiis,quia noxio pauore timent
duros pro domino tolerare labores. i ¶Absconditꝰ odiũ
&c.) Si ergo verax & sapiens esse desideras, odium neq; in
abscondito cordis contege,nec per oris contumeliã profer:
sed tuũ & cor dilectione,& os veritate repleatur. k ¶Ar
gentum electum lingua iusti:cor &c.) Sanctorum prædica-
tio,igne spiritus succincta, velut argentum examinata. Ar-
gentum quippe vel aurum,si reprobum est,igne consumitur
si verò probatum, igne declaratur: sic nimirum est sensus
vniuscuiusq; operantis. Nam qualis sit in eo quod laudatur,
ostenditur:hoc est,sapientia huius mundi, seu hæreticorum
dogma apud eos qui in verbo dei eruditi esse nosc̃untur,pro
nihilo existimatur. l ¶Quasi per risum stultus &c.) Pru D
dentia à prouidendo nomen accepit. Stultus igitur est qui
gaudet in scelere. Sapientis autem est,& eius qui viri nomi-
ne dignus sit prœuidere,quia risus dolore miscebitur: & gau Infrà.14.b.
dia peccandi, pœna sequetur vltionis. m ¶Quod timet
impius,veniet super eum: desi-
derium suum iustis dabitur.)
De illo impio dicit: qui sciens
peccat. Timet ergo impius vi-
dere districtum iudicem. Desi- Phili.1.c.
derant iusti dissolui,& esse cùm
Christo. Ille ne terrenis gaudiis
priuetur,& sempiterna vltione
plectatur: isti ne incolatus eo-
rum prolongetur: sed præmia
pro quibus certauere, percipi-
ant: vtrisq; autem quod corde
tenent, aduciet. n ¶Quasi
tempestas transiens non erit im
pius &c.)De persecutorib⁹ ec-
clesiæ dicit,qui domũ fidei sub
uertere quærunt:sed illa in ve-
ro fundamento,hoc est,in Chri
sto collocata,ipsi extemplo dil E
pereunt. o ¶Sicut acetũ dẽ-
tibus &c.) Sicut acetum dentibus,& fumus contrariꝰ est ocu-
lis:ita sacerdos in ecclesia prauus per acredinem peccati,fide
lium sensus obtundere facit:at-
q; erroris ignorãtia,oculos cor
dis eorum, ab intuitu fidei,seu
intellectu rectitudinis,dum ca-
ligant,velut fumus excæcat. Si-
cut hæreticorum perfidia, bo-
nis doctoribus molestiam gene
rat & lachrymas: sic malè viuẽs
catholicus, eis qui se fidem suã
ex operibus ostendere iusserũt,
per inertiam grauis est. Oculi
quippè & dentes,prædicatores
sunt sanctæ ecclesiæ: qui ei &
recta itinera prœuidere: & ali-
menta spiritualia suggerere so
lẽt. Porrò acetũ quod à vino de-
generat: & fumꝰ qui ab igne as-
cendens euanescit,eos qui ab ec
clesiastica suauitate & charita-
te,per superbiam vel socordiã F
recedẽtes: hanc etiam verbis im
pugnant,figuratè denũciant: de
quibus dicit Ioannes: Ex nobis 1.Ioã.2.c.
exierunt, sed non erant ex nobis. p ¶Timor domini ap-
ponet dies &c.) Qui deo fideliter seruiunt, æterna luc: do
nabuntur: at qui impietati mancipantur, cùm hac vita per-
dunt bona quæ amant. q ¶Expectatio iustorum lætitia
&c.) Patet quia iusti lætantur in expectatione vitæ sequen-
tis, quamuis contristentur afflictione pressuræ præsentis.
Vnde est illud: Tu es mihi refugium in pressura quæ cir- Psal.31.b.
cundedit me, exultatio mea. At verò impij qui se putant in
futuro requieturos, aut certè nullos post mortem futuros,
falluntur. Neque huic repugnat sententiæ quod suprà di-
ctum est: Quod timet impius, veniet super eum. Sunt enim
qui scientes futurorum bonorum malorúmque iudicium:
nihilominus negligentia, vel desperatione, vel etiam de in-
dustria peccant: talibus ergo interitus quem timent, euę-
nisset. Sunt qui mala faciunt, & aut nunquam puniendа æsti-
mant, aut vt bene gesta, ideóq; bona mercede remunerandа
iudicant: de quibus rectè dicitur: Quia spes impiorum pe
ribit. Nam & de his qui scientes delinquunt, subsequenter
adiungit. r ¶Fortitudo simplicis, via domini &c.) Si,
inquit,abdita scripturarum comprehendere non vales: non
tamen de salute desperes,sed gradere viam domini, age bo-

cis, via domini: & pauor his qui operantur malum. Iustus in æternum non commouebitur: impij autem non habitabunt super terram. Os iusti parturiet sapientiam: lingua prauorum peribit. Labia iusti considerant placita: & os impiorum peruersa.

Caput XI.

a STateră dolosa, abominatio est apud deum: & pondus æquum, voluntas
b eius. Vbi fuerit superbia, ibi erit &
c contumelia. Vbi autem humilitas, ibi & sapientia. Simplicitas iustorum diriget eos: & supplantatio peruersorum vastabit illos. Non proderunt diuitiæ in die vltionis: iustitia autem liberabit à morte. Iustitia simplicis diriget viam eius: & in impietate sua corruet impius. Iustitia rectorum liberabit eos: & in insidiis suis ca-
d piuntur iniqui. Mortuo homine impio,
e nulla erit vltrà spes. Et expectatio sollici-
f torum peribit. Iustus de angustia liberatus est: & tradetur impius pro eo. Simu-
g lator ore decipit amicum suum: iusti autem liberabuntur scientia. In bonis iustorum exaltabitur ciuitas: & in perditione impiorum erit laudatio. Benedictione iustorum exaltabitur ciuitas: & ore impio-
h rum subuertetur. Qui despicit amicum suum, indigens corde est: vir autem pru-
i dens tacebit. Qui ambulat fraudulenter, reuelat arcana: qui autem fidelis est, celat
k amici commissum. Vbi non est gubernator, populus corruet: salus autem, vbi
l multa consilia. Affligetur malo, qui fi-
m dem facit pro extraneo. Qui autem ca-
n uet laqueos, securus erit. Mulier gratiosa
o inueniet gloriam. Et robusti habebunt diuitias. Benefacit animæ suæ vir misericors: qui autem crudelis est, propinquos abiicit. Impius facit opus instabile: seminanti autem iustitiam, merces fidelis. Clementia præparat vitam: & sectatio malorum, mortem. Abominabile domino cor prauum: & voluntas eius in his qui sim-
p pliciter ambulant. Manus in manu, non erit innocens

G na quæ nosti, & inter fortes connumeraberis. Sed meritò paueant illi, qui recta quæ nouerunt, facere contemnunt: quia certa restant quæ sequantur mala.

Caput XI.

STatera dolosa &c.) Statera dolosa, non tantum in mensuratione pecuniæ, sed in iudiciaria discretione tenetur. Qui enī aliter causam pauperis, aliter potentis, aliter sodalis, aliter audit ignoti: statera vtiq; librat iniqua. Sed & is qui sua bene gesta meliora quā proximorum, suaq; errata iudicat leuiora, trutina pōderat dolosa. Necnon & ille qui onera importabilia imponit in humeros hominum: ipse autem vno digito suo non vult ea tangere. Lucæ.11.f. Ille etiam qui in publico bona, & mala agit in occulto, pro iniquitate libræ dolosæ abominatur à domino. At qui synceriter agit in omnibus, qui causam & causam æqua lance discernit: is nimirum iusti iudicis volūtati, & H actioni cōgruit. b ¶Vbi fuerit superbia, ibi erit & cōtumelia.) Quia superbi vel contumeliosè se gerunt per contemptū, siue per ignorantiā disciplinæ, vel proximis contumelias ingerūt: vel certè quia omnis qui se exaltat humiliabitur. c ¶Vbi autem humilitas, ibi & sapientia.) Abscondisti, inquit, hæc à sapientibus & prudētibus, & reuelasti ea paruulis, id est humilib⁹. Lucæ.10.d. d ¶Mortuo homine impio, nulla erit &c.) Heu miserè hanc sentētiam pertransiit Origenes: q post vniuersale extremúmq; iudicium, vitam credidit omnibus impiis & peccatoribus dandam. Notandum autē quòd & si impiis post mortem spes veniæ non est: sunt tamen qui de leuioribus peccatis, cùm I quibus obligati defuncti sunt, post mortem possūt absolui: vel pœnis videlicet castigati, vel suorum precibus & eleemosynis, missarúmq; celebrationib⁹: sed hęc quibuscunq; fiunt, & ante iudicium, & de leuioribus fiunt erratis. Qui verò se longo post iudicium tempore liberandos putant, falluntur: & fortasse ad eos pertinet quod sequitur. e ¶Et expectatio sollicitorum peribit.) Item alia est sollicitudo, qua boni semper ad implenda dei pręcepta sunt præcincti: alia qua reprobi cùm scienter peccant, solliciti metuunt: quādo ęternam rapiantur ad pœnā. Ideoq; rectè expectatio eorum, qui deo sollicita mente seruiunt, coronabitur: eorum verò q deum contemnentes, & ante iudicium propria conscientia se accusante condemnantur. Expectatio sollicitorum peribit. Hunc versum longè aliter habet antiqua translatio quę ait: Defuncti hominis iusti, non periet spes: gloria autem impiorum peribit. f ¶Iustus de angustia &c.) Martyr quisq; de angustia passionis liberatus est post mortem: & tradetur in pœnam pro eius causa persecutor qui illum angustiauit. K Iacobus martyrio coronatus est, Petrus de carcere saluatus: Act.12.a. & Herodes qui eos persecutus est, à vermibus visibiliter cōsumptus, raptus est, vbi inuisibiliter vermis eius non morietur: & ignis non extinguetur. g ¶Simulator ore decipit &c.) Hæreticus simulās doctrinam catholicam, decipit auditorem suum: qui autem iustè veritatem sequuntur euangelij, liberabuntur scientia catholica, ne decipula rapiantur hæretica. h ¶Qui despicit &c.) Non est despiciendus vel deridendus à nobis, q nos simpliciter amare probatur, etiam si ineptè quid per imperitiam faciat: qui enim hoc facit, indigens est sapiētię. At verò prudens quisq; de taliū cōmissis publicè tacet: sed hæc occultè castigat. Quod idem in sequentibus versiculis arcti⁹ inculcatur, dū dicitur: i ¶Qui ambulat fraudu. &c.) Lucæ.17.c. Et in euāgelio dominus dicit: Si peccauerit in te frater tuus, vade & corripe eum inter te & ipsum solū, L si te audierit, lucratus eris fratrem tuum: si autem te non audierit, adhibe tecum adhuc vnū vel duos: vt in ore duorum vel trium testiū, stet omne verbū, & cætera. Vnde & hic rectè subinfertur: k ¶Vbi non est gubernator, &c.) Ne enim te putares amici commissa, si corrigere non potes, vltra cęlare debere: rectè dicit populū sine gubernatore corruere: saluari autem vbi multa sint consilia: vt ostendat quod solus emendare non vales, plurib⁹ esse reuelandū: vt vna anima, omniū corrigatur industria. l ¶Affligetur malo, q fidem facit pro extraneo.) In promptu est literæ sensus. Sed est à sorte sanctorū extraneus: qui peccata sua pœnitendo corrigere dissimulat: & quicunq; talibus, vel communionis gratiam concedit, vel vitam promittit æternam: q̄a pro extraneo fidem facit, seipsum profecto ante districti iudicis oculos, vltione dignum reddit. M Vel ille pro extraneo fidem facit, q indignus ad sacerdotiū anhelans, in sponsionis suæ fide animas proximorū suscipit. m ¶Qui autem cauet &c.) Securus erit in futuro, qui nūc bene formidolosus, & sua sedulus errata per pœnitentiam curat: & ab impœnitentiū se societate seruat immunem. n ¶Mulier gratiosa inueniet gloriā.) Mulier gratiosa, sancta ecclesia intelligitur: quæ in præsenti vita, gratia dei, hoc est, charismatū donis repleta est, & in futuro gloriam æternam adeptura est. o ¶Et robusti habebūt diuitias.) Robusti sunt omnes perfecti, qui in hac vita præsenti per donum spiritus sancti virtutum diuitias possident: & in futuro æterna beatitudine perfruentur. p ¶Manus in manu, non erit innocens malus.) Qui manum iūgit in manu, nil vtiq; operatur: sed man⁹

a erit innocens malus: Semen autem iusto-
b rum saluabitur. Circulus aureus in nari-
c bus suis, mulier pulchra & fatua. Desiderium iustorum, omne bonum est: præsto-
d latio impiorum, furor. Alij diuidunt pro-
e pria, & ditiores fiunt. Alij rapiunt non
f sua, & semper ĩ egestate sunt. Animă quæ benedicit, impinguabitur: & qui inebriat,
g ipse quoque inebriabitur. Qui abscondit frumenta, maledicetur in populis: benedi-
h ctio autem super caput vendentium. Bene cósurgit diluculò, qui quærit bona: qui autem inuestigator malorū est, ab eis op-
i primetur. Qui confidit in diuitiis suis, corruet: iusti autem quasi virens folium ger-
k minabunt. Qui conturbat domum suam, possidebit ventos: & qui stultus est, serui-
l et sapienti. Fructus iusti, lignum vitæ: Et
m n qui suscipit animas, sapiens est. Si iustus in terra recipit, quanto magis impius & peccator? Qui diligit disciplinam, diligit scientiam: qui autem odit increpationes, insipiens est.

Qui bonus

A sed manus in manu, non erit innocens malus: quia & si ab iniqua actione manus ad horam subtrahit, cordis tamen innocentiam, malus habere non valet. Vnde & præmittitur: Abominabile domino cor prauum. a ¶Semen autem iustorum saluabitur.) Hęc est quod suprà dicitur: Seminanti autem iustitiā, merces fidelis. Vel certè, semen iustorum saluabitur: quia qui præcedentium iustorum exempla sectantur, horum quoq; vestigia ad videnda salutis æternæ gaudia sequuntur. De quibus Esaias: Omnes Esaiæ.61.d. qui viderint eos, cognoscent illos: quia isti sunt semē cui benedixit dominus. b ¶Circulus aureus in naribus suis, mu. &c.) Circulum aureum si in naribus suis infixeris, nihilomin⁹ ille terram vertere naso, & volutabro luti properat immergi: ita mulier fatua, si pulchritudinem vultus vel habitus acceperit, suam tamē faciem ad infima declinare: suam speciositatem ad euertendos vbiq; castitatis flosculos B circunferre: & se cœno voluptatis inquinare diligit. Aliter: Qui ornamentū diuinorum eloquiorum meditādo consequitur, sed hoc malè viuēdo insequitur, circulum aureum habet in narib⁹: sed more suis terram subigere nō desistit: quia quod odore iustitiæ percepit, immunda actione sordidauit. Ideoq; talis anima, mulier pulchra & fatua esse censetur: quia carnalibus dedita illecebris, pulchra est per scientiam: sed per actionem, fatua. Aliter: Qui doctrinam hæreticam nitore vidit eloquij resplendere, nec tamen sapientiæ apto intellectui congruere, circulus aureus in naribus suis, id est, pulchra & circunflexa locutio in sensibus mentis stultæ: cui ex eloquio aurum splendet, sed tamen ex terrenæ intentionis pondere mores suis ad superiora non respicit. Quod secutus exposuit, dicens: Mulier pulchra & fatua, id est, doctrina hæretica. Pulchra per verbum, fatua per intellectum. c ¶Desiderium iustorum, omne bonum est: præstolatio impiorum, furor.) Desiderium iustorum, regnum cœlorum: expectatio verò impiorum, furor iudicij venturi. Semper iusti, iustitiam vbi- C que regnare desiderant: at impij etiam cùm quiescere ab impietatis executione videntur, proposito tamen diræ mentis ad inferendam cuilibet vim furoris intendunt. Et hoc est quod suprà dicitur: Manus in manū non erit innocens malus. Item: Præstolatio impiorum, furor: Quia plerumq; ira per silentium clausa intra mentem vehementius æstuat. d ¶Alij diuidunt propria, & ditiores fiunt.) Quia centuplū accipiunt in hoc tempore, & in seculo venturo, vitam æternam. Electi qui proprias substātias præsenti in vita, ob amorem regni cœlorum indigentibus per eleemosynas diuidūt, ditiores fiunt in cœlestib⁹ & spiritualibus donis, quam olim fuerant in terrenis & carnalibus possessionibus. e ¶Alij rapiunt non sua: & semper in egestate sunt.) Semper, inquit, in egestate: non solum in tormentis, vbi nec stillam aquæ, vnde ad modicum refrigerentur, accipiunt: sed & in præsenti, vbi quāuis innumera rapiat, semper auarus eget. f ¶Anima quæ benedicit, impinguabitur &c.) Qui exterius benedicit prædicando, interius augmenti pinguedinem recipit: & dum sacro eloquio mentem auditorum de briare non desinit, potu multiplicis muneris deebriatus excrescit. g ¶Qui abscondit frumenta, maledicetur in populis &c.) Qui sanctæ prædicationis apud se verba retinet, talis maledicitur in populis: quia non solum culpa silentij, sed pro multorum quos corrigere potuit, pœna damnatur. Ipse est seru⁹ piger & malus, qui pro retentione talenti quod accepit, in D exteriores tenebras missus est. Vendunt autem frumentum, qui verbum vitæ audientibus conferunt: à quibus precium fidei & confessionis recipiant, dicenti domino: Negociamini dum venio: Lucæ.19.c. quorum capiti benedictio superuenit, dum singulis de tali negocio redeuntibus dominus dicit: Euge serue bone & fidelis: quia super pauca fuisti fidelis, suprà multa te constituam: intra in gaudium domini tui. h ¶Bene consurgit diluculò qui quærit bona &c.) Bona quærere quæ facere debeas, quibus ad cœlestia bona peruenias: hoc est, bene diluculo consurgere: id est crescēte luce scientiæ ad bonum opus accingi. Vel certè bene, id est, ad vitam consurget in tempore resurrectionis, qui nunc bona quærit in tempore operationis. Qui autē mala quæ dicat, siue agat, modo solers inquirit: tunc eorum pondere ne ad altiora regni perueniat, retardatur. i ¶Qui cōfidit in diuitiis suis, corruet: iusti autem quasi virens &c.) E Qui præsentibus bonis inhians futura non cogitat, vtrisq; in nouissimo carebit: qui autem spe futurorum præmiorum bona faciunt in præsenti, iustè quod sperant, accipiunt. Virēs quippe in arbore folium, fructus quos nōdum ostendere habet, signat affuturos: & iusti quasi virens folium germinant: quia spe salui facti, in fidei ac virtutum gratia proficere non cessant. k ¶Qui conturbat domum suam, possidebit ventos: & qui stultus est, seruiet sapienti.) Stultus est peccator quilibet: q dum vitam sapientis, hoc est, iusti inuidet, atq; inuidendo psequitur, ad probationē eius velut ignis auro deseruit. Qui mētem suam tumultibus cogitatuum noxiorum conturbari non metuit: hanc vtiq; malignorum spirituum fluctibus quibus obruatur, aperit. Et qui stultus est, sapientem persequitur. Per hoc ei etiam dominando seruit: quia patientiam ei⁹ premendo probatiorem reddit: vt se videlicet damnato, ille brauium pro quo certabat, accipiat. l ¶Fructus iusti, lignum vitæ.) Merces iusti, visio est Christi: Ipse nanque est F sapientia, de qua dictum est: Lignum vitæ est amplectentibus eam. Et in Apocalypsi: Qui vicerit, inquit, dabo ei edere de ligno vitæ, quod est in paradiso dei mei. Apoc.2.b. Et hunc fructum modo iusti expectant, quandiu sicut prædictum est, quasi virens folium germinant. m ¶Et qui suscipit animas, sapiens est.) Qui animarum curam pro domino suscipit: vt eas scilicet vel errantes doceat, vel mœstas consoletur, vel egentes temporalibus bonis sustentet: vel renitentes ad remedia salutis pertrahat: vel pastore destitutas gubernet: quo vnà secum plures ad dominum perducat: qui, inquam, ita animas suscipit, sapiens est. Quia nimirum suæ animæ per hæc vnde sublimius cum domino regnet, procurat. n ¶Si iustus in terra recipit: quanto magis impius & peccator? &c.) Si sancti martyres tanta passi sunt iusti, quanta putas eos manere tormenta, qui illos affligebant iniusti? Si Iob & Tobias, cæteriq; dei electi tanta in hac vita receperunt aduersa: quid contristaris, si te qui tam longè à iustorum vestigiis iaces, tentans ad modicum afflictio tangit? Et quidem te & si impium dicere aut credere non debes: peccatorem tamen te esse, id est, aliqua habere peccata parua siue magna, aperta siue occulta, inficiari non debes: imò confiteri debes, ne te ipse seducas: & veritas in te esse non possit. Si ergo iusti in terra cœperunt, Abel martyrij, & Iob exempla patientiæ, quanto magis impij Antiochus, atq; Herodes,

G atque Herodes, & peccatores in euangelio paralytici: qui non nisi dimissis primò peccatis, curari à domino potuerũt? Notandum quòd hanc sententiam Petrus in epistola, iuxta antiquam translationem posuit, dicens: Et si iustus vix saluabitur, impius & peccator vbi parebunt? [1. Pe. 4. d.]

Caput XII.

a QVI bonus est, hauriet à domino gratiam: qui autem confidit cogitationibus suis, impiè agit. Non roborabitur homo ex impietate: & radix iustorum non commouebitur. b Mulier diligens, corona est viro suo: & putredo in ossibus eius, quæ confusione res dignas gerit. c Cogitationes iustorum, iudicia: & consilia impiorum, fraudulenta. Verba impiorum insidiantur sanguini: os iustorum, liberabit eos. d Verte impios & non erunt: domus autem iustorum permanebit. e Doctrina sua noscitur vir: f Qui autem vanus & excors est, patebit contemptui. g Melior est pauper & sufficiens sibi, quàm gloriosus & indigens pane. h Nouit iustus animas iumentorum suorum: i Viscera autem impiorum crudelia. k Qui operatur terram suam, saturabitur panibus: qui autem sectatur ocium, stultissimus est. Qui suauis est, viuit in moderationibus: & in suis monitionibus relinquit contumeliam. l Desiderium impij, monumentum est pessimorum: m Radix autem iustorum proficiet. Propter peccata labiorum ruina proximat malo: effugiet autem iustus de angustia. n De fructu oris sui, vnusquisque replebitur bonis. o Et iuxtà opera manuum suarum retribuetur ei. Via stulti recta in oculis eius: qui autem sapiens est, audit consilia. p Fatuus indicat statim iram suam qui autem dissimulat iniuriam, callidus est. Qui quod nouit loquitur, iudex iustitiæ est:

Caput XII.

a QVi bonus est, hauriet à domino gratiam: qui autem confidit cogitationibus suis, impiè agit &c.) Horum versiculorum cõnexio, talis est: Qui bonus est, non confidit cogitationibus suis, sed domini gratiam quærit: ac per illam accipit, vt piè viuere possit. Qui autem cogitationibus suis confidit, bonus esse nequit. Nam quia gratiam superni adiutoris petere non curat, meritò in impia actiõe perdurat. b Mulier diligens, corona est viro suo: & putredo in ossibus eius &c.) Patet literę **H** sensus: Quia mulier bona & casta, honorem viro suo prębet in omnibus eius virtutibus: ipsa domum bene regens, quasi gratiã addit coronæ. At verò adultera & si foris speciosa paret, intus tamen fœtore luxuriæ sua membra inquinat. Verùm spiritualiter, ecclesia coronam Christo non aliam quàm seipsam offert: Omnes enim qui in circuitu eius sunt, offerunt munera: & filius Sirach de magno sacerdote: ipse stans iuxta aram, & circa illum corona fratrum. At ossa, id est, virtutes quas hæreticorum factio cernitur habere, putredo praui dogmatis corrumpit. [Psal. 76. b.] [Eccli. 50. b]

c Cogitationes iustorum, iudicia: & cõsilia impiorum fraudulenta.) Iusti sua facta, si domino placeant, sedula meditatione diiudicant: ne fortè ipsis minus solicitis, supernus arbiter **I** contra eos inuisibiliter aduersa disponat, iuxta illud Apostoli: Si nosmetipsos diiudicaremus non vtiq; diiudicaremur. [1. Cor. 11. g.] At reprobi diuini timoris obliti, de fraude quam faciunt, sua consilia cogunt. d Verte impios & non erunt: domus autem iustorum permanebit.) Versi de hac vita impij, non erunt quod fuerant: quia post mortem non qualia credebant, inueniunt: sed spe sua frustrati, pro præmiis tormenta recipiunt. Domus autem iustorum, id est, ecclesia: quæ partim peregrinatur in terris, partim regnat in cœlo, nunquam deficit: sed quæcunq; membra eius hinc illo perueniunt: ibidem gaudia quæ sperabant, inueniunt. Aliter: Verte impios & non erunt: Quòd multa impietas in diis gentilium, multa in sectis hæreticorum, multa in præstigiis magorum, multa in persecutionibus extitit paganorũ: sed & his domino donante subuersis, ablata est pariter & memoria impietatis eorum: etiam ipsi apices stulti, ipsa dogmata igne rapta: vt in Ephesso actum tempore apostolorum legimus. [Alia expositio.] [Act. 19.] Domus autem iustorum permanebit: quia sancta ecclesia nũquam vel abscondi potuit vel auferri: nihil ex eius corrumpere scripturis: in nullo eius fidem violare tanta temporum longitudo præualuit. Potest & ita intelligi: Verte impios & non erunt, conuerte eos ab impietate, & non erũnt iam impij, sed iusti: pro quo alia translatio dicit: Quocunq; se conuertit scelestus, exterminabitur, cui contrà de sanctis dicitur. Quoniam diligentibus deum, omnia cooperantur in bonum. **K** [Roma. 3. c.] e Doctrina sua noscitur vir.) Viros vocare scriptura solet eos, qui virtutibus sunt præditi diuinis. Vnde Apostolus, Vigilate, state in fide, viriliter agite. Doctrina ergo sua quisque vir esse noscitur, quia si recta docet, & hæc operibus implet, sanctus esse colligitur. [1. Cor. 16. c.] f Qui autem vanus & excors est, patebit contemptui.) Quia scilicet ipse virilis animi fortitudinem habere contempsit. g Melior est pauper & sufficiens sibi, quàm gloriosus & indigens pane.) Melior est idiota & simplex frater, qui bona quæ nouit operans, vitam meretur in cœlis, quàm qui clarus eruditione scripturarum, vel etiam doctoris functus officio, indiget pane dilectionis. De cuius dilectionis ea parte quæ ad proximum pertinet, subsequenter adiungit: h Nouit iustus animas iumentorum suorum.) Id est, miseretur & compatitur hebetudini ac fragilitati proximorum sibi commissorum. **L** i Viscera autem impiorum crudelia.) Qui non solum non compatiuntur subditis, sed etiam iuxta hoc quod dominus ait, percutiunt pueros & ancillas, dicentes, Moram facit dominus meus venire. [Lucæ. 12. f.] k Qui operatur terram suã, saturabitur panibus: qui autem sectatur ocium, stultissimus est &c.) Ille terram suam strennuè operatur, qui arcana cordis sui per quotidiana exercitia, per legis meditationem, per vigilantiam mentis, quasi qui exercet agriculturam, instanter erudit, atque spiritualibus cibis velut panibus, ne fame ignorantiæ periclitetur, interioris hominis sui sensum reficere nõ desistit. Qui exercet animam suam spiritualibus studiis, & nunc virtutibus, & tunc dapibus saturabitur præmiorũ. **M** Qui autem pro salute animæ suæ nunc laborare detrectat, tunc inter stultos reprobabitur: tametsi nunc vel diuina, vel mundana sapientia gloriosus videtur. l Desiderium impij, monumentum est pessimorum.) Desiderat impius præcedentes malos imitari: & de illorum vita atque actibus loqui. Vel certè desiderium eius eo tendit, quanuis ipso nesciente, vt cùm prioribus iniustis, æternæ mortis carcere claudatur. Verùm quia tales exitum quem minimè præuident, incurrunt: dicit econtra de bonis: m Radix autem iustorum proficiet.) Quia nimirum fides, & charitas electorum, qua radicati sunt in Christo, nequaquam eos fallit: sed ad perfectiora semper crescens, plus quàm sperare nouit, in futuro percipiet. n De fructu oris sui vnusquisque replebitur bonis.) Fructus oris, est sermo bonus. Nam qui mala loquitur, non fructum ore generat, sed damnum. Omnis igitur qui bona loquitur, bonis donabitur æternis: si tamen his quæ loquitur actu non repugnat. Hoc etenim vigilanter adiungit, cùm dicit: o Et iuxta opera manuum suarum retribuetur ei.) Neq; enim aliter fructuosus fit suus sermo doctori, nisi ipse prior faciat bona quæ docet. p Fatuus indicat statim iram suam qui autẽ &c.) Qui se in pręsenti desiderat vlcisci, fatuus est: qui autem pro domino iniuriam

stitiæ est: qui autem mentitur, testis est fraudulentus. a Est qui promittit, & quasi gladio pungitur conscientiæ: b Lingua autem sapientium est sanitas. c Labium veritatis firmum erit in perpetuum: qui autem testis est repentinus, concinnat linguam mendacij. Dolus in corde cogitantium mala: qui autem pacis ineunt consilia, sequitur eos gaudium. Non contristabit iustum quicquid ei acciderit: impij autem replebũtur malo. Abominatio est domino labia mendacia: qui autem fideliter agunt, placent ei. d Homo versutus cælat scientiam: e Et cor insipientium prouocat stultitiam. f Manus fortium dominabitur: quæ autem remissa est, tributis seruiet. g Mœror in corde viri humiliabit illum: & sermone bono lætificabitur. h Qui negligit damnum propter amicum, iustus est: i Iter autem impiorum decipiet eos. k Non inueniet fraudulentus lucrum: & substantia hominis erit auri precium. l In semità iustitiæ, vita: iter autem deuium ducit ad mortem.

Caput XIII.

m FIlius sapiens, doctrina patris: qui autem illusor est, non audit cùm arguitur. De fructu oris sui homo satiabitur bonis: anima autem impiorũ iniqua. Qui custodit os suum, custodit animam suam: qui autem inconsideratus est ad loquendum, sentiet mala. n Vult & non vult piger: anima autem operantium impinguabitur. Verbum mendax iustus detestabitur: impius autem confundit & confundetur. Iustitia custodit innocentis viã: impietas autem peccatorem supplantat. o Est quasi diues cùm nihil habeat: & est quasi pauper, cùm in multis diuitiis sit.

Redemptio

A no iniuriam contemnit, sapiens. Hunc versiculum alia translatio sic habet: Stultus eadem hora pronunciat iram suam: occultat autem ignominiam suam astutus. Non autem ignominiosam iracundiæ passionem ita à sapientibus occultandam esse decernit: vt eius velocitatem culpans, non prohibeat tarditatem: quam vtiq; si per necessitatem humanæ infirmitatis irruerit, ideo censuit occultandam: vt dum ad præsens sapienter obtegitur, à sapiẽtibus amoueatur, & in perpetuum deleatur. Hæc enim est natura iræ, vt dilata languescat & pereat: prolata verò magis magisq; ferueat. a Est qui promittit &c.) Promittunt se nonnulli obedire veritati: sed vbi tentatio terrens, siue blandiens impedimentum præstiterit, deserũt quidem cœpta: sed tamen conscientia promissi, quasi gladio punguntur. b Lingua autẽ sapientiũ est sanitas.) Quia & bona quę promittunt, ipsi perficiẽdo ad vitam perueniunt: & aliis **B** quæ sequantur, prædicando demonstrant. c Labium veritatis firmum erit in perpetuum qui autem testis est &c.) Labiũ veritatis, est prædicatio apostolorum atq; prophetarum: quorum locutio dum à tramite veritatis non deuiat, in æternum firma persistit: quia dissolui minimè potest. Testis repentinus, doctor est hereticorum: qui ab eorum dictis aberrãs: dum ea quæ rectè non sentit, repentè pronũciare cupit: mendacium potius quàm veritatis locutionem cogitatione sua componit. Fides ecclesiastica semper manebit: qui autem repẽtè noua dogmata infert, mendacij est minister. d Homo versutus cælat scientiam.) Versutus hoc loco in bono intelligitur: id est, sapiens & prudens, qui nonnunquam de **C** industria, suam cælat scientiam duplici nimirum ratione, vel nõ valens infirmis auditoribus loqui quasi spiritualibus, sed quasi carnalibus: vel nolens dare sanctum canibus, neq; ante porcos margaritas proiicere. [Matt. 7. a.] e Et cor insipientium prouocat stultitiam.) Quando vel ipsi plus appetentes sapere, quàm oportet sapere, eò vsque meditando prosiliunt: vt pro sapientia, stultitiam teneant. [Rom. 12. a.] Vel certè alios quæ necdum capere queunt, docere nitentes, ad maiorem eos stultitiam prouocant: & quasi sauciis oculis lumen ingerentes, solis modicum lucis, quod cernere videbantur, auferunt. f Manus fortium dominabitur &c.) Perfecti quippè non solum vitiorum bella superant, sed & electis fratribus maiori virtutum gratia principantur. Qui autem dissoluti animo peccatis implicari non metuunt, pessimo exactori diabolo tributa vitiorum quotidie soluunt: & si non dominium eius viuentes pœnitendo euaserint, post mortem traditi eidem in carcerem, ab eo pœnarum mittuntur æternarum: iuxta quod dominus in euangelica parabola testatur. [Matt. 5. d.] Neque enim de talium correctione desperandum est, cùm protinus adiungatur: g Mœror in corde viri humiliabit illum: & sermone bono lætificabitur.) Quia nimirum necesse **D** est vt prius peccatorem mœror pœnitentiæ salubriter humiliet: & ita postmodum per iudicium sacerdotis, sermo datæ reconciliationis lætificet. h Qui negligit damnum propter amicum, iustus est.) Si hoc de generali pecuniæ largitione, & puro homine amico, rectè dicitur: quanto magis iustitiæ corona dignus est, qui propter eum qui dixit: Dico vobis amicis meis, ne terreamini ab his qui occidunt corpus: vel vendens quæ possidet, pauperibus tribuit: vel rapinam bonorum suorum cum gaudio suscipit: vel certè ipsam in passione carnem mortificandam, siue occidendam tradit? [Lucæ. 12. a.] i Iter autem impiorum &c.) Cùm vel sua retinere, vel aliena rapere gaudent. Vnde rectè subiungitur: k Non inueniet fraudulentus lucrum &c.) Fraude nanq; acquisita pecunia, plus in anima damni, quàm lucri addit in arca: & qui propriam pro domino substantiam nouit dispensare, remunerante ipso, pro terrenis cœlestia dona recipiet. **E** Aliter: Non inueniet fraudulentus lucrum: & substantia hominis erit auri precium: qui fraudulenta mente simulat se esse bonum: nequiter viuens in occulto, non inueniet bona vitæ sequentis. Qui autem substantiam virtutum spiritualium veraciter acquirit, mercabitur ex ea claritatem regni perennis: quod verbis sequentibus apertius dicit. l In semita iustitiæ vita &c.) In semita enim iustitiæ, substantiam acquirit virtutum: quibus æternæ vitæ claritas auro preciosior emit. Iter autem prauum quo fraudulentus incedit, perdito lucro temporali quod appetit: ad mortem quam præuidere noluit, tẽdit sempiternam. **F**

Caput XIII.

m FIlius sapiens, doctrina patris &c.) Tantum inter sapientem distat & stultum: vt hic aliquando profectu eruditionis ad eum qui se docuerat, docendum perueniat: ille nec cùm arguitur, nouerit audire. n Vult & non vult piger &c.) Rectè pigri vocabulo denotatur, qui vult regnare cum domino, & non pati pro eo: delectant præmia, cùm pollicentur: deterrẽt certamina, cùm iubentur: de quo Iacobus ait: Vir duplex animo, inconstãs est in omnibus viis suis. [Iaco. 1. b.] Et filius Sirach: Vę peccatori terram ingredienti duabus viis: [Eccli. 2. c.] qui autem iussa operantur domini: ideo faciunt quia anima illorum perfecta supernorum dulcedine reficitur: iuxta eum qui dominum obsecrat, dicens: Sicut adipe pinguedinis repleatur anima mea. [Psal. 26. b.] Vel certè anima operantium impinguabitur: quia qui piis pro domino laboribus insudãt, cœlesti & immarcessibili post labores corona donabuntur. o Est quasi diues cùm &c.) Diues sibi videbatur ille qui induebatur purpura & bysso: & epulabatur quotidie splendidè. [Lucæ. 16. d.] Sed quia deum non habuit, comperit in fine nihil fuisse quod habuit. Vnde dictum est de talibus: Dormierunt somnum suũ: [Psal. 75. a.]

G & nihil inuenerunt omnes viri diuitiarum in manibus suis. Lucæ.16.c. Pauper econtra videbatur Lazarus, qui iacebat ad ianuam eius,vlceribus plenus:sed in multis erat diuitiis:quia virtutem habuit humilitatis:quia conditorem omnium diuitiarū, videlicet deum,corde gestabat.Quid autem veræ diuitię valeāt:quid vera paupertas agat, subdendo manifestat. a ¶ Redemptio animę viri,diuitię suę: qui autem &c.) Qui ergo animam suam vult redimi à futura ira,congreget diuitias operum bonorum:Qui enim eget huiusmodi diuitiis,increpationem districti iudicis sustinere non valet : de qua Psalmista postulat, Psal.6.a. dicens:Domine ne in ira tua arguas me:neq; in furore tuo corripias me. Alioquin pauperes non ibi increpantur à domino, sed benedictionem æternæ hæreditatis percipiūt. b ¶ Lux iustorum lætificat:lucerna autē impiorū extinguetur.) Lux iu- H storum quæ perpetuò lętificat, spes est futurorum. Lucerna impiorum quæ repentè extinguitur,felicitas est seculi labentis. c ¶ Inter superbos semper iurgia sunt:qui autem agunt &c.) Iurgantur inter se semper hæretici: iurgantur & cæteri reprobi:quia videlicet non norūt vnitatem fidei & veritatis. Fideles autem qui consilio diuinorum eloquiorum frui non cessant, reguntur moderatione sapientiæ,quæ eos iurgari non sinit. d ¶ Substantia festinata minuetur:quæ autem paulatim &c.) Qui volunt diuites fieri, 1.Tim.6.b. incidunt in tentationem:neque ipsas diuitias,quas vel acquirūt vel cupiunt,perpetuò possidēt. Qui autem pro accipienda substantia præmiorum cœlestium, iustis insistit laboribus, multiplicia supernæ beatitudinis mu- I nera percipiet:de quo aptè subditur: e ¶ Spes quæ differtur,affligit animam:lignum vitæ &c.) Quia nimirum quandiu differtur spes æternorum,affligitur anima fidelium:vel pro dilatione videlicet bonorum,quæ amat:vel pro illatione malorum, quæ tolerat. At vbi venerit quod desiderat, facilè obliuiscitur quod sustinuerat : quia in æternum viuere incipit cum suo redemptore : quem tota intentione quærebat: ipse est enim lignum vitæ amplectentibus se.

f ¶ Qui detrahit alicui rei,ipse se in futurum obligat.)Qui bonæ rei detrahit,se in futurum obligat:quia quod non debuit faciendo,pœnam sibi qua constringatur præparat. Sed & is qui malæ rei detrahit,ipse se in futurum obligat : Non vt pro tali detractione pœnas luat, sed vt post detractionem Roma.2.c. sese cautius agat:quia nimirum quæ in aliis iustè reprehendit,in se impunè non admittit:clamante Apostolo:Qui prædicas non furandum,furaris:qui dicis non mœchandū, mœcharis:qui abominaris idola,sacrilegium facis : qui in lege gloriaris,per præuaricationem legis deum inhonoras.

g ¶ Qui autem timet præceptum,in pace versabitur.) Melius est ergo de sua quenq; fragilitate metuere,ne fortè diuina preuaricetur imperia,quàm aliorum errata stulto ore la- Gala.6.a. cerare,dicēte rursus Apostolo: Et si præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto:vos qui spirituales estis,instruite huiusmodi in spiritu mansuetudinis,considerans teipsum,ne & tu tenteris. h ¶ Astutus omnia agit cum consilio : qui &c.)

a Redemptiò animæ viri diuitiæ suæ : qui autem pauper est,increpationem non sustinet. b Lux iustòrum lætificat:lucerna autem impiorum extinguetur. c Intèr superbos semper iurgia sunt : qui autem agunt cuncta consilio,reguntur sapientia. d Substantiā festinata minuetur:quæ autē paulatim colligitur, manu multiplicabitur. e Spės quæ differtur, affligit animam : lignum vitæ, desiderium veniens. f Qui detrāhit alicui rei, ipse se in futurum obligat. g Qui autem timet præceptum, in pace versabitur. Animæ dolosę erant in peccatis,iusti autem misericordes sunt & miserantur. Lex sapientis,fons vitæ : vt declinet à ruina mortis. Doctrina bona dabit gratiam:in itinere contemptorum vorago. h Astutus omnia agit cum consilio. qui autem fatuus est, aperiet stultitiam. i Nuncius impij cadet in malum : k Legatus autem fidelis,sanitas. Egestas & ignominia ei qui deserit disciplinam : qui autem acquiescit arguenti, glorificabitur. l Desiderium si compleatur, delectat animam: detestantur stulti eos qui fugiunt mala. m Qui cum sapientibus graditur, sapiens erit : amicus stultorum efficietur similis. Peccatores persequitur malum : & iustis n retribuentur bona. Bonus relinquet hæredes,filios & nepotes:& custoditur iusto o substantia peccatoris. Multi cibi in noualibus patrū : & aliis congregantur absque iudicio.

Vbi omnia cùm consilio docet agenda, diuinum poti' quod K sacris eloquiis inditum est,quàm humanum intellige consilium. Fatuus est enim qui extra hoc consilium viuit, quanuis naturaliter astutus esse videatur & prudens. De quo rectè subditur: i ¶ Nūcius impij cadet in malum.)Arium dicit & Sabellium cęterosq; angelos id est,nuncios Satanæ:qui quoniam consilium neglexere diuinarum scripturarum,deciderūt in malum gehennalium tormentorum. k ¶ Legatus autē fidelis,sanitas.)In est,catholicus quisq; prædicator,sanitatem sibi suisq; auditorib' acquirit æternam. l ¶ Desiderium si cōpleatur &c.) Omne desiderium siue bonum,siue malum sit : vbi ad effectū peruenerit, delectat animam.Sed stulti qui carnalibus solum desideriis gaudent, detestantur eos qui pro amore cœlestium infima oblectamēta contemnunt. m ¶ Qui cū sapientibus graditur,sapiens erit &c.) Cùm sapiētibus ire,est sa- L pientium actus imitari.Quamlibet ergo simplex quisq; sit & rusticus,qui arcana sapientiæ cōprehendere nequeat:si tamē sapientium exempla viuēdo sectatur,iure inter sapientes annumerabitur.Qui verò stultos nō ꝑpter naturā,quia homines sunt: sed propter stultitiā,quia mimi sunt,vel histriones,vel aliqui tales:non vt instruendo corrigat amat:sed vt fauendo deteriores efficiat, aliis nimirum & si per ingeniū,vel doctrinam, sapiens videtur,stultorum nota peccat vel turpitudine dignus,simul & dānatione tenebitur. n ¶ Bonus relinquet hæredes &c.)Sæpe videmus bonos sine filiis obire:imò maiora à domino prę mia polliceri his qui filiorum procreationi virginitatis castimoniā præposuerint, sed & substantiam iustorum à peccatori- M bus tolli.Nam & Apostolus glorificat eos qui rapinam bo- Heb.10.g. norum suorum cum gaudio susceperunt. Vnde spiritualiter intelligendum, quia bonus & iustus dominus est, qui post passionem suam ascendens in cœlum, reliquit hæredes suæ doctrinæ,apostolos & successores eorum:ad cuius fidem cōuersa est multitudo gentiū,quę erat substātia diaboli.Intrauit nāq; in domū eiusdem malè fortis aduersarij:& eū maiori virtute conterens,diripuit arma eius,in quib' confidebat: & spolia eius distribuit:vt ipse in euāgelio testatur.Vel cer- Lucæ.11.c. tè iusto substantia peccatoris custodita est,quando ablatum Matt.21.d. est à Iudęis regnū dei,& datū est genti facienti fructus eius. o ¶ Multi cibi in noualibus &c.) Absq; iudicio recto facit qui diuitiis congregandis sedulus insistit:& has aggregatas non ipse pro redemptione animæ suæ pauperibus dispēsat, sed aliis post se dispensandas reseruat:iuxta quod in superiore versu iuxta literā dicitur : Et custoditur iusto substantia peccatoris:maximè cùm sibi victus abundet ex iure paternæ hæreditatis:neq; vlla pecunias colligendi necessitas incumbat.Hoc est enim quod ait:multi cibi in noualibus patrum. Iuxta verò sensum spiritualem,multi sunt cibi alimonię cœlestis in dictis& exēplis venerabilium patrū.Et absq; ratione facit,qui his legendis,meditandis, & exponendis instans nō suæ saluti per hoc,sed aliorum potius seruit:dum ipse ab his quæ legit,vel actibus reprobis,vel etiā in impietate sensus hæretici

A sus hæretici discrepat.Talis nanque in noualibus,id est,operibus siue sermonibus patrum, optima institutione excultis: non sibi,sed aliis subsidiū acquirit: illis videlicet qui tractatus eius legentes, arcana per eos spiritualis sensus, quibus interius reficiantur,inueniunt. Vtrique autem sensui conuenit aptè quod sequitur :

a ¶ Qui parcit virgę,odit filiū suum : qui autem diligit illum, instanter erudit.)Nam & pater bonus,filium:& discipulum,magister catholicus: ne ad iniquitatem deflectat, sollicitus erudit. Præcedentem autem versiculum , antiqui interpretes ita transtulerūt: Viri iusti diuitiis annis multis fruentur:iniqui autem perient breuiter.

b ¶ Iustus comedit & replet animam suam: venter autem impiorum insaturabilis.)Iustus ꝑcipit cibos sapientiæ:qui in noualibus patrum,hoc est,in operibus ac verbis præcedentium iustorum probantur exorti : & B hos ad profectum animæ suæ bene viuendo traiicit. Venter autem impiorum,id est,capacitas sensus hæreticorum insaturabilis: quia sicut Apostol' ait: 2.Timo.3.b Semper discentes, nunquam ad veritatis scientiam perueniunt. Quare autem saturari scientia non merentur, nisi quia nequaquam refecti cibis paternæ institutionis, aliis hoc congregant absque iudicio?

Caput XIIII.

c SApiens mulier ædificabit domum suam: insipiēs extructam &c.)Et vnaquæque anima fidelis,&ecclesia per orbem catholica , mansionem sibi in patria cœlesti bonis actibus ædificat. At verò reprobi, ea quæ bene sunt à bonis ordinata, malè viuendo aliquando etiam apertè repugnando dissipant.Quare autem stulti sapiētium actus lacerent, sequentib' C verbis ostenditur,cùm dicitur: d ¶ Ambulans recto itinere,& timens deum,despicitur ab eo qui &c.)Abominatio est enim peccatoribus bonorum religio:stultūq; videtur incredulis,cùm fideles propter dei timorem, non tantum abiiciūt timorem,sed & tormenta rident eorum qui occidūt corpus. De quibus adhuc aptè subiungitur: e ¶ In ore stulti,virga superbiæ: labia sapientium custodiunt eos.) Quia stulti per vaniloquium,humiles quos despiciunt, affligunt: sed iidem humiles spiritu per doctrinam se sapientia, ne decipiantur, muniunt. f ¶ Vbi non sunt boues, præsepe vacuum est: vbi autem plurimæ segetes, ibi & cætera.) Hærent hæc superioribus. Boues nanque doctores catholicos: præsepe,cœtum auditorum:segetes dicit fructus operum bonorū. Incassum ergo tumet superbus:&indocta eloquentia verberat aures ac corda subiectorum: quia vbi non sunt docti prædicatores, frustra ad audiendum confluit turba plebium'. Vbi autem plurimæ operationes apparent virtutum,ibi apertissimè claret: quia non hæreticus in vanum garrit, sed pro verbi frugi laborauit ille,qui & ipsum verbum casto ore ruminare, & viam veritatis recto discretionis pede noscit incedere. Nec mirandum cur in præsepi, auditores significari diximus: cùm bos alatur de præsepi:doctor autem verbo audientes soleat nutrire:sed intuendum quia &de labore bouis præsepe impletur: & ipse bos suo fructu de præsepi refi-

a que iudicio. Qui parcit virgæ, odit filium suum:qui autem diligit illum,instanter e- b rudit. Iustus comedit,&replet animam suam: venter autem impiorū insaturabilis.

Caput XIIII.

c SApiens mulier ædificabit domū suā: insipiēs extructam quoque destruet manibus. d Ambulāns recto itinere,& timens deum: despicitur ab eo qui infami graditur via. e In ore stulti,virga superbiæ: f labia sapientium custodiunt eos. Vbi nōn sunt boues, præsepe vacuum est:vbi autē plurimæ segetes, ibi manifesta fortitudo bouis. Testis fidelis non mentietur : profert mendacium dolosus testis. g Quærit derisor sapientiam,& non inueniet: doctrina prudentium facilis. h Vade cōtra virum stultum:& nesciet labia prudentiæ. Sapientia callidi est intelligere viam suam: & imprudentia stultorum errans. Stultus illudit peccatum: & inter iustos morabitur gratia. i Cor quod nouit amaritudinem animæ suæ: in gaudio eius non miscebitur extraneus. k Domus impiorum delebitur:tabernacula iustorum germinabunt. Est via quę videtur homini iusta : nouissima autē eius deducunt ad mortem. Risus dolore miscebitur:& extrema gaudij luct' occupat. Viis suis replebitur stultus : & super eum erit vir bonus. l Innocens credit omni verbo:astutus considerat gressus suos. m Sapiens timet, & declinat à malo: Stultus transilit

citur. Quia nimirum prædicator fidelis,& audientes verbo D reficit : & eadem refectione apud deum ipse proficit, quod in opere figuratur Heliæ, qui Sareptanam viduam pascit,à 3.Reg.17 b qua & ipse pascitur. g ¶ Quærit derisor sapientiam, & non inueniet &c.)Caiphas qui domino dixit : Adiuro te per Matt.26.f. deum viuum : vt dicas nobis, si tu es Christus : quia malè quærebat, inuenire quod rogabat, non meruit. At discipuli qui sese humiliter auditui veritatis subdiderant, accepta spiritus gratia : non solummodo Christum dei filium cognoscere,sed & abdita scripturarum intelligere meruerunt.Sed & tunc doctrina prudentium facilis erat, quando Cornelius cum domo Acto.10.c. sua,& cæteri tales verbum humiliter audientes, mox credebant : & accepto spiritu sancto, linguis loquebantur omnibus. Nunc quoque doctrinam fidei catholicæ prudens quisque dū E catechizatur , facilè percipit: quam hæretici, quia peruersè quærunt, nunquam prorsus inueniunt. h ¶ Vade contra virum stultum &c.) Ideo derisor sapientiam quam quęrit,nō inuenit:quia & si aperte contra illius stultitiam disputando incedas,nescit intelligere quæ dicis: vt Arius, qui verbū cōsubstantialitatis in patre & filio, nusquam in scriptura inueniri posse contendebat, cùm ei manifeste scriptum obiiceretur: Ego & pater vnum sumus. Et Ioan.10.f deus est verbum: & cætera talia. Ideo doctrina prudentium facilis est:quia labia prudentiæ sapientia:id est,quia labia quęcunque prudentię moderamine reguntur,de sapientia solum loqui & audire dulce habent, eiusq; meditationi operam dare satagunt. i ¶ Cor quod nouit amaritudinem animæ suæ: F in gaudio eius non miscebitur extraneus.)Amaritudinem habent animę & electi, quandiu à gaudiis differuntur ęternis: & reprobi cum desideriis affliguntur peruersis.Sed electi quia in luce ambulant, amaritudinem suam quando sit gaudio mutanda præuident. Porro reprobi propria sponte cæcati : quid in præsenti patiantur, non vident:quid in futuro sint passuri,non præuident.ideòq; à futuris bonorum gaudiis remanebunt extranei, quia amaritudinis eorum præsentis,non nouerunt esse participes. Vnde & apte subditur. k ¶ Domus impiorum delebitur:tabernacula iustorum germinabunt.) Domus quippe in mansione,tabernaculis vti solet in itinere. Domus igitur impiorum delebitur:quia habitationem vitæ præsentis,in qua semper manere desiderabant, perdent in morte reprobi: & hoc quod non preuidebant, exilium perpetuæ damnationis subibunt.Tabernacula autem iustorum germinabunt:quia præsens eorum conuersatio, in qua incolæ sunt apud deum & peregrini,crescentibus sine cessatione meritis, ad fructum vsque suauissimum patriæ cœlestis pertingit. l ¶ Innocens credit & cætera.) Hanc innocentiam vetuit: & hanc habere docuit astutiam Ioannes cum ait:Charissimi,nolite omni spiritui credere:sed probate spiritus,si ex deo sunt. 1.Ioan.4.a m ¶ Sapiens timet, &c.) Sicut stulti est de sua alacritate confidere, torrentem rapidum,vel voraginem latiorem saltu velle transire:sapiētis autem ad planum,vel pontem,diuertere:ita qui peccatum

G peccatum quantum valet,declinat,timens ne inuoluatur malis, ſapiens eſt : Stultus autem ille qui contemptim peccat, blandiens ſibi quia aut poſteriori tempore pœnitẽtiam agat commiſſorum: aut ſi repente moriatur, fortiter pœnas inferi ſufferat. a ¶Impatiens operabitur ſtultitiam &c.)Reprehenſibilis quidem eſt homo impatiẽs:ſed multo peior & odioſior deo eſt verſutus: tametſi apud homines melior æſtimetur. Ille enim palam omnibus ſuam oſtendit ſtultitiam: iſte autem cùm ſit corde peruerſus, ſæpe ſimplicitatem ſimulat & iuſtitiam:atque humano iudicio ſanctum ſe dici delectat,cùm ſit diuino examine inter reprobos æſtimatus. b ¶Iacebunt mali &c.)In nouiſſimo iudicio coronatis iuſtis,damnabuntur reprobi, qui eos in præſenti premebant.Quòd enim ait, antè:id eſt,ante bonos,& ante portas iuſtorum : non ad vicinitatem loci, ſed ad viſionem pertinet bonorum, quia malorum tormenta ſemper aſpiciunt, vt maiores ereptori ſuo gratias ſine fine referant. Vnde Eſaias de illis : Egredientur & videbunt,inquit, cadauera virorum, qui præuaricati ſunt in me: Vermis eorũ non morietur:& ignis eorũ non extinguetur:& erunt vſque ad ſatietatem viſionis omni carni. Quòd autem agit, egredientur: non pedum proceſſum,ſed oculorum ſignificat intuitum : quẽ intus in regno poſiti, ad videnda prauorum ſupplicia, foras cum voluntate mittunt.

c ¶Corona ſapientium,diuitiæ eorum &c.)Sapientes non terreni aliquid emolumenti pro diuitiis habent:ſed coronam ſolummodo quam pro virtutibus in futuro percipient. At ſtultorum fatuitas maxima hæc eſt: I quia improuidi æternorum, de præſentibus tantum commodis gaudẽt. Imprudentia enim quaſi improuidentia dicitur.

d ¶Liberat animas teſtis fidelis &c.) Liberat animas Chriſtus, qui eſt teſtis fidelis: vt in Apocalypſi legimus: & ſicut apoſtolus ait: Teſtimonium reddidit ſub Pontio Pilato bonam confeſſionem. Et profert mendacia diabolus. Qui rectè appellatur verſipellis:quia mala quę facienda gerit, bona eſſe pronunciat: & gaudia promittit æterna eis quos ad inferni tormenta præparat. Item liberat animas catholicus doctor, qui teſtimonia ſcripturarum fideliter, id eſt rectè prædicat : & profert mendacia hæreticus. Vel ſicut alia æditio manifeſtè tranſtulit: Incendit autem mendacio doloſus:ſubauditur, animas eorum quos ſuo errore decepit. e ¶ In timore domini fiducia fortitudinis:& filiis eius erit ſpes.) Timor domini fiduciam fortitudinis præſtat : quia nimirum mens noſtra tanto valentius terrores rerum temporalium deſpicit: quanto ſe authori earum veracius per formidinem ſubdit. Filij autem timoris domini dicuntur: qui diuino timore reguntur, ſicut filij virtutis, & filij reſurrectionis,qui virtutibus ſtudent,vel qui ad gaudia reſurrectionis pertinent,quibus erit ſpes:iuxta illud pſalmiſtæ:Qui timẽt dominum,ſperent in domino: de qua ſpe conſequenter adiungit: K Pſalm.113.c

f ¶Timor domini, fons vitæ, vt declinet à ruina mortis.) Hæc eſt ergo ſpes eorum qui timent dominum: vt declinãtes à ruinæ mortis, peruenire mereantur ad eum qui dicit : Ego ſum via,veritas,& vita. Dictum eſt autem ſuprà: Lex ſapientis, fons vitæ : vt declinet à ruina mortis. Etnunc dicitur: Timor domini, fons vitæ:vt declinet à ruina mortis . Ex quo patet:quã nulla prior eſt lex ſapiẽtis, quã mortem vitare, & vitam acquirere debeat æternam : quàm habere timorem domini. Vnde & alibi dictum eſt: Initium ſapientiæ,timor domini. g ¶In multitudine populi,dignitas regis: & in paucitate plebis &c.) Vbi multitudo ſeruientium deo: ibi ſpecialiter Chriſti gloria: vbi ſoli catechumeni, vel recẽs nati infantes , ſub regno adhuc tenentur diaboli: & ipſi tempore congruo feſtinantes in Chriſto renaſci: ignominia ibi manifeſta principis mundi. Vel certè in conuenticulis hæreticorum, quę ſemper ſunt pauciora eccleſiis catholicorũ: ignominia patet eorum qui hæc ab eccleſiaſtica vnitate ſegregarunt. Ioan.14.a. Supra.13.c Pſalm.11.b

h ¶Vita carniũ &c.)Per carnem, infirma quædã ac tenera: per oſſa, fortia acta ſignantur. Bene ergo dicitur: Vita carnium,ſanitas cordis.Quòd ſi mẽtis innocentia cuſtoditur : & ſi qua foris infirma ſunt, quandoque roborantur.Et rectè ſubditur:Putredo,oſſiũ,inuidia:quia per liuoris vitium ante dei oculos pereunt & quę humanis oculis fortia videntur. Oſſa quippe per inuidiã putreſcere,eſt quædam etiam robuſta deperire.

i ¶Acceptus eſt regi miniſter intelligens.) Ille videlicet cui dicitur : Quia ſuper pauca fuiſti fidelis, ſupra multa te conſtituã:intra in gaudiũ domini tui. M Matt.25.b.

k ¶Iracundiam &c.) Ille vtiq; de quo idem ait:Et inutilem ſeruum eiicite in tenebras exteriores. Ibidem.e

Caput XV.

l ¶Reſponſio mollis &c.) Qui verba increpantis humiliter recipit, iam propinquat veniæ reatus quem geſſit. At qui ſuperbus arguenti reſultat,maiorem contra ſe iram diſtricti iudicis. m ¶Lingua ſapiẽtium ornat ſcientiam:os fatuorum &c.)Lingua catholicorum patrum,ornat ſcientiam diuinorum eloquiorum:latius exponẽdo quæ ſcriptura canonica,aut obſcura poſuit,aut hiſtorica tantum ratione ſcripta reliquit:& os hæreticorum ebullit ſtultitiam, dicta ſacræ ſcripturæ peruerſè intelligendo : ſuoſq; ſenſus eius autoritati præponendo. Poteſt & de paganorum philoſophis intelligi quod ait : Os fatuorum ebullit ſtultitiam: quales fuere Porphyrius & Iulianus: qui contra eccleſiæ doctores ſtultitiæ ſuæ fluenta fundebant. n ¶Lingua &c.) Lingua catholici doctoris ad fructum vitę ducit ſempiternum:quæ

a tranſilit & confidit.Impãtiens operabitur ſtultitiam,& vir verſutus odioſus eſt. Poſſidebunt paruuli iuſtitiam: & expectabũt

b aſtuti ſcientiã. Iacebunt mali ante bonos: &impij ante portas iuſtorum.Etiam proximo ſuo pauper odioſus erit:amici verò diuiti,multi. Qui deſpicit proximum ſuũ, peccat:qui autem miſeretur pauperi,beatus erit.Qui credit in domino, miſericordiam diligit: errant qui operãtur malum. Miſericordia & veritas præparant bona. In omni opere bono erit abundantia: vbi autem verba ſunt plurima, ibi frequenter

c egeſtas.Cõrona ſapiẽtium diuitię eorum:

d fatuitas ſtultorum, imprudentia . Liberãt animas teſtis fidelis: & profert mendacia

e verſipellis.In timorẽ domini fiducia fortitudinis:& filiis eius erit ſpes.Timor domini, fons vitæ: vt declinet à ruina mor-

Iſa.66.g

g tis.In multitudine populi, dignitas regis: & in paucitate plebis, ignominia principis.Qui patiens eſt, multa gubernatur ſapientia:qui autem impatiens, exaltat ſtul-

h titiam ſuam . Vitã carnium , ſanitas cordis:putredo oſſium, inuidia . Qui calumniatur egentem , exprobrat factori eius: honorat autem eum qui miſeretur pauperis. In malitia ſua expelletur impius, ſperat autem iuſtus in morte ſua . In corde prudentis requieſcit ſapiẽtia: & indoctos quoſque erudiet . Iuſtitia eleuat gentem:

i miſeros facit populos peccatum. Accẽpt⁹

k eſt regi miniſter intelligens. Iracundiam eius inutilis ſuſtinebit.

Caput XV.

l m Reſpõnſio mollis frãgit iram:ſermo durus ſuſcitat furorem. Linguã ſapientium ornat ſcientiam:os fatuorum ebullit ſtultitiam.In omni loco oculi domini cõtemplantur bonos & malos.

n Linguã placabilis lignum vitæ : quæ autem im-

Apoca.3.c
1.Timo.6.b

A num:quæ autem immoderata eſt,modum eccleſiaſticæ normæ ignorat:& ſuum ſpiritum, & eorum qui ſe audiunt, malè loquendo conteret. a ¶Domus iuſti plurima fortitudo &c.)Domus Chriſti,id eſt,eccleſia plurimam habet fortitudinem:ita vt pluuia,ventis, fluminibusq; tentationum frequẽtium , nequaquam poſſit diruí: & in operibus diaboli conturbatio feruet aſſidua:quę eandẽ Chriſti domum , vel per falſos fratres, vel per apertos aduerſarios deiicere tentat. b ¶Labia &c.) Labia catholicorum diſſeminabunt prædicando ſcientiam rectæ fidei: cor hæreticorum diſſimile erit: quia perfidiam pro ſcientia concipit vt doceat . Poteſt & ſta intelligi : quia cor ſtultorum etiam ſibimetipſi diſſimile erit:dum mutabilitate diuerſarum cogitationum varium ſe exhibet: & nunquam idem quod fuerat manet:cui contra de Anna cùm domino intenta mente ſupplicaret

B dicitur: Vultuſq; eius non ſunt amplius in diuerſa mutati .

1.Reg.1.c c ¶Victimæ impiorum abominabiles domino &c.)Orationes opera, & ſacrificia hæreticorũ abominatur dominus: & vota eorum accepta habet,qui fidem catholicam iuſtis operibus affirmant. d ¶Doctrina mala deſerentium viam vitæ &c .) Mala eſt ergo doctrina eorum qui viam deſerunt veritatis : de

Matt.5.b. quibus dominus ait : Qui ergo ſoluerit vnum de mandatis iſtis minimis , & docuerit ſic homines, minim⁹ vocabitur in regno cœlorum . Sed talibus adhuc ſi correpti pœnituerint, patet reditus ad veniam . Sinautem nec correptionib⁹ eccleſiaſticis annuerint,iam certus eis reſtat interitus. e ¶Omnes dies pauperis , mali: ſecura mens quaſi iuge conuiuiũ.) Omne tempus

C populi dei quandiu in præſenti pauper eſt, afflictionibus abundat & ærumnis : quia necdum ad diuitias ſupernæ bonitatis & perpetuæ manſionis peruenit.

Ephe.5.d Vnde monet Apoſtolus dicens: Redimentes tempus : quoniam dies mali ſunt. At verò reprobi qui metu carentes diuino,ſecuri mundo vtuntur : quaſi iugib⁹ ſtulti reficiuntur epulis . Vnde rectè ſubiungit. f ¶Melius eſt parum cum timore domini, quàm theſauri magni & inſatiabiles.) Quale eſt in pſalmo : Melius eſt modicum iuſto

Pſal.36.c. ſuper diuitias peccatorum multas . Melius ergo eſt vt ſeruato timore dei,egeas opibus, vel etiam victu quotidiano, quàm vt deſiderio plura acquirendi dei timorẽ deſeras. g ¶Melius eſt vocari ad holera cum charitate, quàm ad vitulum ſaginatum cum odio.) Omnis qui operum bonorum exempla proximis quæ imitentur oſtendit : quaſi ad epulas quibus reficiantur, conuiuas vocat. Melius eſt autem vocari ad holera cum charitate, quàm ad vitulum ſaginatum cum odio: quia nimirum multo⁹ eſt vtili⁹ D ſimplicis vitæ innocentiam cum charitate ſeruare, quàm magnis virtutum miraculis foris fulgere:& interiora mentis ab odiorum ſorde non expurgare . Vnde quibuſdam in fine dicentibus: Domine,domine, nonne in nomine tuo prophetauimus: & in tuo nomine dæmonia eiecimus:& in tuo nomine virtutes multas fecimus ? dicet ipſe dominus:Quia nunquã noui vos:diſcedite à me omnes operarij iniquitatis. h ¶Iter pigrorum quaſi ſepes ſpinarũ.) Pigros dicit eos quos piget operari iuſtitiam: qui cùm viam domini appetunt, eos velut ſpinæ obſiſtentium ſepium, ſic formidinum ſuarum oppoſitæ ſuſpiciones pungunt. Quod quia electos præpedire non ſolet, adiunxit. i ¶ Via iuſtorum abſque offendiculo.) Iuſti quippe in conuerſatione ſua, quodlibet eis aduerſitatis obuiauerit, non impingunt : quia temporalis aduerſitatis obſtacula, E æternæ ſpei, & internæ contemplationis ſaltu tranſiliunt.

k ¶Lætatur homo in ſententia oris ſui: & ſermo opportunus eſt optimus .) Humanum quidem eſt de ſua ſententia quaſi prudenter prolata quemque lætari : ſed verus ſapiens, non ſolum res quas loquitur : verũ etiam opportunitatem loci vel temporis , vel perſonæ cui loquatur diligenter inquirit.

l ¶Semita vitæ ſuper eruditũ &c.)Eruditum dicit:non ſolum ſcientia, ſed & operatione perfectum: Huic etenim iuri ſemita vitæ deſuper aperta eſt:huic cœli ianua patet. Infernus autẽ nouiſſimus de quo liberatur, vltima eſt pœna damnationis. Nã primus infernus,eſt cæcitas animæ peccantis, & veræ lucis ſcientia carentis: de quo dicitur in pſalmis: Et deſcendant in infernum viuentes : id eſt, ſcientes labentur in peccatum. F Pſalm.54.c

m ¶Domum ſuperborum demolietur dominus: & firmos faciet terminos viduæ.) Conuenticula hæreticorum cæterorũq; eccleſiæ perſecutorum demolitur dominus:& firmos facit in orbẽ vniuerſum terminos eiuſdem eccleſiæ: ſponſæ videlicet ſuæ pro cuius vita mori dignatus eſt. n ¶ Abominatio domini , cogitationes malæ & purus ſermo pulcherrimus &c.) Abominatur dominus cogitationes hæreticorum,imò omnes pietati contrarias : & purus ſermo rectæ fidei firmabitur ab eo,quando in iudicio nõ ſolũ factis,ſed & verbis omnibus digna præmia reddet. Abominat⁹ eſt cogitationes malas eorũ qui dicebant:Quis eſt hic qui etiam peccata dimittit:Et purum ſermonem eius qui dixit: Tu es Chriſtus filius dei viui: Luc.7.g. & Matth.16.c pulcherrimum eſſe firmauit, cùm reſpondit: Beatus es Simõ Bar Iona: quia caro & ſanguis non reuelauit tibi:ſed pater meus

tem immoderata eſt, conteret ſpiritum. Stultus irridet diſciplinam patris ſui: qui autem cuſtodit increpatiões, aſtutior fiet. In abundanti iuſtitia virtus maxima eſt: cogitationes autem impiorũ eradicabuntur.Dõmus iuſti,plurima fortitudo: & in

b fructibus impij,conturbatio.Lãbia ſapientium diſſeminabunt ſcientiam:cor ſtultorum diſſimile erit.Victimę impiõrum abominabiles domino: vota iuſtorum placabilia. Abominatio eſt domino via impij:

d qui ſequitur iuſtitiam,diligitur ab eo.Dõctrina mala deſerentium viam vitæ : qui increpationes odit,morietur. Infernus & perditio coram domino : quanto magis corda filiorum hominum?Non amat peſtilens eum qui ſe corripit:nec ad ſapientes gradi

e tur.Cor gaudens exhilarat faciẽ: in mœrore animi deiicitur ſpiritus . Cor ſapientis quæret doctrinam: & os ſtultorum paſcetur imperitia.Omnẽs dies pauperis,mali:ſecura mens quaſi iuge conui-

f uium. Mẽlius eſt parum cum timore domini , quàm theſauri magni & inſatiabi-

g les.Mẽlius eſt vocari ad holera cum charitate,q̃ ad vitulum ſaginatum cum odio. Vir iracundus prouocat rixas: qui patiẽs

h eſt,mitigat ſuſcitatas.Itẽr pigrorum quaſi

i ſepes ſpinarum . Viã iuſtorum abſque offendiculo. Filius ſapiens lętificat patrem: & ſtultus homo deſpicit matrem ſuam. Stultitia gaudium ſtulto:&vir prudens diriget greſſus ſuos.Diſſipantur cogitatiões vbi nõ eſt conſilium:vbi verò plures ſunt

k conſiliarij, confirmantur. Lætatũr homo in ſententia oris ſui:& ſermo opportunus

l eſt optimus. Semitã vitæ ſuper eruditum:

m vt declinet de inferno nouiſſimo . Dõmũ ſuperborum demolietur dominus : & firmos faciet terminos viduæ . Abõminatio

n domini, cogitationes malæ: & purus ſermo pulcherrimus firmabitur ab eo. Conturbat domum ſuam qui ſectatur auaritiam: qui autem odit munera,viuet.Per miſericordiam & fidem purgantur peccata: per timorem autem domini declinat omnis à ma-

Gmeus qui in cœlis est. a ¶ Lux oculorum lętificat animam &c.) Iure mentem delectat humanam, cum se lucem cœlestium arcanorum, domino reuelãte percepisse cognoscit: quod alia æditio manifestius dicit: Videns bona oculis oblectat cor: bona vtique domini in terra viuentium. Quę qui mentis oculo contemplatur, merito in corde oblectatur: tametsi extrinsecus tristis incedere, inimico affligente videtur. Fama quoque illa felicissima: qua nostros non solum actus & sermones, sed & cogitatus angelis deferentibus in cœlo patere cognouimus, pinguedinem dilectionis & fidei, nostris virtutibus ne deficiendo arescãt, exhibet. Quanto enim certius tenemus occulta nostri cordis, simul & aperta operis diuinis patere conspectibus: tanto magis fortitudinẽ nostræ bonæ actionis, oleo charitatatis eius ne lassescat, impinguare satagimus.

b ¶ Auris quæ audit increpationes vitæ &c.) Discipulus qui

H increpationibus docentium obedienter annuit, plerunq; proficiẽdo ad cathedram vsque doctoris ascẽdit. Denique Paulus qui increpationi sui conditoris sese humiliter substrauit, ad sedem postmodum apostolicæ dignitatis sublimiter peruenit.

Caput XVI.

e HOminis est animũ præparare &c.) Certũ est quia neq; animum præparare, neque gubernare linguam, neque aliquid facere boni absq; diuina gratia valemus: Ioan.15.a Quia sine me, inquit, nihil potestis facere. Quomodo ergo hominis est animum præparare, & dei gubernare linguam? Nisi quia hæc propriè tempus persecutionis significat. De quo dominus ait: Mat.10.e I Cùm autem tradent vos, nolite cogitare quomodo, aut quid loquamini: dabitur enim vobis in illa hora quid loquamini. d ¶ Omnes viæ hominum patent oculis eius &c.) Ita vias, id est, actiones omniũ, & bonorum videlicet & malorum dominus videt: vt etiam spiritus singulorũ quid in occulto cogitent, certa lance discernat. Vnde rectè subiũgitur: e ¶ Reuela domino &c.) Domino quippe opera nostra reuelamus: quando eum quem nihil latere nouimus, in cunctis quæ agimus, in memoriam reducimus: atque illius in omnibus flagitamus auxilium: & cũ hoc deuoti agimus, fit vt non opera eadem tantummodo, sed etiam internæ nostræ cogitationes, illo dirigente procedãt. f ¶ Vniuersa propter &c.) Nulla fuit domino causa creaturam visibilem vel inuisibilem faciendi, nisi voluntas sua: vt suam videlicet bonitatem rationabili creaturæ, quam perpetuò beatam faceret, ostenderet: eum quoque qui bonum conditionis propria sponte deseruit: id est, diabolum cum suis secuacibus, iusta seueritate damnauit. g ¶ Abominatio est domini omnis &c.) Quicunq; sibi tribuit bonum quod facit, etiam si nihil mali videtur manibus operari, iam cordis inocentiam perdidit: in quo se largitori donorum prætulit. Et ideo talem conditor suus abominatur vt reum, quem sibi beneficiis contemplatur ingratum. h ¶ Cũ placuerint &c.)

nis à malo. Mens iusti meditatur obedientiam: os impiorum redundat malis. Lógè est dominus ab impiis: & orationes iu- a storum exaudiet. Lux oculorum lætificat b animam: fama bona impinguat ossa. Auris quæ audit increpationes vitæ, in medio sapientium commorabitur. Qui abiicit disciplinã, despicit animam suam: qui autem acquiescit increpationibus, possessor est cordis. Timor domini, disciplina sapientiæ: & gloriam præcedit humilitas.

Caput XVI.

c HOminis est animum præparare: & d domini gubernare linguã. Omnes viæ hominum patent oculis eius: e spirituum ponderator est dominus. Reuela domino opera tua: & dirigẽtur cogitaf tiones tuæ. Vniuersa propter semetipsum operatus est dominus: impium quoque g ad diem malum. Abominatio est domini omnis arrogans: etiam si manus ad manũ fuerit, non erit innocens. Initium vitæ bonæ, facere iustitiam: accepta autem apud deum magis quam immolare hostias. Misericordia & veritate redimitur iniquitas: & in timore domini declinatur à malo. Cùm placuerint domino vię hominis: h inimicos quoque eius conuertet ad pacẽ. i Melius est parum cum iustitia, quàm multi fructus cum iniquitate. Cor hominis disponet viam suam: sed domini est dirigek re gressus eius. Diuinatio in labiis regis: in l iudicio non errabit os eius, Pondus & statera iudicia domini sunt: & opera eius omnes lapides seculi. Abominabiles regi qui agunt impiè: quoniam iustitia firma- m tur solium. Võluntas regum labia iusta: Qui

Tanta est sanctitas diuinæ religionis, vt eam plerunq; etiam K qui foris sunt, veneratione habeant: & quos perfectè deo seruire perspexerint, cum his pacem habere, quamuis religioni discrepantes, incipiant. Denique quia placuerũt domino vię Danielis & trium puerorum: inimicos quoq; eorum qui eos in ignem vel bestiis miserunt, conuertit ad pacem. Quia placuerunt domino vię sanctorum prædicatorum, multos eorum persecutores non ad pacem tam tummodo, sed ad eandem etiam fidei & religionis vnitatem cõuertit. i ¶ Melius est &c.) Et beati, inquit dominus, pauperes: quia vestrum est regnum Luc.6.c cœlorum, Et iterum: Væ vobis diuitibus: quia habetis cõsolationem vestram. Potest & sic accipi: Quia melius sit in simplici conuersatione deo deuotè seruire, quàm multis abundantem virtutibus: verbi gratia, eleemosynis, orationibus, ieiuniis, doctrina, castitate, proximorũ facta despicere: & de sua quasi L singulari sublimitate gloriari. k ¶ Diuinatio in &c.) Illum significat regem, de quo dictum est: Deus iudicium tuũ regi da. Quis est enim regum temporaPsal.71.a. lium, qui nunquam erret in iudicio? In cui⁹ labiis est diuinatio: quia non suorum solummodo sermones & facta dirigit, sed & gentilium vates qui vulgò diuini appellantur: quid scisciantibus respondeant, illo intus indicante disponitur: testante Michea propheta: qui ad deceptionem Achab regis impiissimi 3.Reg.22.c testatur missum à superni iudicis solio spiritum, qui prophetarum eius ora impleret: atque ad suadendum ea quibus rex nefandus periret, armaret. Neque em̃ in hoc iudicio errauit os regis æterni: sed quod rex impius audire peccatis præcedentibus meruit, ipse hoc, pphetas erraticos eloquí permísit. Sed & Ezechiel peccanti ac perituro Ammonitarum populo dicit: cùm tibi viderentur vana & diuinarentur mendacia. Non est dæmonum diuinatio, sed dei iudicium: quí perfectæ malitiæ elidit finem. Hunc versiculum alia translatio sic habet apertius de domino: Nihil falsum exiet de ore eius: quia nimirum ipse nec vllo mentiente falli, nec potest aliquando mentiri. l ¶ Pondus & statera iudicia domini &c.) Lapides seculi, iustos & fide fortes appellat: quales esse desiderabat Apostolus Petrus eos, quibus 1.Pet.2.a. admonens dicit: Et vos tanquam lapides viui superædificamini in domos spirituales. Nullus igitur ab initio seculi sua virtute electus, & cœlesti ædificio aptus est: sed eius potius opere, qui omnia in pondere & mensura & numero constituens, vnicuique sicut voluit mensuram fidei & gratiarum distribuit. m ¶ Volũtas regum, labia iusta.) Reges dicit sanctos, qui vitiis principaliter imperare, & virtutibus animæ quasi obsequentium comitum cuneis stipari consueuerunt: de quibus dominus: Multi, inquit, prophetæ & reges cupierunt videre quæ vos videtis: & non viderunt. Alioquin Luc.10.d reges terreni multum sæpe labia iusta detestantur, vt Herodes Ioannis: propter quod eum & capite puniuit. Mar.6.c

¶ Qui

A a ¶ Qui recta loquitur, &c.) Vt videlicet rectis operũ gressibus ad vitam perting at æternam. At contra: Vir linguosus non dirigetur super terram. Nec repugnat huic sententiæ, quod de Antiocho dicitur: Et dolus in manu eius dirigetur. Non enim hominem illum dirigendum scriptura dixit, quem peruersum ac pessimum futurum esse præuidit: sed dolus, inquit, in manu eius dirigetur: quia scilicet fraudes & scelera quæ disposuit, ad effectum quem proposuit, nullo retardãte perduxit: quibus tamen peractis in æternum vt meruerat periit. b ¶ Indignatio &c.) Nuncij mortis, sunt angeli satanæ, i. hæretici, & vani philosophi: imò omnes qui verba nunciant proximis, vndè à morte rapiantur æterna: qui quò amplio⁹ autori mortis seruiunt, eò grauius vitæ largitorem offendũt: nec tamen talibus iter pœnitentię precluditur. Nam subditur:

B c ¶ Et vir &c.) Potest enim respirscendo dominum placare, quem contigit stultè loquendo offendisse. d ¶ In hilaritate &c.) Quicunq; hilarem Christi vultum videre merentur, his in æternum cum illo viuere dabitur. Luc.3.a Alioquin in die iudicij, sicut scriptum est: Videbit omnis caro salutare dei. Sed hunc reprobi tunc iratum, iusti videbunt placidum. e ¶ Et clemẽtia &c.) Serotinus imber in Iudæa iam maturis messibus vsq; hodie venire consueuit: vbi dominus & matutinam pluuiam promittit, dicens per prophetã: Deut.11.b Dabo vobis pluuiam matutinã & serotinam terræ. Pluuia ergo matutina est, siue temporanea, vt alibi nominatur: quando prima credendi in Christum semina susscipimus. Pluuia verò serotina, quando maturis virtutum frugibus ablati de hac vita in dominico horreo recondimur.

C Et rectè clementia regis, imbri serotino cõparatur: quia quod fructum vitę bene agentes percipimus: non hoc nostri libertas arbitrij, sed superni facit irrigatio doni. f ¶ Cõtritionem præcedit &c.) Contritionem enim futuræ cõdemnationis præcedit superbia vitæ præsentis: & vnde hic omnis reprobus eleuatur: inde illic iustè deiicitur. g ¶ Eruditus in verbo &c.) Non solum qui ad prædicandum dei verbum eruditus est, bona apud illum reperiet: sed & ille qui in domino spem ponere didicit: etiam si ad prędicandum aliis idoneus nõ est, eiusdem beatitudinis particeps existit. h ¶ Qui sapiens &c.) Qui sapientiam catholicæ fidei quam didicit, illibatam suo in corde custodit, meritò prudentis nomen accipit. At qui eandem sapientiam etiam doctè prædicare, & contra hæreticos defendere nouit, maiora laboris amplioris pręmia percipiet. i ¶ Fons vitæ eruditio possidentis &c.) Cũ diceret, possidentis, non addidit, quid possidentis. Quid autẽ putamus eũ voluisse intelligi nisi fortè ipsam eruditionem: vt sit plena sententia: fons vitæ eruditio possidentis ipsam eruditionem suam: quod est apertè dicere: quia ille prędicator verè suis auditoribus vitæ vias aperit, qui exercet ipse quæ prædicat: qui amorem verbi quo alios erudit, fixum in corde possidet: nec tantummodo memoria retentum quasi collectum gremio semen iactat in terram. Idcirco nanq; do-

a ¶ Qui recta loquitur, dirigetur. Indignãtio
c regis, nuncij mortis. Et vir sapiẽs placa-
d bit eum. In hilaritatẽ vultus regis, vita. Et
e clementiã eius quasi imber serotinus. Pos-
side sapientiam, quia auro melior est: &
acquire prudentiam, quia preciosior est
argento. Semita iustorum declinat mala:
custos animæ suæ seruat vitam suam. Cõ-
f tritiõnem præcedit superbia: & ante rui-
nam exaltatur spiritus. Melius est humi-
liari cum mitibus, quàm diuidere spolia
g cum superbis. Eruditus in verbo reperiet
bona: & qui in domino sperat, beatus est.
h Qui sapiens corde est, appellabitur pru-
dens: & qui dulcis est eloquio, maiora p-
i cipiet. Fons vitæ eruditio possidentis: do-
ctrina stultorum fatuitas. Cor sapientis
erudiet os eius: & labiis eius addet grati-
k am. Fauus mellis verba composita: dulce-
do animæ sanitas ossium. Est via quæ vi-
detur homini recta: & nouissima eius du-
l cunt ad mortem. Animà laborantis labo-
rat sibi: quia compulit eum os suum. Vir
m impius fodit malum: & in labiis eius ignis
ardescit. Homo peruersus suscitat lites: &
n verbosus separat principes. Vir iniquus la
ctat amicum suum: & ducit eum per vi-
o am non bonam. Qui attonitis oculis co-
gitat praua: mordens labia sua perficiet
malum. Corona dignitatis senectus quæ
p in viis iustitiæ reperietur. Melior est pa-
tiens viro forti: & qui dominatur ani-
q mo suo, expugnatore vrbium. Sortes mit-
tuntur in sinũ: sed à domino temperantur.

Caput

ctrina stultorum fatuitas est: quia & si qua bona dicere vsu D eruditionis didicerunt, eadẽ tamen quę dicũt bona ipsi fatuo corde contemnunt. k ¶ Fauus mellis verba composita, &c.) Multi per eloquentiam possunt amantibus & fauent⁹ suauiter pronunciare bona quæ ipsi non amant: ea autem solum verba ad sanitatem ossium tuorum: hoc est, ad virtutum tuarum spiritualia incrementa proficiunt: quæ ex interna animæ tuæ dulcedine procedunt. l ¶ Anima laborantis &c.) Cõstat iuxta literam, quia expulsus de paradiso homo, quotidianum laborem ne deficiat exercet. Compulit enim os suum, quando cum serpente loquutus est: quando veritum tetigit: vt exilium longum cũ sudore sufferat: & in sudore vultus sui pa- Gene.3.d ne vescatur. Sed & doctorem os suum vt laboret compellit: quia necesse habet agere bona quæ dicit. m ¶ Vir impius fodit E malũ: & in labiis eius ignis ardescit &c.) Et propheta ait. Vt iniquè agerent laborauerunt. Poteſt & de hæretico specialiter intelligi: qui pulcherrimos ac florentissimos diuinorum eloquiorum campos, noxio linguę suæ vomere rumpit: vt de internis eorum finibus sensus impios, qui ibi non insunt, eruat. In cuius labiis ignis ardescit: quos se suosq; auditores in ppe tuum perdat. Vnde & Iacobus: Lingua, inquit, construitur in Iaco.3.b. membris nostris, quæ maculat totum nostrũ corp⁹, & inflãmat rotã natiuitatis nostræ inflammata à gehenna. n ¶ Vir iniquus lactat amicum suum: & ducit eum per viam non bonam.) Potest & de hæretico & de omni fautore malorum accipi: Quoniam laudatur peccator in Psalm.9.d desideriis animæ suæ: & qui iniqua gerit benedicitur. F o ¶ Qui attonitis oculis cogitat praua, mordens labia sua pficiet malum &c.) Grauius est perficere malum, quàm facere. Non solum autem ille perficit malum, qui per membra sui corporis peruersum quid operatur & noxium: verum etiam ille qui fixa intentione malum patrare disponit. Solent enim superbi indignantes labia mordere: solent attonitos habere oculos: & prędentia non videre dum aliquandiu taciti sedula mente pertractant. Vnde datur conijci quòd attonitis oculis praua cogitare dicat eũ, qui sic mala quæ facit, inquirit: vt quæ se in futurum retributio malorum operum sequatur, non videat. p ¶ Melior est patiens viro forti: & qui dominatur animo suo, expugnatore vrbium.) Minor est victoria vrbes expugnare, quia extra sunt quæ vincuntur: maius autem est quod per patientiã vincitur: quia ipse à se animus superatur: & semetipsum sibimetipsi subiicit, quoniam eum patientia in humilitate tolerantię sternit. q ¶ Sortes mittuntur in sinum: sed à domino &c.) Sicut sortes palam in sinum mittuntur, at clausæ in sinu continentur: diuini autem est iudicij cuius sors elata palmam teneat: sic hominum facta in præsenti quidem vita latent: sed cuius sint meriti patescet in futuro, prolato videlicet tunc ac manifestato iudicio singulorum, quasi de sinu examinis diuini.

Caput XVII.

Melior

Melior est buccella sicca cum&c.) Melius est parua bona cum charitate facere sine scientia prædicandi: hoc est enim siccam esse buccellam: quàm magnis effulgere virtutibus cum admixtione discordiæ. b ¶Seruus sapiens dominabitur &c.) Seruit quilibet peccator delictis suis subditus olim, qui post conuersionem vitę suę sapiens effectus, atque flagrantissimo amore dilectiōe dei feruens, filiis stultis: hoc est, quibusdam fidelibus à charitate dei, per acceptam fidem tepescentibus actu vel prædicatione sua, eis prælatus dominatur: atq; inter fratres perfectos scilicet sanctos, supernæ patrię hęreditatem diuidet. c ¶Sicut igne probatur &c.) Argentum quippe vel aurum si reprobum est, igne consumitur: si verò ꝓbatum, igne declaratur: sic nimirum est sensus vniuscuiusq; operantis: nam qualis sit in eo quòd laudatur vel vituperatur, ostenditur. d ¶Corona senum, filij filiorum, &c.) Senes dicit patriarchas & prophetas, qui à filiis filiorum, hoc est, à successoribus apostolorum, digna laude celebrantur: & gloria est prædicatorum noui testamenti, quòd filij veterum patrū esse meruerunt. e ¶Gemma gratissima &c.) Qui præmia futura fideliter expectat, quasi gēmæ splendidissimæ possessione lætatur. Nam & in euangelio [Matt.13.f] negociator sapiens pro acquisitione preciosæ margaritæ: id est, desiderio cœlesti omnia quę habuit vendidit: talisq; exactor siue aduersa seu prospera contingerint, à sua intentione non flectitur: prudenter intelligens, Quoniam diligentibus deum omnia cooperantur in bonum. [Roma.8.c] f ¶Semper iurgia &c.) Angelus crudelis, immundus est spiritus: qui à domino contra peccantes mittitur: vt eos vel in pręsenti affligat, vt Aegyptios, [Psal.77.e] quibus immisit iram indignationis suæ: indignationem & iram & tribulationem: immissionem ꝑ angelos malos: vel etiam post mortem ad interitum rapiat æternum. At contra immittit angelum dominus in circuitu timentium eum & eripiet eos. [Ibi.33.b] g ¶Expedit magis vrsæ &c.) Facilius erat doctorib⁹ sanctis, furori gentilitatis occurrere, raptis à se populis aliquibus, atque à bestiali eius sæuitia ad fidei pietatem prædicando conuersis, quàm hæretico cuilibet confidenti in sui ꝑfidia dogmatis: quia nimirum illud contra exteros, hoc contra sua viscera certamen agebant. Potest vrsę nomine ipsi⁹ hostis antiqui malitia intelligi: cuius fœtus rapimus, cùm eos qui erant filij diaboli, catechizando & baptizando filiorum dei societati adiungimus: & hoc plerunque multo leniore labore perficitur, quàm sit hæreticum ad fidem rectam reuocare: vel catholicum praua agentem, ad bonæ operationis statum reducere. h ¶Qui dimittit &c.) Aquam dimittere, est linguam in fluxum eloquij relaxare: quo contra in bonam partem dicitur: Aqua profunda verba ex ore viri. Qui ergo dimittit aquam, caput est iurgiorum: quia qui linguam non refrenat, cōcordiam dissipat. Vnde è diuerso scriptū est: Qui imponit stulto silentiū, iras mitigat. [Infra.26] i ¶Quid prodest &c.) Quid prodest populo Iudæorum infideli habere diuitias scripturarum, cùm in his Christum intelligere non possit? Quid hæretico eisdem abūdare diuitiis, cùm vnitatem fidei i eis discere nequeat? Quid malo catholico expedit diuitias habere veræ fidei, cum sapiētiam pię actionis habere neglexerit? k ¶Omni tēpore&c.) Qui dominum verè amat, omni tempore eius custodit amorem: neque in angustia passionis deserit, quem in pacis tranquillitate confessus est. l ¶Homo stultus &c.) Stultus est, qui cùm animam fratris suscipit regendam, de suis gloriatur actibus: & non potius ei humili compassione quicquid potest auxilij salutaris impendit. m ¶Animus gaudens &c.) Qui interna spiritus sancti consolatione lætatur, etiam bonæ actionis flore decoratur, & fructus præmiorū præstolatur cœlestium. Qui verò tristitia seculi, quæ mortem operatur, angitur, pinguedinē diuinæ charitatis in robore virtutum quas exercere videtur, habere nullaten⁹ valet: sed quasi exiccatis ossibus marcescit: quia in bonis actibus quæ facit gratiam dilectionis amisit. n ¶In facie &c.) In facie quidem domini saluatoris lucet sapientia diuinitatis, quam in carne apparens, virtutum & doctrinæ testimoniis demonstrabat. Verum oculi Iudæorū non credentium, terrenis potius desideriis perficiendis q̄ salutaribus eius monitis intēdebant. Sed & generaliter sępe prudentes grauitatem sui sensus in ipso etiam frontispicio præmonstrant: nec tamen stulti ad hanc admirandam sectandamq; oculos mentis attollunt: sed econtra qualiter ad finem voluptatum carnalium pertingant, tota intentione perquirunt. o ¶Non &c.) Et de ipso principe ac iudice seculorum, qui pro nostra salute percuti voluit, accipi potest: & de omnibus generaliter ecclesiæ rectoribus: qui vel facultatibus nudati ab impiis: vel ipsa

Caput XVII.

Melior est buccella sicca cum gaudio, quàm domus plena victimis cum iurgio. Seruus sapiens dominabitur filiis stultis: & inter fratres hæreditatem diuidet. Sicut igne probatur argentum, & aurum camino: ita corda probat domin⁹. Malus obedit linguæ iniquæ: & fallax obtemperat labiis mendacibus. Qui despicit pauperem, exprobrat factori eius: & qui in ruina lætatur alterius, nō erit impunitus. Corona senum filij filiorum: & gloria filiorum patres eorum. Nō decent stultum verba composita: nec principem labium mendax. Gemma gratissima expectatio præstolantis: quocunque se verterit, prudenter intelliget. Qui cælat delictum, quærit amicitias: qui altero sermone repetit, separat fœderatos. Plus proficit correctio apud prudentem, quàm centum plagæ apud stultum. Semper iurgia quærit malus: angelus autem crudelis mittetur contra eum. Expedit magis vrsæ occurrere raptis fœtibus, quàm fatuo confidenti sibi in stultitia sua. Qui reddit mala pro bonis: non recedet malum de domo eius. Qui dimittit aquam, caput est iurgiorum: & antequam patiatur contumeliam, iudicium deserit. Et qui iustificat impium, & qui condemnat iustum, abominabilis est vterque apud deum. Quid prodest habere diuitias stulto, cùm sapientiam emere nō possit? Qui altam facit domum suam, quærit ruinam: & qui euitat discere, incidit in mala. Omni tempore diligit qui amicus est: & frater in angustiis comprobatur. Homo stultus plaudet manibus, cùm spoponderit pro amico suo. Qui meditatur discordias, diligit rixas: & qui exaltat os suum, quærit ruinam. Qui peruersi cordis est, non inuenit bonum: & qui vertit linguam, incidet in malum. Natus est stultus in ignominia sua: sed nec pater in filio fatuo lætabitur. Animus gaudens ętatem floridam facit: spiritus tristis exiccat ossa. Munera de sinu impius accipit: vt peruertat semitas iudicij. In facie prudentis lucet sapientia: oculi stultorum in finibus terræ. Ira patris filius stultus: & dolor matris quę genuit eū. Nōn est bonū damnum inferre iusto: nec percutere principē qui recta iudicat. Qui moderatur sermōes suos, doct⁹ & prudēs est: & preciosi

spiritus

ipsa ęterna sunt morte consumpti. Caput XVIII. Impius cùm in profundum venerit &c.) Qui longis peccatorum tenebris inuolutus semel de luce desperat, iam ex desperatione passim sibi peccandi frena relaxat: sed talis opprobrium futuræ damnationis nulla ratione euadit: quem ab vsu suæ iniquitatis nulla diuini timoris memoria cohibuit. b ¶Aqua profunda, verba ex &c.) Verba sapientium aquæ comparantur: quia & lauant mentes audientium, & irrigant ne vel peccatorum sorde deformes remaneāt: vel doctrinæ cœlestis inopia tabescant, & quasi nociua ariditate deficiant. Et quia eadem doctorum verba fidelium, quædam mystica latēt & occulta, quæ solertiore comprehendantur industria: quædā verò aperta & cunctis audientibus facilia ad intelligendum profluunt: rectè hæc & aquam profundam, & torrentem dicit esse redundantem. Potest autem & ita distingui: vt quia veteris testamenti scriptura typicè ꝓlata est, dicatur de ea: Aqua ꝓfunda, verba ex ore viri. Quia dominus & apostoli palam veri usque testamēti sacramenta mūdo reserabant, adiungatur de illis, Et torrens redundans fons sapientiæ. c ¶Verba bilinguis &c.) Bilingues sunt cuncti hęretici, quia praua persuasiōe locutionis suæ, mentes simplicium velut pestifero veneno ita corrūpunt, vt ad sanitatem difficilè venire possint. d ¶Qui mollis &c.) Quia qui cœpta bona districtè non exequitur, dissolutione negligentiæ manum destruētis imitatur. e ¶Substantia diuitis &c.) Non terrena substantia semper defendere potest: imò plerique propter diuitias sunt capti vel occisi. Vnde & Ecclesiastes ait: [Ecclés.5.c] Diuitiæ conseruatæ in malum domini sui: pereunt enim in afflictione pessima. Melius ergo intelligitur substantiam laudare virtutum, quibus quicunque abundat, quasi muro inexpugnabili cunctas hostium arcet insidias. f ¶Antequam conteratur, &c.) Id est ante contritionē futuræ ruinæ vel damnationis, præcedit elatio cordis atq; praua actio. g ¶Qui prius respondet & cætera.) Qui prius doctor esse desiderat quàm discat, stultitię noxam non declinat. Qui iudicare proximorum facta prius quàm plenè causam vtriusq; partis cognoscat, inordinatè festinat: se confusione dignum demonstrat. h ¶Spiritus viri sustētat imbecillitatem suam.) Et ipse vir ait: [Mar.14.d] Spiritus quidem promptus est: caro aūt infirma. Potest & de quolibet viro sancto accipi qui carnis imbecillitatem, ne in tentationibus cedat, mentis fortitudine sustētat. i ¶Spiritum vero ad irascendum facilē &c.) Quia qui ad irascendum facilis est, nec seipsum potest sustinere: ita vt iratus sæpè dicat ea quæ postmodum placidus quia dixerit pœniteat: & plerunq; an dixerit ignoret. Cuius tamen vesania nonnunquam per sapientium modestiā facillimè suffertur, atque ex tempore sopitur. k ¶Donum hoīs & c.) Donum charitatis: siue aliarum virtutum: quas à domino fideles accipiunt, dilatat viam actionis eorū: quia quò magis gratia spiritus intus replentur: eò latius foris bonorum operum gressus multiplicant: atque inter magnos ecclesię rectores, in futuro culmen sortiuntur honoris. Aliter: Donum spirituale saluatoris quod mundo attulit, dilatauit viā eius: quod ad plurimas orbis nationes per fidei & dilectionis suæ præsentiam veniret: nec solum populos, sed ipsos etiam rerum dominos, cō cupiscentiis renunciare, ac sibi libenter obtemperare faceret. l ¶Iustus prior est accusator &c.) Omnis qui verè iustus est, vbi peccantium errata conspicit, primo ad seipsum oculum considerationis inflectit: dumq; suam fragilitatem solicitus accusauerit, sic demum ad corripiendos alios linguam benign⁹ exerit. Sed ille qui suis fidelibus dicere dignat⁹ est: Vos aūt dixi amicos: quia quæcunq; audiui à patre meo: nota feci vobis: [Ioan.15.d] venit in cor eius per pręsentiam diuinæ contemplationis: & quem mundum à sorde iniquitatis agnoscit, eius humilitatem digna mercede remunerat. m ¶Contradictiones cō primit &c.) Sors est occulta & incomprehensibilis prædestinatio ex diuina regula procedēs. Quæ inter potentes, hoc est, electos, dum singulis propria assignat, diiudicat. n ¶Frater qui &c.) Cum populus vterq;, Iudæorum scilicet & gentium, fraterna sibi in Christo charitate consentit: vnam iam catholicæ ecclesiæ ciuitatē cōstruit: & sicut vectes vrbium portas muniunt, ita dogmata vtriusq; testamenti, ecclesias per orbē, quæ vnā catholicam faciunt, ab infideliū incursione defendunt. o ¶Cū &c.) Humiles spiritu, humiliter dominum adorant: vt euangelicus ille publicanus: superbi sua merita iactant, vt pharisęus. [Luc.18.b] p ¶Vir amicab.&c.) Credens ex gentibus populus magis amatus est à domino, q̄ Iudaicus sine fide perdurans: in quo secundū carnem natus est. Potest & de apostolis ex Iudæa natis intelligi: quia magis eos amarent credentes ex gentibus quàm ex

spiritus vir eruditus. Stultus quoque si tacuerit, sapiens reputabitur: & si compresserit labia sua, intelligēs. Occasiones quærit qui vult recedere ab amico: omni tempore erit exprobrabilis. Non recipit stultus verba prudentię, nisi ea dixeris quæ versantur in corde eius.

Caput XVIII.

Impiùs cum in profundum venerit peccatorum, contemnit: sed sequitur eum ignominia & opprobrium. Aqua profunda, verba ex ore viri: & torrens redundans, fons sapientiæ. Accipere personam impij in iudicio non est bonum, vt declines à veritate iudicij. Labia stulti immiscent se rixis: & os eius iurgia prouocat. Os stulti contritio eius: & labia ipsius ruina animę eius. Verbā bilinguis quasi simplicia, & ipsa perueniūt vsque ad interiora ventris. Pigrum deiicit timor: animæ autem effœminatorum esurient. Qui mollis & dissolutus est in opere suo: frater est sua opera dissipātis. Turris fortissima nomen domini: ad ipsam currit iustus & exaltabitur. Substāntia diuitis vrbs roboris eius: & quasi murus validus circūdans eū. Antequām conteratur, exaltatur cor hominis: & antequam glorificetur, humiliatur. Qui prius respōdet quàm audiat: stultum se esse demonstrat & confusione dignum. Spiritus viri sustentat imbecillitatem suam. Spiritum verò ad irascendum facilem quis poterit sustinere? Cor prudētis possidebit scientiam: & auris sapientium quęrit doctrinam. Donū hominis dilatat viam eius: & ante principes spacium ei facit. Iustus prior est accusator sui: venit amicus eius & inuestigabit eum. Contradictiones comprimit sors: & inter potentes quoq; diiudicat. Frater qui adiuuatur à fratre, quasi ciuitas firma: & iudicia quasi vectes vrbiū. De fructu oris viri replebitur venter eius: & genimina labiorū ipsius saturabunt eum. Mors & vita in manibus linguæ: qui diligunt eam, comedent fructus eius. Qui inuenit mulierem bonā, inuenit bonum: & hauriet iocunditatem à domino. Qui expellit mulierem bonam, expellit bonum: qui aūt tenet adulteram, stultus est & insipiens. Cūm obsecrationibus loquitur pauper: & diues effabitur rigide. Vir āmicabilis ad societatem magis amicus erit quàm frater.

Caput

Caput XIX.

a Meliõr est pauper qui ambulat in si
plicitate sua, quàm diues torquens
b labia sua & insipiens. Vbi nõn est
scientia animæ, non est bonum: & qui fe-
c stinus est pedibus, offendit. Stultitia homi
nis supplantat gressus eius, & contra de-
d um feruet animo suo. Diuitiæ addunt ami
cos plurimos: à paupere autem & hi quos
habuit, separantur. Testis falsus non erit
impunitus: & qui loquitur mendacia, non
effugiet. Multi colunt personam potentis,
& amici sunt dona tribuentis. Fratres om
nes pauperis oderunt eum: insuper & ami
e ci procul recesserunt ab eo. Qui tantum
verba sectatur, nihil habebit: qui autem
possessor est mentis, diligit animam suam:
f & custos prudentiæ inueniet bona. Fálsus
testis non erit impunitus: & qui loquitur
g mendacia peribit. Nõn decent stultum de-
liciæ, nec seruum dominari principibus.
h Doctrina viri per patientiam noscitur:
i Et gloria eius est iniqua prætergredi. Si-
k cut fremitus leonis, ita & regis ira: & sicut
ros super herbam, ita & hilaritas eius.
l Dolor patris filius stultus: Et tecta iugi-
m ter perstillantia litigiosa mulier. Domus &
diuitiæ dantur à parentibus: à domino au
n tem propriè vxor prudens. Pigredo im-
o mittit soporem: Et anima dissoluta esuri-
et. Qui custodit mandatum, custodit ani-
mam suam: qui autem negligit viam suã,
p mortificabitur. Fœneratur domino q mi-
seretur

G quàm ex sua gente increduli.

Caput XIX.

a Melior est &c.) Melior est simplex auditor verbi dei: si ea quæ intelligere in scripturis potuit, operando perficit: quàm eruditus quisq; si in illis quæ acutè intellexit, ad hæresim prædicandam labia retorquet.

b ¶ Vbi non est scientia animę &c.) Animæ quidem humanæ, scientia vitæ cœlestis est necessaria: quia nimirũ sine hac beata in perpetuum esse non potest attamen qui effrenatis sensibus mẽtis plus appetit sapere quàm decet, plerunque offensionem hæreticæ stultitiæ temerarius incurrit. Quod in primis humani generis parentibus mysticè signatum est: qui dum appetitu scientiæ maioris vetitum contingere properabãt: à statu beatitudinis in qua cõditi sunt deuiantes, in pœnam miseriæ & mortalitatis inciderunt.

c ¶ Stultitia hominis supplantat gressus &c.) Stultorum moris est, vt cùm peccando viam H veritatis deserunt, non se errasse fateantur: sed ad culpam conditoris, sui reatus originem referant: quasi ipse occasionem peccandi tribuerit, qui vel fragilem fecerit hominem, vel ad tentationem eius hostem versutum admiserit. Vnde & primus nostri generis parens, post præuaricationis excessum increpatus à domino, ad defensionem mox excusando refugit, dicens: Gene.3.c Mulier quam dedisti mihi socium, dedit mihi de ligno, & comedi. Et ipsa mulier: Serpens, inquit, decepit me. Ambo nanque in creatorem quod peccauerãt, retorquebant. Ille quòd mulierem, per quam periret, à domino sociam accepisset: illa quòd dominus serpentem, qui se deciperet, in paradiso constituisset: I quo contra sapiens dominũ precatur: Psal.140.a. vt non declinet cor suum in verbum malum, ad excusandas excusationes in peccatis. Sed & ille suos supplantans gressus contra deũ feruet animo, qui diuina imperia per suam inertiam contemnens, insuper ipsum dominum quasi importabilia hominibus onera imposuerit, mente reprehendit insana. d ¶ Diuitiæ addunt amicos plurimos: à paupere autem & hi quos habuit, separãtur.) Diuitiæ regni cœlestis, quæ per sanctos doctores fidelibus tribuendo prædicantur, multos amicos & eisdem prædicatoribus, & earum largitori domino asciscunt. A philosophis autem cæterisq; gentium magistris: quia nil certæ beatitudinis in futurum norunt promittere: & hi quos habuere separantur, videlicet conuersi ad fidem spemq; dominicę ꝓmissionis certissimam. e ¶ Qui tantũ verba sectatur &c.) Roma.2.b Et Apostolus ait: Non auditores legis iustificabuntur apud deum, sed factores legis iustificabuntur. f ¶ Falsus testis non erit impunitus: & qui mendacia loquitur, peribit.) Redarguerat eum qui verba tantum scientiæ absque operationis efficacia sectatur: redarguit nunc illum qui ipsa verba diuinæ autoritatis malè interpretando corrumpit. Quod autẽ multa sæpius iterantur, firmitatis indiciũ est: vt Ioseph somnium regis interpretans ait: Gene.41.d Eo quòd sit sermo dei, & veraciter impleatur. g ¶ Non decent stultum delicię: nec seruũ dominari principibus.) Non decent hæreticum deliciæ scripturarum: quia his bene vti nõ nouit: neque illum qui seruus K adhuc peccati esse probatur, præferri iustis in regimine ecclesiæ. h ¶ Doctrina viri per patientiam noscitur.) Doctrina ecclesiastica per patientiam doctorum quàm sit perfecta monstratur: quia dum magis afflictionibus ac morti corpus subdere, quàm à docendi officio cessare, voluerũt: ostendebant vtique quantum esset salutaris, quam tãta instantia defensare curarunt. Aliter: Doctrina viri per patientiam noscitur: quia tanto quisque minus ostenditur doctus, quanto conuinci-tus minus patiens. Neque enim potest veraciter bona docendo impendere, si viuendo nescit æquanimiter aliena mala tolerare. Rectè autem subditur: i ¶ Et gloria eius est iniqua prætergredi.) Quia nimirum perfecti doctoris est sic aliorũ improbitatem patienter sufferre, vt suam quoque fragilitatem nouerit ab iniqua actione solerter obseruare. L Neque enim aut mundicia proprię conuersationis, sine tolerantia sufficit externæ perturbationis: aut si is qui fortiter aduersa foris sustinet, intus adhuc eneruiter iniquis motibus feruet. k ¶ Sicut fremitus &c.) De Dauid rege dicit, qui in iudicio, & hilaris ac blãdus iustis, & terribilis apparebat iniustis. l ¶ Dolor patris, filius stultus.) Deus qui in sua natura impassibilis semper est & placidus, dolere tamẽ nostro more dicitur, cùm homines quos ad se credendum laudandumq; creauit, hosti potius maligno quàm sibi seruire considerat. Vnde & Moyses loquitur: Pœnituit eum quòd hominem fecisset in terra: Gene.6.a. & tactus dolore cordis intrinsecus: Delebo, inquit, hominem quem creaui, à facie terræ. m ¶ Et tecta iugiter &c.) M Sicut tecta perstillãtia pluuiam quidem de cœlo suscipiunt: nec tamen hanc ad vtilitatem aliquam dispertiunt: sed ad molestiam potius inhabitantium deriuant: Ita nimirum hæreticorum ecclesia, cœlestium dona verborum non ad salutem animarum, sed ad suæ vsum nequitiæ malè interpretando, & contra catholicos litigãdo conuertit. Tecta etenim perstillantia, mundas quidem pluuiæ guttas accipiunt, sed sub tectis in domo sordidas reddunt: & hæreticus limpidissima cœlestis oraculi verba, auditu corporis haurit: at vbi hæc corde polluto attigerit, auditoribus suis sorde mixta ministrat. n ¶ Pigredo immittit &c.) Piger appellatur, qui rectè sentiẽdo quasi vigilat: quanuis nihil operãdo torpescat. Sed pigredo immittit soporem, quia paulisper etiam rectè sentiendi vigilantia amittitur, dum à bono operandi studio cessatur. Rectè autem dicitur: o ¶ Et anima &c.) Nã qui se ad superiora stringendo non dirigit: neglectum se inferius per desideria expandit. Et dũ studiorum subtilium vigore non constringitur: cupiditatis infimę fame sauciatur: vt quo per disciplinam ligari dissimulat, eo se esuriens per voluntatum desideria spargat. p ¶ Fœneratur &c.) Fœnus. Fœnus est pecunia ad vsuram commodata: qui enim miseret pauperis, fœneratur domino: quia ideo erogat modica temporalia, vt ab eo recipiat ampliora æterna. Huius sententię veritatem probat ipse dominus, cùm se eleemosynam

seretur pauperis, & vicissitudinem suã red
a det ei. Erudi filium tuum & non desperes,
ad interfectionem autem eius ne ponas
b animam tuam. Qui impatiens est, sustine-
bit damnum: & cùm rapuerit, aliud appo
net. Audi consilium & suscipe disciplinã.
vt sis sapiens in nouissimis tuis. Multę co
gitationes in corde viri: voluntas autem
c domini inæternũ permanebit. Hõmo in-
d digens misericors est. Et meliõr est pau-
per quàm vir mendax. Timor domini ad
vitam: & in plenitudine commorabitur
e absque visitatiõe pessimi. Abscõndit piger
manum suam sub ascella: nec ad os suum
applicat eam. Pestilente flagellato, stultus
sapientior erit: si autem corripueris sapi-
entem, intelliget sapientiam. Qui affligit
patrem, & fugit matrem, ignominiosus e-
rit & infelix. Non cesses fili audire doctri
f nam: nec ignores sermones scientiæ. Te-
g stis iniquus deridet iudicium. Et os impio
h rum deuorat iniquitatem. Parata sunt de-
risoribus iudicia: & mallei percutientes
stultorum corporibus. Luxuriosa res vinũ:
& tumultuosa ebrietas. Quicunque his
delectatur, non erit sapiens. Sicut rugitus
leonis, ita & terror regis: qui prouocat eũ,
peccat in animam suam. Honor est homi
ni qui separat se à contentionibus: omnes
autem stulti miscentur contumeliis.

Caput. XX.

i Própter frigus piger arare noluit: mẽ
dicabit ergo ęstate & non dabitur ei.
Sicut aqua profunda, sic cõsilium in
corde viri: sed homo sapiens exhauriet il
k lud. Multi homines misericordes vocan-
tur: virum autem fidelem quis inueniet?
l Iustus qui ambulat in simplicitate sua:
m beatos post se filios derelinquet. Rex qui
sedet in solio iudicij, dissipat omne ma-
n lum intuitu suo. Quis potest dicere, mun-
dum est cor meum, purus sum à peccato?
Pondus

A synam facientibus dicturum esse prædixit: Quandiu fecistis vni de his minimis meis, mihi fecistis. Mat.25.d a ¶ Erudi filium tuum & non desperes, &c.) Subiectum tibi quemlibet si errare conspicis, diligenter castigare curato: quòd si curari renuit, ita erga illum circunspectè & temperanter age: ne quid omnino in tuis verbis vel actibus, vnde amplius peccet inueniat. Cui sensui opitulaĩ illud quod sequitur: b ¶ Qui impatiens est, sustinebit damnum &c.) Si enim duritia contradicentis fratris, quem erudire cœpisti, ꝓuocatus ipse in impatientię vitium labaris, damnum profectò tuæ virtutis incurris: & cùm illi durius fortè increpãdo spem promerendæ salutis agendæque pœnitentiæ quam habuerat rapueris: rationem pro eo quòd fratrem scandalizasti, districto iudici reddes. Patet literæ sensus: quia qui per impatientiam inopiæ, furto seruit, aut rapinis, damnum suæ animæ facit: & cũ B rem proximi tollit, & si non homini pro hoc, certe æterno iudici rationem reddere habet. Vnde alia æditio ita hunc versum transtulit: Malè cogitãs homo, multo damno affligetur: & si perniciosus fuerit, animam suam apponet: quia nimirum cum pecuniam violentus abstulerit, pro hac animam inuitus dabit. c ¶ Homo indigens misericors est.) Indigentem dicit humilẽ, qui se perpetuis bonis egere sine cessatione recolit: talis nãq; vt misericordiam consequatur à domino, nunquam proximo misereri recusat. De quo & subsequenter annectit. d ¶ Et melior est pauper quàm vir mẽdax &c.) Melior est nanq; humilis corde, qui nihil fidit suis operibus, quàm qui se præ excellentia virtutum viri nomine dignũ ducens fallitur, nescius dũ superbiendo perdit bona quæ gessit. C e ¶ Abscondit piger ma. &c.) Nemo ita piger est vt ad os manum vel comedendo reducere laborem putet: sed pigro labor est manũ ad os porrigere, quia desidiosus quisque prædicator, ne hæc vult operari quæ dicit. Manum quippe ad os porrigere, est voci opere concordare. f ¶ Testis iniquus deridet iudicium.) Illud videlicet de quo dicitur: Exo.20.b Non falsum testimonium dices: vel certè venturum, de quo suprà dicitur: Sup.codé.a. Testis falsus non erit impunitus: & qui loquitur mendacia, peribit. g ¶ Et os impiorum deuorat iniquitatem.) Sicut famelicus refici cibis desiderat: ita impius vt iniquitatis executione satietur, ardenter exquirit. h ¶ Parata sunt derisoribus iudicia &c.) Etsi reprobi, sicut prædictum est, vel iussionis vel comminationis diuinæ iudicium derident: parata tamen eos expectant iudicia damnationis: quæ vt mallei ferrum candens, ita eos in fornace gehennæ sine fine verberent.

Caput XX.

Propter frigus piger arare noluit &c.) Qui nunc propter desidiam in dei seruitio laborare neglexit: D Venturo die regni mendicabit: & non dabitur ei, quia quęcunque seminauerit homo, hæc & metet. Gala.6.b Bene ergo regnum dei æstati comparatur, quia tunc mœroris nostri nubila transeunt, & vitæ dies æterni solis claritate fulgescũt. k ¶ Multi homines misericordes vocantur &c.) Multi quidem misericordes præsenti in seculo apud homines videntur: virum autem fidelem, hoc est, qui recta intentione bonum opus faciat, inueniri difficile est. l ¶ Iustus &c.) Nõ hoc secundum literam semper stare potest. Nam & beatus Samuel vir iustus ac simplex, 1.Reg.8.a dissimiles sui filios reliquit, & Achaz iniustus ac reprobus, 4.Reg.18.a beatum post se filium reliquit Ezechiam: sed filios iusti dicit eos, qui exẽpla iusti sequuntur. Vnde nunc omnes electi ꝓpter fidem, filij dicuntur Abrahæ: teste Apostolo qui ait: Si autem vos Christi, ergo semen Abrahæ estis: E Roma.4 quibus beatitudo non huius seculi, sed futura promittitur. Vnde rectè subiungitur. m ¶ Rex qui sedet in &c.) Etsi enim in hac vita electi mala patiantur reproborum, vbi vniuersalis iudicij dies apparuerit, omnia mala dissipantur: & coronatis cum domino iustis, soli pœnas subibunt iniusti. Quod etiam nunc per partes agitur, cum quis sanctorum victor exierit de seculo, & ille qui eum tribulabat persecutor digna factis perceperit. Potest hic versus & de electis accipi, qui habẽt aliqñ latentia in mẽte mala: quæ ab aliis videri nõ possunt hominibus: quæ tamen dominus cernit, quando ea occulto respectu gratiæ destruit. Deniq; conuersus dominus respexit Petrũ, F & recordatus est Petrus verbi domini, &c. Luc.22.g n ¶ Quis põt &c.) Notandũ quod nõ ait: Quis potest mundum habere cor, & purus esse à peccato: sed, quis potest dicere, inquit, mundum est cor meum, purus sum à peccato: quia sunt qui largiente diuina gratia, possunt iuxta humanum modum & cordis & operis munditiem habere: vnde est illud dominicum: Beati mundo corde: quoniam ipsi deum videbunt. Matt.5.a Et in Psalmo: Psal.23.a. Quis ascendet in mõtem domini, aut quis stabit in loco sancto eius? Innocens manibus & mundo corde. Si enim nemo mũdũ habet cor, neque vllus purus est à peccato: cõsequens est profectò, vt nullus ascendat in montem domini: nullus hominum stet in loco sancto eius. Quia verò cõstat multos ascẽsuros in mõtem domini, staturosq; in loco sancto eius: restat vtiq; vt sint multi mundo corde, & iuxta humanæ possibilitatis modũ puri à peccato: nec tamen seipsum quisq̃ mũdũ corde & immunem esse à peccato absq; temeritate pronũciat. Stulta est nãq; ꝓprię laudis iactantia, temerariũ de sua quęq; innocentia, vel iustitia gloriari. Et quia sũt qui sua laudare quasi fortia:

G proximorum verò facta velut vilia solent improbare: rectè subiungitur: a ¶Pondus & pondus &c.) Pondus & pondus:hoc est, maius & minus, mensura & mensura, similiter maior & minor,vtrunque est abominabile apud deum. Præpositi enim in ecclesia prauè viuentes: has duplices mensuras in domibus, hoc est, conscientiis suis habent : quia bonum quod aliis imperât, ipsi minimè faciunt: & malum quod in subditis damnant, ipsi perpetrare non desinunt. Pondus & pondus,mensuram &mensuram,hypocritæ atque hæretici in domibus ,hoc est in sensibus suis habent,in eo quòd se mundos in cogitatione , & puros in actione sua esse mentiuntur: cæteros verò velut sordidos atque peccatores respuunt & contemnũt: quasi statera dolosa & mensura duplici,aliter sua,&aliter facta proximorum pensant , ac per hoc in vtroque abominabiles apud deum existunt . Diuersum
H nanque pondus in domo sua,diuersam habet mensuram:vt aliter videlicet in semetipso, aliter metiatur in proximo:qui in suis semper actibus quæ laudari,in aliorum vero quæ vituperari possint,rimatur.Et ideo talem iustè abominatur domin⁹: quia nimirum quantum sibimet ipsi absque meritis placet, tanto superno inspectori meritò displicet . Verùm quia periculosum est cuíquam de aliena conscientia iudicare, cuius intentionem scire nequit : dat consilium quibus indiciis iudicium nostri cordis erga proximum dirigere debeamus . Nã sequit:

a Pondus & pondus, mensura & mensura: vtrunq; abominabile est apud deum. Ex
b studiis suis intelligitur puer , si munda &
c recta sint opera eius. Aurem audientem, & oculum videntem,dominus fecit vtrũq;.
d Nõli diligere somnum,ne te egestas opprimat:aperi oculos tuos,& saturare pa-
e nibus. Malũm est,malum est,dicit omnis emptor:& cùm recesserit,tũc gloriabitur.
f Est aurum & multitudo gemmarum : & vas preciosum labia scientiæ. Tolle vestimentum eius qui fideiussor extitit alieni:
g & pro extraneis aufer pignus ab eo. Suauis est homini panis mendacij: & postea implebitur os eius calculo . Cogitationes consiliis roborantur: & gubernaculis tra-
h ctanda sunt bella.Ei qũi reuelat mysteria, & ambulat fraudulenter , & dilatat labia sua,ne commiscearis. Qui maledicit patri suo & matri , extinguetur lumen eius in
i mediis tenebris . Hæreditas ad quam festinatur in principio : in nouissimo be-
k nedictione carebit . Nẽ dicas , reddam malum : expecta dominum & liberabit
l te . Abominatio est apud dominum pondus & pondus : statera dolosa non est bona.

b ¶Ex studiis suis intelligitur puer &c.) Quencũque enim virtutibus studere,modestiæ, continentiæ, auditioni sapientium, & obseruantiæ mandatorum dei, maximé q; humilitati ac simplicitati videris:huius munda esse & recta opera intelige.Quem verò his contrariũ iter tenere deprehendis:hunc
I velut immundi ac distorti cordis hominem,aut corrigere & castigare : aut si hoc non vales,vitare ac declinare , ne ab eo ipse corrumparis,curato. Nec videri cõtrarium debet, quòd hic studiosi pueri munda esse & recta opera testatur : suprà verò ait:Quis potest dicere,mundũ est cor meum:purus sum à peccato? In hoc enim versu studium rectè viuendi suadet: in illo præsumptionem propriæ puritatis dissuadet . In isto mundiciam & rectitudinem qualis in hac vita esse iustorum potest,docet habendam:in illo subtilitatem diuini examinis, qua hominum facta & intentiones diiudicat, monet semper ante oculos habendam. Vnde & illum locum antiqui interpretes ita transtulerunt. Cùm sederit rex iustus in solio iudicij,quis gloriabitur castum se habere cor? aut quis gloriabitur mundum se esse à peccato? qui & hunc quem exponimus versiculum,manifestius posuere dicentes:Iuuenis qui cũ iu-
Supra.13. d. sto est,directa erit via illius.Qui enim cũ sapiẽtibus gradit, sapiens erit.Sicut econtrà,amicus stultorũ efficietur similis.
c ¶Aurem &c.) Aurem audientem,dicit auditorem verbi obedientem.Oculũ videntem,doctorem eruditum. Nemo ergo cùm se scripturarum scientia instituerit, & ad dicendum verbum dei viderit idoneum, despiciat simplicitatẽ fratris: qui & si minus doctus ad prædicandum,non tamen minus est promptus ad discẽdum, vel ad implendum bona quę didicit: sed recolat quia qui sibi maiorem scientiæ gratiam dedit: ip se fratri quæ habet spiritualia dona tribuit: nec sibi propter se solũmodo,sed etiam propter fratris cõmoda tribuit dona quæ voluit, dans vnicuique gratiam secundum mensurã do- K
nationis suæ. d ¶Noli diligere somnum, &c.) Noli diligere somnum peccati & inertię,de quo Apostolus ait: Hora Roma.13.c.
est iam nos de somno surgere:ne te si non bene vigilare noueris,egestas in futuro,illa grauissima vbi nec stillam aquę vnam sitiẽs inuenire queas occupet. Aperi oculos tuos cordis ad vigilias sanctas, & saturitatẽ tibi gaudiorum cœlestium bene viuendo conquire.
e ¶Malum est,&c.)Ergo & is qui æterna in cœlis præmia cõparare desiderat, malum est qđ in præsenti debet sustinere, vt cum recesserit de mundo, tunc glorietur apertè perspiciens, Quia non sunt condignæ passiones huius temporis ad futurã Ibid.8.d.
gloriam quæ reuelabitur in nobis. f ¶Est aurum & multitudo gemmarũ &c.)Hęc est gloriatio sapientis emptoris , qui quandiu emerit, malum esse dicit quod secum agitur,cùm autem recesserit, lætabitur se sapi L
enter emisse : sic etenim etiam cœlestis regni emptor vbi hinc recesserit exultabit, comperiẽs labia scientiæ, id est, doctrinæ spiritualis qua vsus est in comparatione cœlestium,auro,gemmis & vasis esse assimilãda preciosis. g ¶Suauis est &c.) In quocũque membro quis amplius peccauerit, in eo ampliora in vltione patietur tormenta,Vnde rectè qui in lingua magis delinquit,in ea plus arsurus esse perhibetur:dum os eius calculo, qui est lapis ignitus , implendum esse refertur , quod accidisse constat diuiti illi, qui epulabatur quotidie splendide:cum in inferno ardens,refri- Luc.16.c
gerari sibi à Lazaro linguam petebat. Nam quia in verbis superuacuis in epulando defluxerat,in lingua ampli⁹ ardebat.
h ¶Ei qui reuelat mysteria &c.) Si quis voluerit tuis misceri amicitiis: & hunc videris prioris amici pandentem secreta,hunc veluti perfidum caue. i ¶Hæreditas ad quam M
festinatur &c.)Qui per auaritiæ nequitiam in hac vita multiplicari appetunt, in futuro ab æterno patrimonio exhæredes fiunt. Aliter. Hæreditas ad quam festinatur in principio, in nouissimo benedictione carebit.Qui gradũ regiminis príusquam subesse didicerit,id est,ante tempus festinans, prępo sterus accipit:in nouissimo mercede benedictionis,quæ bonis rectoribus debetur,carebit : qui ad mysterium altaris indoctus & temerarius accessit, & ipse in die nouissimo gratiam remunerationis quæ bene ministrantibus repromittitur perdet.Potest & ita accipi,quòd qui in præsenti suas vlcisci vult iniurias,hic corona patientiæ in futuro carebit.Cui sen sui potissimum , videtur conuenire quod sequitur.
k ¶Ne dicas,reddã malum : expecta dominum & liberabit te.)Quod etiam versiculo sequenti astruit cum dicit.
l ¶Abominatio est apud dominum pondus & pondus,&c.) Duplex nanque pondus & stateram habet suo in corde dolosam:qui dum peccauerit,ipse veniam petit à domino: & nihilominus peccanti in se homini ac pœnitenti, quod peccauit dimittere non vult,eum qui deus est flectere ad miserandum precibus satagit,cum ipse homo existens, nullis hominum precibus flecti ad misericordiam possit . Qui iure quasi iniquus ponderator abominatur à domino:quia suas iniurias grauiores quàm domini mensurat. Verbi gratia,nolens indulgere ei qui suam vxorem polluit:&postulans sibi indulgeri,cum forte desponsatam Christi virginem maculauerit, vel certè

A vel certè animãm suam deo in baptismate consecratam, aliqua vitiorum sorde fœdauerit. a ¶A domino diriguntur gressus viri.) Quicunque hominum gressus rectum iter incedunt,non fit hoc libertate humani arbitrij:sed gubernatione
Esa.26.c illius,cui dicit Esaias: Omnia enim opera nostra operatus es nobis. b ¶Quis autem hominum intelligere potest viam suam?) In hoc , inquit , manifestè claret,quia quicquid boni habet quisque, à seipso nõ habet, sed per gratiam dei : quod nec per sui libertatem arbitrij qua lis futurus sit,qualiter,vel quãdiu victur⁹, intelligere poterit.
c ¶Ruina est homini deuotare sanctos &c.)Cum peccatum sit vlli hominum nocere , quanto maius est cùm quis sanctos dei offenderit siue læserit, & quasi vile mancipium pro libito suæ voluntatis eos tractare non timuerit. Quomodo quadraginta viri in Actibus apostolorum
Acto.23.c. deuouerunt se non manducaturos neque bibituros, donec
B occiderent Paulum. Et pagani sæpe,vt legimus,diis suis Christianorum deuouere sanguinẽ. Hunc versiculum antiqua æditio , iuxta alium sensum posuit, dicẽs: Muscipula est viro citato aliquid de suis consecrare: postea autem quàm votum fecit pœnitentiam agit . Et quia vtrisque , & eis videlicet qui sua vota contemnunt, & eis qui vt sua vota compleant sanctos persequuntur , damnatio restat æterna : rectè subditur:
d ¶Dissipat impios rex sapiẽs &c.) Moris autem fuit antiquorũ,vt adepta de hoste victoria, fornices sibi erigerent:in quib⁹ virtutum suarum laudes describerent : vt in Saulis opere legi-
1.Reg.15.c. mus. Dominus ergo rex noster, non solum impiorum destruet in fine maliciam:sed &magnam
C cum electis suis eiusdem triumphi gloriã perpetuò celebrat. Hunc versum antiqua translatio sic habet: Vẽtilator impiorum rex sapiens: & immittet illis rotam malorum,id est,pœnã nullo fine cõsummandam . Cui videlicet rotæ contraria est corona vitæ æternæ: quam repromisit deus diligentibus se.
e ¶Lucerna domini spiraculũ &c.)Diuini afflatus illuminatio cum in mentem hominis venerit,eam sibimetipsi illuminans ostendit, quæ ante spiritus sancti aduentum cogitationes prauas & portare poterat , & pensare nesciebat. f ¶Exultatio &c.) Caniciem sapientiã dicit.Tunc etenim ciuitatis cuiusq; bene ordinatæ: tunc res sanctæ ecclesiæ rectè aguntur:cum & fortiores quique viribus necessariis insistunt operibus, & seniores maiore prudẽtia prædíti,de his quæ agenda sunt salubriter consulunt.
g ¶Liuor &c.) Cum enim exterius percutimur, ad peccatorũ nostrorum memoriam tacti afflictiq; reuocamur:& per hoc q; foris patimur,magis intus quod fecimus dolemus: sicq; fit vt inter aperta vulnera corporis magis nos abluat plaga secreta ventris:quia sanat nequitias praui operis,occultũ vulnus doloris . Solet quippe ventris appellatione mens accipi:quia sicut venter consumit escas:ita mens pertractando D
excoquit curas.

Caput XXI.

h Sicut diuisiones &c.)Quare cor regis &non potius hominum in manu dei esse perhibet , cum scriptum sit: Quia in manu eius sunt oẽs fines terræ : nisi forte regẽ, Psal.94.a
sanctum quenq; appellat,qui vitiorum bella in seipso vincere, virtutum militiam nouit stipare.Sicut enim dominus multifidis aquarum diuisionibus terrarum fines latè simul & aeris implet : tegit quoque aquis superiora cœlorum: ita cor regis quocunque voluerit inclinabit illud:quia sicut diuisiones gratiarum, iuxta suam volũtatem, & angelis & hominibus tribuit: ita & corda sanctorum quibuscunque voluerit digna donationibus reddit. Neque vllum habet Pelagianista locũ,quo absq; dei gratia quis saluus fieri possit. i ¶Peruersa via &c.) Iu
stè coram domino viuere, proE
prium est humanę conditionis. Eccles.12.d
Vnde alibi dicit:Deum time,& mandata eius obserua: hoc est, omnis homo . At qui peruersè viuit,alienam profectò à natura humana viam incedit.Peruersa ergo actio, aliena est & contra naturam. Qui autem mũdus est in opere,hic rectè quod per naturã originaliter sumpsit exequitur. k ¶Melius est sedere i angulo domatis &c.) Adeo verum est,melius esse sedere in angulo domatis,id est,in secreta altitudine vitæ continentioris, quàm cum muliere mala in domo quæ tibi sit cum illa cõmunis : vt etiam si optima tibi mulier ducenda offeratur , melius sit contempto connubio ꝓpter comitatum agni, cælibem ducere vitam. Aliter: Quid per angulum domatis,nisi vita religiosa , ab omni actione terrena remota: & à turbationibus vitę
F præsentis quieta? Quid per mulierẽ litigiosam,nisi perturbati seculi actio designat, quæ amatoribus suis incessanter tentatiões mouet,iurgia atq; scandala seminat,immittit lites,concitat bella,diuidit vnitatẽ,pacem violat, amicitias dissipat :eosq; dum variis cupiditatibus inflãmat:nec in semetipsis quiescere
finit, nec in fraterna dilectione connexos esse permittit.
l ¶Qui obturat aurem &c.) Generaliter hæc accipienda sententia,& non egeno tantum,vel corporaliter infirmo. Nã & qui criminibus alienis non affectu misericordiæ condolere,sed iudicantis mauult tenere censuram,ostendit se necdum vitiorum fecibus eliquatum , neq; auditu diuinæ miserationis existere dignum. m ¶Munus &c.)Qui iram districti iudicis quam peccando meruit placare desiderat, elee mosynas det pauperibus , & hoc nulla delectatione fauoris humani,sed tantum amore cõditoris,qui cordiũ occulta respicit.Sic enim fit munus absconditum, sic ad mitigandũ conditoris iram proficuum,si nullo extraneæ retributionis intuitu porrigatur:sic implebitur quod ipse præcepit. Te aũt facięte eleemosynã, nesciat sinistra tua qd faciat dextera tua. Matt.6.a

 ¶Gaudium

G a ¶Gaudium iusto est facere iudicium, &c.)Gaudet iustus cùm bonis desudat operibus,quia sperat se propter hæc bonis remunerandum esse perennibus. At verò reprobi dum mala quæ dominum prohibuisse norunt,faciunt,quanuis sue luxuriæ perpetratione carnaliter delectentur,mentis tamen pauore interno carere nequeũt quia se mala perpetua passuros pro his quæ temporaliter malefecerint non ambigunt.

b ¶Vir qui errauerit à via doctrinæ,&c.) Gigantes dicit immundos spiritus, de quibus beatus Iob: Ecce gigantes, inquit, gemunt sub aquis, & qui habitant cum eis, id est, superbi & malefactores spiritus dæmoniorum cum his quos deceperũt hominibus pœnis subacti torquentur: horum enim cœtui sociabunt, quia à via veritatis erraverunt, ipso iudice attestante qui se illis dicturum esse prædixit: Discedite à me maledicti in ignem æternum,qui paratus est diabolo & angelis eius.

c ¶Pro iusto dat impius, &c.) Iusti & recti idem esse videtur, sed distat inter impios & iniquos, quòd iniqui sunt omnes reprobi: impij verò qui maioribus implicati sceleribus, vel nunquam sanctæ mysteria fidei perceperunt, vel post accepta ad apostasiam redierunt. Vnde potest hoc loco impius omnis fidelium persecutor dictus accipi: Porrò iniquorum vocabulo generaliter omnes mali signari. Et pro iusto datur impius, cùm p martyre persecutor qui eum morti dederit punitur: p rectis iniqui,qui eorum iustitiã videntes imitari nolebant. Damnatur Herodes, non tantum pro innocentibus quos impiæ neci tradidit,sed & argumentũ damnatiõis accipit: quia fidem magorum sequi ad querendum dominum noluit cùm esset Iudæus,& prophetarum dicta cognosceret: hinc enim dominus ait: Regina austri surget in iudicio cum generatione ista, & condemnabit eam &c. Nõ quia ipsa sua virtute ac potentia condemnabit,sed quia in eius comparatione condemnabuntur, qui deuotionem eius scientes cum multo facilius possent,sapientiæ curã dissimulabant habere. d ¶Thesaurus desiderabilis &c.)Claritas bonorum operum deo semper amabilis, & pinguedo dilectionis in sanctorum ecclesia refulget. Verùm reprobi non tantum virtutes se non assequi, sed & persequi & quantum valent in bonis obruere festinant. Potest sanè hic versus & de quolibet martyrum accipi, in cuius habitaculo,id est,corpore, anima sancta, dei videlicet thesaurus seruetur, abundat & vnctio gratiæ spiritualis, at persecutor imprudens huiusmodi habitaculum disrũpere potest: thesaurum verò qui habitaculo tenebatur & oleum, nequaquam tangere potest. Vnde dominus docet: Non timete eos qui occidunt corpus,&post hæc non habent amplius quid faciant.

e ¶Ciuitatem fortium ascendit sapiens &c.) Ciuitatem fortium, mundum dicit, qui quondam malignorum spirituum tyrannidi stultæ subactus seruiebat: habens fiduciam vitæ in occulto eorum qui non sunt dij,sed opera manuum hominũ. Hãc ciuitatem intrauit ille natus in carne,qui est dei virtus & dei sapientia: destruxitq; per suos prædicatores cultum deorum,in quibus fuere confisi,veritatis ignari: atque in fide cœlestium docuit habendam esse fiduciam quæ nunquam posset destrui. Sed & quotidie ciuitatem fortiũ ascendit sapiens, & destruit robur fiduciæ eius,cùm aliquis fidelis doctor argumenta philosophorum,vel hæreticorum,vel etiam contumaces carnalium fratrum contradictiones quibus scelera sua defendere & alleuiare nituntur aspernatione fidei ecclesiasticæ, castigationis disciplina redarguit atq; euisceras annullat.

f ¶Testis mendax &c.)Qui se deo seruire testatur, nec factis dicta exequitur,peribit: qui autem fideliter vt promittit,iussis subditur diuinis: huius loquela ad victoriam perueniet: quia dũ per obedientiam suam desideria vincere satagit per iustitiam iudicis postmodum victoriæ palmam pcipit. g ¶Vir impius procaciter obfirmat vultũ&c.) Iudas quia impius corde erat, quãuis ipso domino se redarguente,noluit mala cœpta restringere. Porrò Petrus quia rectus erat corde, id est, rectitudinis amator, respiciente se domino mox pœnitendo correxit quod negando deliquit. h ¶Non est sapientia,&c.) Quecunq; cõ filiantur & sapiunt hæretici:nihil est, & vanum, & inutile.

i ¶Equus paratur ad diẽ &c.) Hominum quidem est deuotè tempore persecutionis animum præparare, corpus offerre discrimini: sed diuini est adiutorij, vt cœpto labori, agonis victoria salusq; succedat.

Caput XXII.

k MElius est nomen bonum quàm diuitiæ multæ. Super argẽtum & aurum gratia bona. Diues & pauper obuiauerunt sibi: vtriusq; operator est dominus. Callidus videt malum & abscondit se: innocens pertransit & afflictus est damno

a Gaudium iusto est facere iudicium: & pauor operantibus iniquitatem. Vir qui errauerit à via doctrinę,in cœtu gigantium commorabitur. Qui diligit epulas,in egestate erit: qui amat vinum & pinguia,non ditabitur. Prò iusto datur impius: & pro recto iniquus. Melius est habitare in terra deserta,quàm cum muliere rixosa & iracunda. Thesaurus desiderabilis & oleũ in habitaculo iusti, & imprudens homo dissipabit illud. Qui sequitur iustitiam & misericordiam: inueniet vitam, iustitiam & gloriam. Ciuitatem fortium ascendit sapiens, & destruxit robur fiducię eius. Qui custodit os suum & linguam suam: custodit ab angustiis animam suam. Superbus & arrogans vocatur indoctus: qui in ira operatur superbiam. Desideria occidunt pigrum: noluerũt enim quicquam manus eius operari. Tota die concupiscit & desiderat: qui autem iustus est, tribuet & nõ cessabit. Hostiæ impiorum abominabiles quæ offeruntur ex scelere. Testis mendax peribit: vir obediens loquetur victoriam. Vir impiũs procaciter obfirmat vultum suum: qui autem rectus est corrigit viam suam. Nõn est sapientia, non est prudentia, non est consilium contra dominum. Equus paratur ad diem belli: dominus autem salutem tribuet.

Caput XXII.

k MElius est nomen bonũ, quàm diuitiæ multę.) Nomen bonum dicit, non quòd à turbis vulgi imperiti,sed quod à fidelium quanuis paucorũ testimonio laudatur. Neque enim bonus habere nomen bonum refugit,sed à bonis solum quærebat laudari qui ait: Si adhuc hominibus placerem, Christi seruus non essem. Nomen ergo bonum,est nomen religionis, quod diuitiis mundialibus iure præfertur. Nam & si mundum quis lucraretur vniuersum, merito hunc cõtemneret, tantum vt nomen eius scriberetur in cœlo,eiusq; memoria & inter angelos,& inter homines sanctos figeretur æterna. l ¶Super argentum &c.) Illam significat gratiam,cùm quis pro bono opere laudatur à bonis: imò pro collatis ei donis meritorum,glorificatur pater qui in cœlis est. m ¶Dives & pauper &c.) Neque diuitem propter diuitias honores: neque pro inopia pauperem despicias,sed hoc in vtroque meritò venerare,quia opus sunt diuinum, & ad imaginem dei facti sunt. n ¶Callidus videt malum &c.) Multi ex principibus credidere in dominum, sed propter pharisęos non confitebantur,vt de synagoga non eiscerentur: quia enim erant callidi, videbant malum persecutionis quod imminebat, & absconderunt fidem pietatis quam parumper conceperant. Innocentes verò Apostoli pertransierunt itinere recto professionis quo cœperunt,& afflicti sunt verbere

A bere,vinculis,carcere & ipsa etiam morte mulctati. Vtrorũq; autem exemplum multi vsque nunc, & in certamine fidei & in communibus sequuntur actibus. Hunc versum antiqui interpretes manifestius, sed in alium sensum, transtulerunt: Nequam puniri valde ipse disciplinam accipit: insipientes autem prætereuntes damno afflicti sunt. a ¶Finis modestiæ &c.)Modestiam dicit constantiam operum bonorum: timorẽ verò domini, illum qui permanet in seculum seculi:quia nimirum perfectio virtutum est, ad hunc animi statum conscendere quo gratiam conditoris, vel in modico timeamus offendere: nihil prorsus ejus memorię præponentes quæ alibi charitas vocatur perfecta,foras mittens timorẽ, seruilem videlicet & incipientem: quo metuit quisque ne fortè peccando pœnis mereatur subigi. Quòd autem subiũgit: Diuitiæ & gloria & vita,in futuro significat. Finis ergo modestiæ timor domini, diuitię & gloria & vita. Quia nimirum perfectio virtutum est in hac vita vt timeamus dominum timore sancto: hoc est, syncera illum dilectione colamus: finis virtutum in futuro, vt diuitiis hæreditatis promissæ, regni cœlestis gloriam & vitam sine fine percipiamus à domino. Vnde Petrus: Itaque cùm videritis, exultabitis lætitia inenarrabili & glorificata, portantes finem fidei vestræ salutem animarum vestrarum. b ¶Arma & gladij in via peruersi &c.)Dupliciter intelligendum:quia peruersi & armati semper ad nocendum proximis verbo vel opere scelesto, & ipsos parata semper expectat vltio diuini examinis. Qui verò animam suam in æternum saluari procurat,lõgè refugit ab huiusmodi armis & gladiis,quia & mẽtem manuḿq; suam à proximorum læsione refrenat, & ne animaduersione districti iudicis ipse feriatur,intenta mente præcauet. c ¶Prouerbium est, &c.) Constat plerosq; in senectute dño donante maturari à vitiis quæ adolescentes habuerãt,& ecõtra nonnullos illo se deserẽte,deserere circa senũ virtutes quibus ab adolescentia videbantur illustrari. Sed quia multo sępius quisque mores quibus ab adolescentia imbutus est,in reliquum vitæ tempus exequi consueuit: prouerbium esse dicit: quia quod adolescẽs quisque cœperit, in senecta non mutauerit: non tamen ipsum semper ita venire cõfirmat. Idcirco autem huiusmodi prouerbium ponit,vt auditores suos à prima ætate virtutibus studere persuadeat: ne forte in senectute non possint deserere studia, quibus in tenera ætate mancipari despexerant. Nam & quo semel est imbuta recens seruabit odorem Testa diu. Et Græca narrat historia, Alexandrum potentissimum regem orbis q; domitorẽ, & in moribus & in incessu Leonidis pædagogi sui non potuisse carere vitiis,quibus paruulus adhuc fuerat infectus.

d ¶Diues pauperibus &c.)Patet iuxta literam. Sed & diuites virtutibus in iudicio occultè inspectoris principantur eis, imò eorum in futuro iudices existunt, qui virtutum diuitiis caruerunt. Et qui verbum doctrinæ salutaris accipit à doctore,seruus est eiusdem doctoris: id est, debitor implendi omnia quæ illi magisterij cœlestis iure præcipit. e ¶Qui seminat &c.)Certum est quod is qui vel verbo vel exẽplo docuit iniquitatem, recipiet vindictam. Sed quod sequitur.

f ¶Et virga &c.) Illam maximè iniquitatem videtur dicere, quæ immiti & impia mente peragitur, vt est latrocinia exercere,homines seruitio premere,tormentis laniare,morte perimere,bouem viduę pro pignore auferre: ipsam de auersario cùm possit vindicare non velle: Talis virga iræ suæ consummabitur,quia sicut dominus ait: Omnes qui acceperint gladium,gladio peribunt: id est, qui iniustè in alios sæuiunt,ipsa sæuitia sibimetipsis interitum concisciunt. Verum quia dixerat de impio: sequitur econtrà de pio. g ¶Qui pronus est ad misericordiam &c.) Huic simile est illud iudicis eiusdem qui misericordes ab impiis discernens ait: Venite benedicti patris mei,possidete paratum vobis regnum à constitutione mũdi. Quia esuriui & dedistis mihi manducare &c. Pos sunt autem panes qui pauperi dantur, non solum alimenti carnalis,sed & doctrinæ spiritualis quibus anima recreat intelligi.

h ¶Eiice derisorem&c.)Eiice hæreticum, quem corrigere nõ potes,de ecclesia: & cum illi libertatem prædicandi abstuleris,catholicæ paci auxiliũ præstabis. i ¶Qui diligit cordis mundiciam &c.) Qui mundo corde recta prædicat, inter illos annumerabitur, de quibus eidem regi & conditori seculorum propheta dicebat: Mihi autem nimis honorati sunt amici tui deus. Nam si quis gratiã labiorum recta prædicãdo prę monstrat:cordis autem mundiciam custodire dissimulat, nequaquam talis æterni regis amicitia frui posse putandus est.

k ¶Oculi domini custodiunt scientiam &c.)Superna conspectio custodit semper in ecclesia scientiam veritatis quam docuit. Verba autem hæreticorum, imò omnis sermo pietati & iustitiæ contrarius,qui à domino rege non seruatur,cum suo authore subuertitur. l ¶Dicit piger leo est foris,&c.)Dicit sæpe in animo suo is qui ad agẽda bona opera piger est, ad confitendam fidem quam corde tenet timidus: non audeo fidem quam noui foras profiteri: ne me persecutor impius, quia fidelem audit, perimat. Timeo ad exercendas virtutum actiones in publicum progredi,ne fortè mevel antiqui hostis aduersitas grauior tẽtet, vel etiam homo quilibet peruersus cum suorum turba derideat,cum vitiis confundat, iniuriis afficiat: aut sicut multos iustorum qui ab eius vita discordant, tormentis & morte consumat. Leo, inquit, foris: in medio platearum occidendus sum, quod est apertè dicere, & verba & opera virtutum, vbi ostendi foris cœperint: statim persecutio vel hominum, vel spirituum comitatur immundorũ, nec valeo tentationibus resistere, sed impiis boni propositi vincor inceptis. m ¶Fouea profunda os alienę: cui &c.) Qui verba vel oscula meretricis libenter amplectitur, quasi ianuã iam gehennalis pulsat abyssi: citoq; mergetur si pedem cautus non retrahit: si non membra cætera à vicinia cohibet foueæ pœnalis: quam nullus omnino nisi filius iræ illabitur.

n ¶Stultitia colligata est in corde &c.) Multos nouimus pueros sapientia præditos. Nam & Hieremias puer prophetiæ mysterium suscepit: & Daniel scribit quòd dedit deus pueris abstinentibus scientiam & disciplinam in omni verbo & sapientia. Vnde restat intelligere, quòd pueros hoc loco non ætate, sed sensu, paruulos significet: quales vetabat Apostolus esse eos quibus ait: Nolite pueri effici sensibus, sed malitia paruuli estote. Huiusmodi enim pueros, id est, animos stultitiæ, vel lasciuiæ, vel inertiæ, deditos: necesse est iuuenili disciplina castigari, & ad iustum vitæ tramitem prudentium vigore perduci. o ¶Qui calumniatur pauperem vt augeat diuitias suas,&c.)Constat quia rapaces, & quæ pau-

G peribus auferunt,& quæ iustè videntur possidere,pariter omnia perdẽt, cùm in examine districti iudicis pœnas pro his quæ gessere recipient. Sed & his qui pauperem spiritu fratrem calumniatur: virtutibus eius detrahendo, vt per hanc vituperationẽ ipse diuitias quas desiderat augeat:id est,gloriam laudis humanæ maiorem, quasi sanctior accipiat: meritò talis calumniator quicquid bonæ actionis habere videbatur amittit,& à fructu virtutum vacuus in fine manebit. Hucusque pertingit titul⁹ parabolarũ Salomõis qui suprà positus est, ex quo nouum locutionis gen⁹ probatur assumpsisse,vt ea quę diceret non quasi ad alium quẽ doceret loquendo,sed velut solus secum ratiocinando videatur effari: quarum videlicet parabolarum primus est versiculus: Filius sapiens lætificat patrem: filius verò stultus mœstitia est matris suæ: Vltimus iste ad quem vsque explanando p-

Pouer.10.a.

H uenimus. Hinc ad priorem loquendi modum reuertitur, vt specialiter ad eum quẽ instruit verbum faciat,quod ita incipit: a ¶Inclina aurem tuam, & audi verba sapientium &c.)Pulchrum initium ponit nouæ locutionis,vt aurem pariter ad audiendum, & cor apponere ad intelligendum quæ sibi sapientes loquantur eum quem erudit iubeat. b ¶Quæ pulchra erit tibi cùm seruaueris eam in ventre tuo,&c.)Aspera sæpe videtur incipientibus & insuauis doctrina sapientię,sed cùm eius virtutem intimo corde perceperint & operibus seruare,cùm hanc quoque labiis propinare fratribus didicerint, pulchriorem hanc cæteris dogmatibus esse deprehendent. c ¶Ecce descripsi eam tibi tripliciter in

I cogitationibus &c.)Tripliciter auditori doctrinam descripsit suam, quia cogitare,loqui, & operibus hanc exercere præcepit,qua descriptione triplici, totus iste libellus,si quis bene considerat,plenus refulget. d ¶Non facias violentiam pauperi &c.)Potest de quolibet paupere vel egeno accipi,de quo dictum est: Tibi derelictus est pauper, pupillo tu eris adiutor. Verum quia sequitur. (Psalm.9.g)

e ¶Et configet eos qui confixere animam eius.) Melius de illo intelligitur,qui cum diues esset,pauper pro nobis factus est,& non solum pauper,vt nos ditaret,sed & vt nos redimeret,crucifigi dignatus est.Prohibet ergo sapiẽtia suos auditores domino in carne prædicanti violentiam mortemq́; inferre, quia nimirum certus restat interitus eis qui in autorẽ vitę manum mittere non timuerunt. f ¶ Noli esse amicus homini iracundo,&c.)Et cum hæc de omni iracundo vel furioso possint generaliter accipi,tamen nihil prohibet specialiter accipi de illis qui contra saluatorem & discipulos eius vesana mente furebant.A quorum amicitia & comitatu prohibentur quicunque in eum credentes, curam suæ salutis agebant: ne ex vicinia prauorum & ipsi perirent,quod ex Iudæ Iscariotis casu fieri posse probatum est. Generaliter autem dicendum: quia sicut perfecti viri peruersos proximos non debent fugere, qui illos sæpe ad rectitudinem trahunt, & ipsi ad peruersitatem nunquam trahuntur, ita infirmi quique societatem debent declinare prauorum,ne mala quę frequenter aspiciunt, & corrigere non valent, delectentur imitari. g ¶Noli esse cum his qui defigunt manus suas,&c.) Noli esse cum his qui se cum essent liberi ac sibi vacantes, defigunt manus in curas salutis malorum, spondentes se rationem pro eorũ animabus domino reddituros. Si enim ille pro quo spopondisti, non habet bona opera quibus te liberum ac securum reddat tuæ sponsionis, quæ tibi vtilitas est vt in die iudicij pro eius anima iudiceris, amittasq́; habitum iustitię quo indutus esse videbaris, ac nudus ab ornamento virtutum existere comprobaris,quia quod domino teste pollicitus es implere nequiueras. Hoc autẽ dictum est,non quòd curam regendarum animarum cum tibi regulariter imposita fuerit suscipe nõ debeas, sed ne passim nullo iubente doctoris tibi ac præsulis officium temerarius vsurpes. h ¶ Ne trãsgrediaris terminos &c.) Ne transgrediaris terminos fidei quos catholici ab initio statuere doctores. i ¶Vidisti virum velocẽ in opere suo, &c.)Quemcunq; velocem videris in opere suo, vel in opere bono quod erat ei facere strennuum atque solicitum:scito hunc in die nouissimi examinis coram Apostolis,qui cum Christo mundum iudicantes sedebũt, esse staturum, quia videlicet eorum iussa seruauerit, neque in parte ignobilium doctorum quorum cauere fecit errorem,id est,ad sinistram iudicis esse ponendum. (K, L)

pauperem vt augeat diuitias suas:dabit ip
a se ditiori & egebit. Inclinã aurem tuam, & audi verba sapientium: appone autem
b cor ad doctrinam meam.Quæ pulchra erit tibi cùm seruaueris eam in ventre tuo, & redundabit in labiis tuis, vt sit in domino fiducia tua, vnde & ostendam eam ti-
c bi hodie. Eccè descripsi eam tibi tripliciter in cogitationibus & scientia, vt ostenderem tibi firmitatẽ & eloquia veritatis
d respõdere ex his illis qui miserũt te. Nõn facias violentiam pauperi quia pauper est, neque conteras egenum in porta,quia do-
e minus iudicabit causam eius. Et configẽt
f eos,qui confixere animam eius. Nõli esse amicus homini iracundo: neque ambules cum viro furioso, ne fortè discas semitas
g eius,& sumas scandalum animæ suæ.Nõli esse cum his qui defigunt manus suas, & qui vades se offerunt pro debitis. Si enim non habet vnde restituat, quid causæ est vt tollat operimentum de cubili tuo:
h Nẽ trãsgrediaris terminos antiquos quos
i posuerunt patres tui. Vidisti virũm velocem in opere suo,coram regib⁹ stabit nec erit ante ignobiles.

Caput XXIII.

k Qvãndo sederis vt comedas cum principe, diligenter attende quæ posita sunt ante faciem tuam, & statue cultrũ in gutture tuo,si tamen ha-
l bes animam tuam in potestate. Nẽ desideres de cibis eius in quo est panis mẽdacij.
m n Nõli laborare vt diteris.Sed prũdẽtiæ tuę
o pone modũ.Ne erigãs oculos tuos ad opes quas

Caput XXIII.

k Qvando sederis vt comedas cum principe &c.)Per Allegoriam cuncta dicũtur. Quando sederis ad legendum cum magistro,vt vero pane verbi reficiaris: diligenter intelligẽ quæ scripta sunt,& discretionem sacrę lectionis in tua locutione conserua: si tamen talis es tantumq́; eruditus qui in potestate habeas animam tuam:nec quasi indoctus mente tua circunferaris omni vento doctrinæ. Guttur nanque pro loquela posuit:quia vox in gutture est:Cultrum pro discretione:quia cibo cum reficimur,cultro secante præparamus.Et sedens vt comedat cultrum in gutture suo statuit, quando is qui diuina sedulus meditatur eloquia, discreta ex ore verba depromit: nec alia sæpius in lingua quàm cœlestis oraculi dicta reuoluit.Hoc autem eius est facere qui in potestate habet animam suam:id est, immobilem inter errores fallentiũ sapientis animæ statum seruare didicit. Vnde & rectè subiungit. l ¶Ne desideres &c.)Quod est apertè dicere:Ne desideres eius auscultare sermones, qui dulcedine mendacium dogmatũ auditores suos fallere consueuit. m ¶Noli &c.) Diuitias scientiæ significat,quas vltra mensuram capacitatis nostræ quærere prohibemur. n ¶Sed &c.) Illum videlicet de quo supra dictum est:Ne transgrediaris terminos antiquos quos posuere patres tui:hoc est,terminos datos à patribus veritatis & fidei. o ¶Ne erigas oculos &c.)Ne erigas mentẽ tuã ad perscrutanda diuinitatis arcana,quæ penetrare non (M; Supra.22.d.)

A trare non potes:hæc enim cœlestibus solum ciuibus patent. a ¶Ne comedas cum homine &c.)De scripturis cum hæretico non loquaris:qui inuidet humanæ saluti & mallet decipere quàm corrigi. Quoniam sicut hariolus & coniector somniorum æstimat quod ignorat:ita hereticus quæ non intelligit in scripturis, prout libet interpretari præsumit.

b ¶Comede & bibe &c.) Securus,inquit,disce quæ dico,& age quæ doceo, cùm in his quæ docet,ipse fidem certam non habeat,sciens finxisse quę docet.

c ¶Cibos quos comederas euomes,&c.) Sensus peruersos quos ab hereticis didiceras,necesse est vt vel per pœnitentiam corrigendus deseras: vel post mortem pro his pœnas luere cogaris,perdasq́; sermones confessionis quibus eis prędicantibus humiliter fauendum esse putaueras. d ¶In auribus insipientium &c.) Huic simile est illud euangelij: Nolite sanctum (Matt.7.a)

B dare canibus, neque mittatis margaritas ante porcos. Sicut ergo suprà admonuit ne hæreticorum doctrinis auscultares: ita nunc cohortatur ne amore vanæ gloriæ seductus, immundis hominibus passim arcana veritatis ingeras. e ¶Ne attingas paruulorum terminos, &c.)Propinquum paruulorum & pupillorum,dominum appellat, qui cùm esset in carne,pauperum magis quàm diuitum cõsors fieri dignat⁹ est. Alioquin idem dominus est omnium, diues in omnes qui inuocant illũ. Possunt autem congruenter pupillorum ac paruulorum nomine illi designari, de quibus dominus ait: Videte ne contemnatis vnum ex his pusillis qui in me credunt. Dico enim vobis, quia angeli eorum in cœlis semper vidẽt faciem patris mei qui (Roma.10.c; Matt.18.b)

C in cœlis est. Quorum agros & terminos qui attigerit:hoc est, qui conuersationem eorum bonam inquietando læserit, iudicium domini non euadit.

f ¶Non æmuletur cor &c.)Si tota die: id est, toto tempore quo in seculi huius luce consistis,& peccatorum exempla vitaueris & dominum timere satageris: habebis spem beatæ retributionis in nouissimo: hoc est,cùm ad vitæ finem perueneris:ipso attestante qui ait: Esto fidelis vsque ad mortem, & dabo tibi coronam vitæ. (Apoca.2.c.)

g ¶Noli esse in conuiuiis potatorum &c.)Carnes ad vescendum cõferre, est in collocutione derogationis, vicissim proximorum vitia dicere: de quorũ pœna mox subdit. h ¶ Quia vacantes &c.) Symbolum Græcum nomen est,& interpretatur collatio. Est autem collatio sermonum, sicut in consiliis solet, est & pecuniarum siue aliarũ rerum,vt præsens locus docet. Potibus ergo vacat,qui de opprobrio alienæ vitæ se inebriat. Symbolum verò dare,est sicut vnusquisque solet pro parte sua cibos ad vescendum,ita in confabulatione detractionis verba conferre. Sed vacantes potibus & dãtes symbola, sicut scriptum est: cõsumentur: quia omnis detractor eradicabitur. Vestietur autem pannis dormitatio: quia despectum & inopẽ à cunctis bonis operibus, mors sua inueniet,quem hic alienę vitæ exquirendo crimina, detractionis suæ languor præoccupauit. i ¶Gaudeat pater &c.) Gaudeat deus pater de tua iustitia: gaudeat & ecclesia mater tua, sed & sacerdos qui te per gratiam baptismi regenerauit, qui te erudiuit à paruulo, de tuis bonis gratuletur operibus. (Symbolum.; D)

k ¶Cui vę?&c.) Quęrit disputando quibus hominum sceleribus maxima à domino pœna seruetur. Et respondet ipse ratiocinando:quia his absq; omni dubietate, qui per ebriositatem deuoluuntur ad luxuriam: Cui, inquit, væ:cuius patri væ? Væ ęternum interitum nominat. De quo dominus: Væ,inquit, homini illi per quem scandalum venit. Patrem autem cui væ imminet: vel hominem dicit à quo exẽpla praui operis foras quisque vt peccaret accepit: vel certè diabolum qui intus in corde virus pestiferæ suggestionis infundit. De quo Iudæis dictum est: Vos ex patre diabolo estis, & desideria patris vestri vultis facere. l ¶Cui rixæ, cui foueæ.) Rixæ, quòd concordiam seruare & pacem nescit, quem ebrietas sensus impotem reddidit. Foueæ:quia passim in volutabro vitiorum omnium cadere non trepidat,qui inter bona malaq; discernere quasi mente captus ignorat. Illamq́; sæpissimè foueam ebriosus incidit de qua præfatum est: Fouea enim profunda est meretrix, & puteus angustus aliena. m ¶Cui sine causa vulnera?) Quia multi nimis potati, vulnera per tumorem in membris acceperunt, quæ nulla ferri causa pertulerunt. n ¶Cui suffusio oculorum?) Quia immoderatus vini haustus,& caliginem visus corporalis, & cæcitatem ingerit sensus interioris. o ¶ Nonne his qui morantur in vino, &c.) Non vetat bibere vinum ad necessitatem,sed morari vltra tẽpus & vtilitatem in vino,& euacuandis alterutrum certare calicibus. Iuxta illud Esaiæ: Væ qui potentes estis ad bibẽdum vinum, & viri fortes ad miscendam ebrietatem. p ¶ Oculi tui vide.&c.) Consuetum & penè (E; Matt.18.a; Ioan.8.f.; F; Esa.5.c)

quas non potes habere: quia facient sibi pennas quasi aquilæ, & volabunt in cœ-
a lum.Ne cõmedas cum homine inuido, & ne desideres cibos eius: Quoniam in similitudinem harioli & coniectoris æstimat
b quod ignorat. Cõmede & bibe dicet tibi,
c & mens eius non est tecum. Cibõs quos comederas euomes, & perdes pulchros
d sermones tuos.In ãuribus insipientium ne loquaris: quia despicient doctrinam elo-
e quij tui. Nẽ attingas paruulorum terminos, & agrum pupillorum ne introeas. Propinquus enim eorum fortis est, & ipse iudicabit contra te causam illorum.Ingrediatur ad doctrinam cor tuum, & aures tuæ ad verba scientiæ. Noli subtrahere à puero disciplinam: si enim percusseris eũ virga, non morietur. In virga percuties eum, & animam eius de inferno liberabis.Fili mi si sapiẽs fuerit animus tu⁹: gaudebit tecum cor meum,& exultabunt renes mei cùm locuta fuerint recta labia
f tua. Nõn æmuletur cor tuum peccatores: sed in timore domini esto tota die. Quia habebis spem in nouissimo:& pręstolatio tua non auferetur. Audi fili mi, & esto sapiens, & dirige in via animum tuum.
g Nõli esse in conuiuiis potatorum: neque in comesationibus eorum qui carnes ad
h vescendum conferunt.Quiã vacantes potibus & dantes symbola consumentur: & vestietur pannis dormitatio. Audi patrem tuum qui genuit te:& ne contemnas cùm senuerit mater tua. Veritatem eme:& noli vendere sapientiam, & doctrinam, & intelligentiam. Exultat gaudio pater iusti, & qui sapientem genuit lætabitur in eo.
i Gaũdeat pater tuus & mater tua,& exultet quæ genuit te. Præbe fili mi cor tuum mihi:& oculi tui vias meas custodiant. Fouea enim profunda est meretrix,&puteus angustus aliena. Insidiatur in via quasi latro: & quos incautos inuenerit, interfici-
k l et.Cũi væ:cuius patri væ: Cũi rixæ:cui fo-
m n ueæ: Cũi sine causa vulnera: Cũi suffusio
o oculorum? Nõnne his qui morantur in vino, & student calicibus epotandis? Ne intuearis vinum quando flauescit, cùm splenduerit in vitro color eius. Ingreditur blandè, sed in nouissimo mordebit vt coluber, & sicut regulus
p venena diffundet. Ocũli tui videbunt extraneas: & cor tuum loquetur peruersa. Et

a Et eris sicut dormiens in medio mari, & quasi sopitus gubernator amisso clauo. Et b dices, verberauerunt me, sed non dolui: traxerunt me, & non sensi. Quando euigilabo & rursus vina reperiam?

Caput XXIIII.

c NE æmuleris viros malos, nec desideres esse cũ eis. Quia rapinas meditatur mens eorum: & fraudes labia eorum loquuntur. Sapientia ædificabitur domus: & prudentia roborabitur. In d doctrina replebuntur cellaria vniuersa, substantia preciosa & pulcherrima. Vir sa- e piens fortis est, & vir doctus, robustus & validus: quia cum dispositione initur bellum, & erit salus vbi multa consilia sunt. f Excelsa stultò sapientia: in porta non ape- g riet os suum. Qui cogitat mala facere, stultus vocabitur. Cogitatio stulti, peccatum est: & abominatio hominum detractor. h Si desperaueris lapsus in die angustię, im- i minuetur fortitudo tua. Erue eos qui ducuntur ad mortem, & qui trahuntur ad interitum, liberare ne cesses. Si dixeris, vires non suppetunt: qui inspector est cordis, ipse intelligit: & seruatorem animæ tuæ nihil fallit: reddetq; homini iuxta o- k pera sua. Cõmede fili mi mel: quia bonum est: & fauum dulcissimum gutturi tuo: sic & doctrina sapientiæ animæ tuę: quam cùm inueneris, habebis in nouissimis spẽ: l & spes tua non peribit. Nè insidieris, & quæras impietatem in domo iusti: neque m vastes requiem eius. Septies enim cadit iustus & resurgit: impij autem corruent n in malum. Cùm ceciderit inimicus tuus, ne gaudeas: & in ruina eius ne exultet cor tuum: ne fortè videat dominus, & displiceat ei, & auferat ab eo iram suam. Ne contendas cum pessimis: ne æmuleris impios, quoniam non habent futurorũ spem mali: & lucerna impiorum extinguetur.

Time

G nè naturale est vitiũ post ebrietatis venena diffusa in corde, muliebrem sequi concupiscentiam: comitante prauitate ac turpitudine verborum. a ¶Et eris sicut dormiens in &c.) In medio mari dormit, qui in huius mundi tentationibus positus, præuidere motus irruentium vitiorum quasi imminentes vndarum cumulos negligit. Et quasi sopit⁹ gubernator clauum amittit, quando mens ad regendam nauem corporis, studium solicitudinis perdit. b ¶Et dices, &c.) Vox percussi & dormientis exprimit. Mẽs quippe à cura solicitudinis dormiens verberatur & non dolet, quæ sicut imminentia mala non prospicit, sic nec quæ perpetrauerat agnoscit: Trahitur & nequaquam sentit: qui per illecebras vitiorum ducitur, nec tamen ad sui custodiã suscitatur. Qui quidem euigilare optat, vt vina rursum reperiat: quia quanuis somno stuporis à sui custodia prematur: vigilare tamen H ad curas seculi nititur, vt semper voluptatib⁹ deebrietur. Et cùm ad illud dormiat in quo solerter vigilare debuisset, illud appetit ad quod laudabiliter dormire potuisset.

Caput XXIIII.

c NE æmuleris viros malos, &c.) Ne desideres eos imitari, quos cernis vitiis illis, de quibus commemoraui, implicari, sed potius sapientiæ operam dare curato. d ¶In doctrina &c.) Cellaria sunt corda iustorum, quæ non nisi per doctrinam sapientiæ, donariis virtutum replentur. e ¶Vir sapiens, fortis est &c.) Non omnis qui fortis, etiam sapiens est. Omnis autem sapiens & fortis esse dicendus est: quia & si corpore ĩbecillis est, si adsit sapientia, omnia fortis aduer- I sarij, id est, diaboli certamina vincit. f ¶Excelsa stulto sapientia, &.) Non potest stultus ad sapientiam attingere, adeo alta est: quia in infimis iacet vitiorum. Qui & si in præsenti se aliquid sapere putat, in porta tamen ciuitatis, id est, in exitu huius vitæ, inueniet nihil fuisse qđ sapuit. g ¶Qui cogitat &c.) Ne putares stultum æstimandũ fuisse eum quem hebetem tardumq; ingenio videres: palàm ostendit: quia ille stultus sit vocandus, qui vel in cogitatione peccati suggestioni consentit, tametsi acer ingenio videtur existere: non autem ille qui hebes sensu apparet: dei tamen imperiis quę discere potuit obtemperare disposuit. h ¶Si desperaueris &c.) Nihil execrabilius desperatione: quam qui habuerit, & generales huius vitæ labores, & quod maximè nocet in fidei certamine cõstãtiam fortitudinis perdit. i ¶Erue &c.) Potest mysticè accipi: Erue eos qui ab hæreticis decipiuntur, rectam fidem prædicando: libera bonorum operum exempla monstrãdo, eos qui à malè viuentibus catholicis trahũtur ad interitum. Sed & si quos in certamine persecutionis lapsos vel lapsuros aspexeris, solicita hos exhortatione ad vitam restaurare satage. Si quos fame perituros, si quos algore videris, illis dato victu & vestitu recrea. K k ¶Comede fili &c.) Patet facillimè quare doctrinam sapientiæ, melli comparet & fauo: quia nimirum sicut illud cibis: ita hæc doctrinis cæteris dulcedinem præstat. Sed hoc inter vtriusque significantiam distat: quia mel quod in promptu est ad comedendum, moralem literæ superficiem insinuat. Fauus autem in quo mel de cera exprimitur, allegoricam locutionem figuratè denunciat: vt subducto literæ velamine, suauitas sensus spiritualis, aliquãto cũ labore vel mora percipiat. l ¶Ne &c.) Ne quæras aliquã occasionem, qua deroges homini iusto. Ille enim si ceciderit, citò admouet pedem suum vt careat vitio: quod quidem non iteratur in facto: impij autem sic corruunt, vt vlterius non resurgant: sicut subsequenter addit dicens: m ¶Septies enim &c.) Quomodo autem iustus appellatur: qui cadere, id est, L peccare memoratur? nisi quia de leuibus quotidianisq; loquitur peccatis, sine quibus nec iustorum quisquam esse in hac vita potuit. Quia nimirum per ignorantiam, per obliuionem, per cogitationem, per sermonem, p subreptionem, per necessitatẽ, per fragilitatem carnis, singulis diebus, vel inuiti, vel volentes frequenter reatum incurrimus: & tamen resurgit iustus, videlicet quia iustus est, nec iustitiæ eius pręiudicat lapsus humanæ fragilitatis. Vnde bene cùm de iusti casu loqueretur, non addit in malum. Quia & si malum est quòd cadunt, ne tamen malo in quod ceciderant, hærere possint, citius resurgendo procurant. At contra de reprobis: Impij autem, inquit, corruent in malum. Quia videlicet impij cum ceciderint vel (quod M est grauius) corruerint: vt scriptura dicit, id est, cum capitalia crimina perpetrauerint: ita suo casui delectando assentiunt: vt ab hoc pœnitendo releuari despiciant. n ¶Cùm ceciderit inimicus tuus, ne gaudeas: & in ruina eius ne exultet &c.) Supra iusto insidias tendere vetuit: nunc autem vt perfectum te reddat in omnibus, etiam inimicis cùm peccauerint, aut aliquid aduersitatis incurrerint, insultare prohibet. Ne forte si miserante domino ad pœnitentiam salutemq; animæ redierint, ac tecum amicitias fideles habere cœperint, tunc erubescas: quia illos aliquando despexeris, quos diuina gratia ad vitam reseruauerat. Sed quantum potes, iacẽtibus condole: eosque vt resurgere debeant, adiuua. Et si votum conatumq́ue tuum sequitur effectus, gaudebis de sanato quem malè habentem dolueras. Sin alĩas, tuæ tamen beneuolentiæ apud dominum fructu non carebis. Vel certè ita dicendum est: Nè gaudeas de casu inimici: ne forte dominus superbiam tuam, quæ illi absque dubio displicet, hoc ordine deiiciens, humiliet: vt te cadente in peccatum, ille resipiscens sanetur:

Time

a Timẽ dominum fili mi, & regem. Et cum b detractoribus nè commiscearis. Quoniã c repentè consurget perditio eorum: & rui- d nam vtriusq; quis nouit? Hæc quòque sa- e pientibus. Cognoscere personãm in iudicio non est bonum. Qui dicunt impio, iustus es: maledicent eis populi: & detestabuntur eos tribus. Qui arguunt, laudabuntur, & super ipsos veniet benedictio. f Labia deosculabitur, qui recta verba res- g pondet. Præpãra foris opus tuum, & diligenter exerce agrum tuum, & postea æ- h difices domum tuam. Nè sis testis frustra contra proximum tuum: nec lactes quenquam labiis tuis. Ne dicas: quomodo fecit mihi, sic faciam ei: & reddam vnicui- i que secundum opus suum. Per ãgrum hominis pigri transiui, & per vineam viri stulti, & ecce totum repleuerant vrticæ: operuerunt superficiem eius spinæ, & maceria lapidum destructa erat. Quod cùm vidissem, posui in corde meo, & exemplo didici disciplinam. Vsquequo piger dormies: vsquequo de somno consurges? Parum inquam dormies: modicum dormitabis. Pauxillum manus conseres vt quiescas, & veniet tibi quasi cursor egestas tua: & mendicitas quasi vir armatus.

Caput XXV.

k HAe quoque parabolæ Salomonis, quas transtulerunt viri Ezechiæ l regis Iuda. Gloria dèi est cælare verbum, & gloria regum inuestigare sermonem. Cœlum sur-

A a ¶Time dominum fili mi & regem.) Iuxta quod dominus ait: Reddite ergo quæ sũt Cæsaris, Cæsari: & quæ sunt dei, deo. (Lucæ. 20.c.) Neq; aliquid obstat in domino, vt regem, patrem & filium intelligas designari, qui vno eodemq; sunt diuinitatis honore colendi. Qui enim non honorificat filium, non honorificat patrem qui misit illum. (Ioan. 5.d.) b ¶Et cùm detractorib⁹ &c.) Illis videlicet qui dicentes se deum patrem nosse, filium dei in carne apparentem noluerũt recipere. c ¶Quoniam repentè consurget &c.) Vtriusq; dicit, & detrahentis, & eius qui illi fauendo commixtus est: derogantium Christo principum, & decepti ab eis populi, & lacerantium fidem hæresiarcharũ, & auscultantium illis auditorum. d ¶Hæc quoq; sapientibus.) Subauditur, ignota sunt: quando reproborũ quisq; quàm repentino interitu rapiatur à seculo. Vel hæc quoq; sapientibus sunt obseruanda quæ do- B cui: ne detractoribus commisceantur: quia hoc specialiter vitio totum penè genus periclitatur hnmanum. Vnde eidem vitio mederi volens beatus pater Augustinus, hos in sua mensa fecit versiculos describi: Quisquis amat dictis absentum carpere vitam: Hanc mensam indignam nouerit esse sibi. Hunc versiculum antiqua æditio manifestius dicit: Hæc dico vobis sapientiã agnoscentibus. Quod sequentium sententiarum non incongruè potest esse principium. e ¶Cognoscere personam in iudicio, &c.) Suprà regem timere docuit, & nunc personam in iudicio cognoscere vẽtat. Vnde colligitur: quia ita principibus debitum obsequij temporalis subiectos oportet impendere, vt nunquam reuerẽtiæ vel timoris eorum res- C pectu à via veritatis exorbitetur. f ¶Labia deosculabitur, qui recta verba &c.) Osculum, pacis & amoris est signum. Qui ergo respondet recta, labia deosculabitur: quia quicunque neglecta acceptione personarum sola iustitiæ verba sequitur, iste & insipientibus grauis fortè videtur & austerus: multos tamen cùm quibus pacem habet prudentes: multos qui sua dicta cum amore amplectantur inueniet. Sæpe & illos quos aduersantes suis rectis assertionibus tolerauerat, conuersos postmodum ad meliora amicos recipiet & socios. g ¶Præpara foris opus tuum, &c.) Quid est præparato opere agrum diligenter exercere, nisi euulsis iniquitatis sentibus, actionem nostram ad frugem retributionis excolere? Et quid est post agri exercitium ad ædificium domus redire, nisi quòd plerunq; ex bonis operibus discimus, quantum vitæ mundiciam & in cogitatione construamus? Ille quippe bonæ mentis domum ædificat, qui primùm agrum corporis à spinis vitiorum purgat: ne si desideriorum sentes in carnis agro proficiant, intus tota virtutum fabrica, fame boni crescente destruatur. h ¶Ne sis testis frustra contra proximum tuum &c.) Hæc ad exercitium agri nostri, id est, ad cultum bonæ actionis pertinent: Innocentem videlicet proximum falso testimonio non lædere: pec- D canti cuilibet fiduciam amplius peccandi adulando non tribuere, & malum pro malo non reddere. Sic enim fit: vt cùm primò actus exterius bene composueris, postmodum ad interioris quoq; hominis excolendam mundiciam pertingas: & quasi post exercitium agri & mentis, hoc habitaculum piis cogitationibus ornare, altiúsq; construere incipias. Quod quia reprobi facere dissimulant, rectè subditur. i ¶Per agrum hominis pigri transiui, &c.) Per agrum, vineamq; pigri ac stulti transire, est cuiuslibet vitam negligentis inspicere, quam vrticæ vel spinæ replent: quia in corde negligentium prurientia terrena desideria, & punctiones pullulant vitiorum: iuxta quod scriptum est: In desideriis est omnis ociosus. (Suprà. 21.d.) Et maceria lapidũ, in vinea vel agro stulti destructa iacet: cùm cœpta virtutum E munimina, vel improbitate hominum malorum deceptus: vel immundorum spirituum persuasione callida quisque negligens perdit.

COMMENTARIORUM Bedæ presbyteri in Parabolas Salomonis Liber tertius.

Caput XXV.

HAe quoq; parabolæ Salomonis &c.) Hinc nouo ordine loqui incipit: vt nõ sicut prius quasi ad audientem verbum faciat, sed secum ipse quid ratio veritatis habeat disputãdo pertractet: in quibus tamen legens F quisq; vel audiens quid appetere, quid cauere debeat, apertissimè dinoscat. Quas quidem parabolas viri Ezechiæ transtulisse referuntur: quia fortassis ad eius vsq; tempora, dispersæ habebantur à pluribus: prout ex ore sapientissimi regis semel dictas exceperant: sed per industriam illius collectæ in vnum: & in huius libelli sunt corpus insertæ. Notandũ sanè: quia in his parabolis multo sunt plura, quàm in cæteris per allegoriam dicta, ex collatione videlicet, rerum, quæ figuris aptæ esse videntur. l ¶Gloria dei est cælare verbum &c.) Gloria domini est in carne apparentis humanitatis suę infirmitatem, magis quàm diuinitatis æternitatem mortalium oculis ostendere: & se potius operũ miraculis ac mysticis locutionibus, quàm apertis assertionibus verbum, id est, dei filium fateri. Vnde multo sæpius in euangelio filium se hominis, quàm filium dei appellare cõsueuit. Et gloria fidelium eius discipulorum, est diligenter eius inuestigare sermonem, quo se deum etiam vbi patenter non dicit, mysticè significat: quale est illud: Ego & pater vnũ sumus: & cætera huiusmodi. (Ioan. 10.f.) Deniq; cælans verbi æternitatẽ, & prætendens carnis firmitatem, ait: Quem dicunt homines esse filium hominis? (Matt. 16.b.) Cui rei eximius inuestigator eius sermonis, quem antea sæpius audierat, respondit: Tu es Christus

filius dei

a lum sursum,& terra deorsum, & cor re-
b gum inscrutabile. Aufer rubiginem de ar
gento,& egredietur vas purissimum. Au-
c fer impietatem de vultu regis : & firma-
d bitur iustitia thronus eius. Ne gloriosus
appareas coram rege, & in loco magno-
rum ne steteris. Melius est enim vt dica-
tur tibi:ascende huc, quàm vt humilieris
e coram principe. Quæ viderunt oculi tui,
ne proferas in iurgio citò : ne postea e-
mendare non possis,cùm dehonestaueris
amicum tuum. Causam tuam tracta cum
amico tuo,& secretum extraneo ne reue-
les:ne fortè insultet tibi cùm audierit, &
exprobrare non cesset:Gratia & amicitia
liberant : quas tibi serua, ne exprobrabi-
f lis fias. Mala aurea in lectis argenteis,
qui loquitur verbum in tempore suo.
g Inauris aurea,& margaritum fulgens:qui
arguit sapientem, & aurem obedientem.
h Sicut frigus niuis in die messis:ita legatus
fidelis ei qui misit eum,animam illius re-
i quiescere facit.Nubes & ventus, & plu-
uiæ non sequentes, vir gloriosus & pro-
k missa non complens. Patientia lenietur
princeps:& lingua mollis confringet du-
l ritiam. Mel inuenisti, comede quod suf-
ficit tibi, ne fortè satiatus euomas illud.
m Subtrahe pedem tuum de domo proxi-
mi tui, ne quando satiatus oderit te. Ia-
culum & gladius,& sagitta acuta, homo
qui loquitur

G filius dei viui. Nec paruam hac inuestigatione meruit gloriam:nam protinus audiuit:Beatus es Simon Bariona,& cætera. a ¶Cœlum sursum,& terra deorsum,&c.) Sicut altitudo cœli,& profunditas terræ coniici ab hominibus non potest,ita scientia prophetarum & apostolorum, qui arcana diuinitatis spiritusancto reuelāte cognouerunt,nostræ fragilitatis capacitatem transcendit. b ¶Aufer rubiginem de argēto,& egredietur.&c.)Aufer literæ superficiem de sacro eloquio,& inuenies sensum purissimum sub vilitate literæ reconditum:& sub carnalium figuris ceremoniarum,spiritualia latuisse mysteria. c ¶Aufer impietatem de vultu regis &c.) Aufer impietatem persequendi Christianosde animo Sauli,vel alterius cuiuslibet æmulatorū legis, & cùm Christum prædicare cœperint,firmabitur iustitia cathedræ doctrinæ eorum, (Acto.9.a.) H quam prius ad ruinam sua impellebat impietas,quandiu iustitiæ dei repugnantes,suam præponere certabant.Iterum: Aufer impietatem de vultu regis, & firmabitur iustitia thronuseius. Qui enim præsunt populis: si volunt firmum esse solium suum,semper hilaritate & gratia plenos vultus exhibeant, ne per arrogantiam rigidiores effecti, in mussitationem incidant plebis. d ¶Ne gloriosus appareas coram rege,& in loco magnorum &c.) Superius præsulem monuit,nunc subditū: nam sicut illi dixit,vt hilares vultus ostendat subiectis:ita hunc admonet, ne in conspectu maiorū arrogans appareat, sed potius in mediocri loco superius euocari mereatur, cui simile est illud dominicum:Cùm inuitatus fueris ad nuptias, non discumbas in primo loco, & cætera. (Lucæ.14.b.) Possumus autem in rege & I principe,dominum significatum intelligere, in cuius conspectu nos semper humiliari necesse est, monente Apostolo Petro qui ait:Humiliamini igitur sub potenti manu dei, vt vos exaltet in tempore visitationis. (1.Pet.5.b.) e ¶Quæ viderunt oculi tui, ne proferas in iurgio citò, ne postea emendare non possis,&c.) Et in euangelio dominus ait:Si peccauerit in te frater tuus,vade & corripe eum inter te & ipsum solum, & cætera. (Matt.18.b.) f ¶Mala aurea in lectis argenteis, qui loquitur verbum &c.) Sacra eloquia rectissimè lectis comparantur argenteis:lectis videlicet, quia requiem præstant animabus audientium. Argenteis autem:quia splendida fulgent virtutibus patrum. Vnde scriptum est : Eloquia domini,eloquia casta:argentum igne examinatum. (Psal.11.b.) Quorum ornatui lectorum,mala superaddit aurea,quisquis eadem diuina eloquia, & spiritualibus plena sensibus & mysteriis exponendo demonstrat.Qui nimirum sensus aptè mala vocantur,quia de arbore vitæ,id est,dei sapientia sunt orti. Aptè aurea mala: quia noticiam amoremq; perpetuæ claritatis, mentibus infundunt. Mala ergo aurea in lectis argenteis, qui loquitur verbum in tempore suo:quia qui verbum dei opportunè nouit iuxta audientium capacitatem prædicare : modo exempla ac dicta patrum,per quorum custodiam ad requiem perueniatur æternam, iuxta literam replicat : modo suauiores in his sensuum spiritualium fructus, quibus pia audientium desideria pascat,remoto literæ velamine pandit. g ¶In-

auris aurea,&c.) Rectè humilis auditor inauri comparatur K aureæ : quia dum libenter increpanti ac docenti aurem accommodat, iam sese ad recipiendum claritatem sapientiæ cœlestis præparat:iam supernæ lucis visioni appropiat. Rectè magister eruditus, margarito fulgenti assimilatur, quia dum emendationem morum,dū supernorum sciētiam desiderātibus ac piè quærētibus animis ostēdit:quasi aureo ornatui maiorem insuper gratioremq; fulgorem gemmæ ardentis annectit. h ¶Sicut frigus niuis in die messis &c.) Importunum videtur omnimodis tempore messis ningere. Nam & infrà legimus:Quomodo nix in æstate,& pluuia in messe,sic indecens est stulto gloria. (Infra.26.a.) Sed tamen in feruentissimis Palæstinæ regionibus non parū delectabile est metētibus,si subitò frigus quomodo in niue solet,adueniat:quod incendia solis aliquantum refrigeret,sudorem laborantiū tergat,ardentes temperet anhelitus. L Cui rectè frigori legatus assimilatur fidelis:q mentem eius qui se misit, prudenter agendo repausat. Mysticè autem,legatus fidelis,doctor est catholicus: q autem mittit eum,dominus. (Mysticè.) Porrò dies messis in æstu, tēpus est prædicationis inter furores persequētium. De quo dictum est: Messis quidem multa, operarij autē pauci. (Matt.9.d.) Frigus niuis in messe,aliquantula est quies prædicātium à persecutione repugnātium. Rectè ergo dicitur:Sicut frigus niuis in die messis:ita legatus fidelis ei qui misit eum,animā illius requiescere facit : quia sicut optabile est prædicatoribus verbi, cùm ab infidelium rabie fortè aliquid refrigerij accipiunt:nec facultas docēdi negatur : ita ipsi qui ad prædicandum eos misit domino gratum esse constat:cùm susceptam ab eo legationem,etiam inter aduersa obsistentium fideliter complent. M Deniq; vt Lucas refert:Reuersis à prædicationis officio discipulis,exultans spiritusancto, patri gratias obtulit dicens: Confiteor tibi domine pater cœli & terræ.&c. (Lucæ.10.d.) i ¶Nubes & ventus &c.)Huic simile videtur quod superius ait:Ne lactes quenquam labiis tuis.Sed ille versiculus specialiter hoc continet,ne promittendo hominem suscipias:& non cōplendo decipias.Iste verò versiculus & hoc continere potest, & illud quod dicit Apostolus : Habentes speciem pietatis,virtutem autem eius abnegantes. (1.Tim.3.a.) k ¶Patientia lenietur princeps:&c.)Quànuis dominum peccando offendisti,potes tamen eius mereri clementiam, si patienter aduersa quæ tibi pro peccatis irrogantur pertuleris,humilisq; satisfactione duritiam domaueris contumaciæ prioris. l ¶Mel inuenisti,&c.)Dulcedinem inuenisti cœlestis intellectus:quæ spiritualium patrum officio,quasi prudētissimarum apium tibi labore ministratur: vide ergo ne in ea plus sapere appetas,quàm oportet sapere:ne dum summa intelligere vltra vires quæris:etiā quæ bene intellexeras, amittas. Potest autem in hoc versiculo typicè dictum intelligi,quod in sequenti apertè subiicitur. m ¶Subtrahe pedem tuum de domo prox.&c.)Et si etiam proximi cuiuslibet allocutionem vel visitationem melle dulciorem inuenisti:melius tamē est vt rarius veniendo facias eum semper tuum diligere aduētum:quàm vt vel vna vice tamdiu cum illo maneas,vel totiens ad

qui loquitur contra proximum suum fal-
a sum testimonium. Dens putridus,& pes
lassus,qui sperat super infideli in die an-
gustiæ, & amittit pallium in die frigoris.
b Acetum in nitro,qui cantat carmina cor
di pessimo.Sicut tinea vestimento & ver-
mis ligno,ita tristitia viri nocet cordi. Si
c esurierit inimicus tuus,ciba illum: si sitie-
d rit,da ei aquam bibere.Prunas enim con
gregabis super caput eius,& dominus red
e det tibi.Vetus Aquilo dissipat pluuias, &
facies tristis linguam detrahentem. Me-
f lius est sedere in angulo domatis, quàm
cum muliere litigiosa & in domo cómu-
g ni. Aqua frigida animæ sitienti,& nunti-
us bonus de terra longinqua. Fons turba
h tus pede,& vena corrupta, iustus cadens
i coram impio.Sicut qui mel comedit mul
tum,nō est ei bonum: sic qui scrutator est
maiestatis,opprimetur à gloria Sicutvrbs
k patens, & absque murorum ambitu, ita
vir qui non potest in loquendo cohibere
spiritum suum.

Caput XXVI.

l Quomodo nix in æstate, & pluuia
in messe,sic indecens est stulto glo
m ria. Nam sicut auis ad alta trans-
uolans,& passer quo libet va-
dens,sic

A tiēs ad eū venias,donec te videre fastidiat,& ne redeas quærat. (Hiere.17.a.) a ¶Dens putridus,&c.)Et Hieremias ait:Maledictus qui spem suam ponit in homine, & ponit carnem brachium suum.Qui rectè denti putrido & pedi lasso cōparatur,quia qui illud vnicum hominis bonum,hoc est,adhærere deo, & ponere in deo spem suam nescit iste nec vitæ percipere cibum, nec ad mansionem potest desideratæ salutis pertingere. Et talis amittit pallium in die frigoris, quia & si in serenitate vitæ præsentis,habitu religionis videtur indutus,vbi tamen districtio iusti iudicij ingruerit,nudus omnimodis ab ornatu iustitiæ patebit,nec eorum cōsortio dignus de quibus scriptū est:Beatus qui vigilat & custodit vestimenta sua,ne nudus ambulet, & videant turpitudinem eius. b ¶Acetum in nitro,&c.)Nitrū à Nitria prouincia, vbi maximè nasci solet,nomē accepit. (Nitrum.) Nec multū à salis āmoniaci specie distat : B nam sicut salē in littore maris feruor conficit solis durando in petram aquas marinas,quas maior vis ventorū,vel ipsius maris feruor in littoris vlteriora proiecerit:ita in Nitria vbi æstate pluuiæ prolixiores tellurem infundūt, adest ardor sideris tantus,quòd ipsas aquas pluuiales per latitudinem arenarum concoquat in petram,salis quidem vel glaciei aspectui simillimam,sed nil gelidi rigoris,nil salsi saporis habentē,quę tamen iuxta naturā salis,in caumate durare,& in nubiloso aere fluere ac liquefieri solet: Hanc indigenæ sumentes seruant, & vbi opus extiterit,pro lomento vtuntur, Vnde Iudææ peccanti dicit ꝓpheta:Si laueris te nitro,& multiplicaueris tibi herbam borith:maculata es iniquitate tua,dicit dominus deus. (Hiere.2.c.) Crepitat autem in aqua quomodo calx viua:& ipsum quidē disperit,sed aquam lauationi habilem reddit : cuius natura C cui sit apta figuræ,cernens Salomon ait:Acetum in nitro, & qui cantat carmina cordi pessimo. Acetum quippe si mittatur in nitrum,protinus ebullit:& peruersa mens, quādo per increpationem corripitur,aut per prædicationis dulcedinē bona suadentur,de correptione fit deterior,& inde in murmurationis iniquitatem succenditur,vnde debuit ab iniquitate compesci. c ¶Si esurierit &c.) Et de corporalibus alimentis,& de spiritualibus potest intelligi. d ¶Prunas enim &c.) Non de incendiis pœnarum dicit : neq; enim doceret sapiētia,vt bona faciēdo inimico,perditionis eius causam ministrares:sed per prunas super caput eius,ardorē charitatis in corde eius significat. Fit enim nonnunquam, vt inimicus crebris victus beneficiis,odiorum rigore emollito,calorem in mentem charitatis excipiat : ac de inimico amicus fieri,& eū quem iniustè oderit,redamare incipiat. e ¶Vētus Aquilo &c.) Si hilari vultu audieris detrahentem,tu illi das fomitem detrahendi:si verò tristi vultu hæc audias, vt dixit quidam vir dei:Discit non libenter dicere, quod didicerit non libenter audiri. f ¶Melius est sedere &c.) Doma,excelsus & secretus est locus:quod enim Δῶμα Græcè,latinè dicitur tectum. (Doma.) Deniq; in Actibus Apostolorum,vbi Petrus in superiora ad orandum ascendit:pro superioribus,in Græco Δῶμα scriptum est:(Acto.10.a.) Melius est ergo in altitudine virtutum manere quempiam liberum à vinculis vxoriis,& à seculi huius secretum desideriis,quàm cum carnali vsu voluptatis quotidianis nefariæ mulieris contumeliis affici. D g ¶Aqua frigida &c.) Dicit Psalmista: Sicut ceruus desiderat ad fontes aquarū,ita desiderat anima mea ad te deus. (Psal.41.a.) Aqua ergo frigida quæ sitienti ardorem restringit:& nūcius qui de longe veniens,noua quælibet & inopinata gaudia portat,assimilantur:quia & dulcedo diuinæ visionis animam diu desiderātem consolatur,atq; ab æstu præsentium tribulationū liberam reddit.Et angeli quotidie de terra longinqua,hoc est, à superna patria descendētes in mundum,iustos vel inter tentationes spe cœlestium roborant, vel finitis tentationum certaminibus,ad palmam perpetuæ retributionis inducūt. h ¶Fōs turbatus pede,& vena &c.)Fōs & vena vitæ,est os & lingua iusti qui meditatur sapientiam,& loquitur iudicium.Et si hunc à diabolo superari atq; incassum redigi contigerit : meritò fons turbatus,aduersario conculcante, & vena dicit esse corrupta. E Euenit enim sæpe vt qui maiori scientia præditi fulgebāt, ad vltimum plus volentes sapere, quàm fragilitati humanæ cōcessum est,in insipientiæ foueā decidant. Vnde consequenter adiungitur: i ¶Sicut qui mel comedit &c.) Dulcedo enī mellis,si plusquam necesse est,sumitur:vnde delectatur os,inde vita necatur.Dulcis quoq; est requisitio maiestatis,sed qui plus hanc scrutari appetit,quàm humanitatis agnitio ꝑmittit, hūc ipsa eius gloria premit:quia velut mel sumptum immoderatè, perscrutantis sensum dum non capitur rumpit.Non hoc autem solum quisq; sapiens attendere debet,ne altiora se quærat,& ne fortiora se scrutatus sit:verumetiam ne ea quæ rectè atq; vtiliter scire potuit,immoderatis sermonibus sibimet minus vtilia reddat. Vnde adhuc aptè subnectitur. k ¶Sicut vrbs patens,& absq; murorū &c.) F Si enim murum silentij non habet,patet inimici iaculis ciuitas mentis,& cùm se per verba extra semetipsam iacit,apertam se aduersario ostendit,quam tanto ille sine labore superat, quanto & ipsa quæ vincitur contra semetipsam per multiloquium pugnat.

Caput XXVI.

l Quomodo nix in æstate &c.) Hic versiculus,ne indoctis honor docēdi committatur,præmonet. Nix nanq; æstate,& pluuię in messe,sunt persecutiones infidelium in tempore prædicationis euangelicæ:quę dum grauiores fortè insistunt,& calorem in multis impediūt dilectionis,& fruges bonæ operationis fœdāt. Quibus rectè gloria quæ stulto confertur esse similis asseueratur:quia si indocto cathedra docendi tribuitur,æquè similiter per hoc ecclesia vt infidelium persecutione læditur,quod esse verissimum Arianæ tempestatis calamitas probauit.
m ¶Nam sicut auis &c.) Verba quidem rectè auibus comparantur,quòd sonando per aera transuolent ab ore videlicet loquentis,ad aures vsq; audientis.Sed distant in eo, quia potest fieri,vt auis quo libet volans,eo loco resedeat, vbi nil ei certæ necessitatis aut vtilitatis suppetat: Verba autē quæ loquimur,non quo libet,dispersa in ventū defluunt atq; euanescunt,sed in authorem suum cuncta reuertuntur,& vel bene prolata iuuant loquentem,vel malè ædita grauant. Itaq; si pro omni verbo etiam ocioso rationem in die iudicij reddere cogamur:

dere cogamur: quanto magis autem maledicta, non solũ ea
1.Cor.6.b. quæ malitiosa mente in insontem iaculantur, verùm etiam
illa quæ negligentium consuetudine passim in quoslibet pferuntur, non alium sed ipsum maledicum opprimunt? Neq; enim maledici regnũ dei possidebunt. Non autem sine causa dicit maledictum frustra prolatum. Est enim maledictum iuxta diuinæ districtionis iram in impios emissum: vt est illud beati Petri in Simonem Magũ. Pecunia tua tecum sit in perditionẽ: & ea quæ in apostatas & hæreticos ecclesiastica animaduersione proferuntur anathemata.
Acto.8.d. De quibus dominus eidẽ eccle
siæ dicit: Quæcunq; alligaueris
Matt.16.b. super terram, erunt ligata & in cœlis. a ¶Flagellum equo, &c.) Et quid per equum, nisi superbum? & quid per asinum, nisi luxuriosum quemlibet figurat? Et ideo necesse est vt per diuinũ flagellum, elatio humilietur superborum: vt per infirmitatem
H carnis, velut per chamum, cohibeatur voluntas lubricorum: vt qui sponte conuerti nolunt, coacti flagellis conuertantur à vi-
Psal.31.c. tiis: sicut ait propheta. Camo & freno maxillas eorũ cõstringe, qui non approximant ad te. b ¶Ne respõdeas stulto &c.) Non hæc inuicem sibimet contraria debent videri, non respõdere stulto iuxta stultitiam ei?: & respondere stulto iuxta stultitiam eius: vtrunq; enim pro tẽporum & personarũ diuersitate concordat, dum & stultus contẽnitur: quia non percipit sapientiam: & stulta superbia alia de-
3.Cor.12.d. cutit stultitia, iuxta quod Apostolus dicit: Factus sum insipiẽs vos me coegistis. c ¶Claud? pedibus, &c.) Potest fortè euenire, vt sapiẽs quilibet stultũ in legationem mittat, nesciẽs quia
I stultus est, nec tamen ipse sapiẽtiæ suæ gloriã perdat, in eo q̃ de ignoto bonũ quod audierat, credidit. Sed qui hæreticũ sciẽs mittit ad prædicandum populis, claudus est pedib?, & iniquitatem bibens: quia & operis boni foris incessum amisit, & interiora sui sensus haustu stultitiæ deebriat. d ¶Quomodo frustra claudus &c.) Sicut enĩ frustra claudus habet tibias, cùm ambulare non valet: ita indecẽs est in ore cuiuslibet qui indignè se agit sermo compositus, dum per degenerem vitam stultus potius quàm sapiens esse approbetur. e ¶Sicut qui mittit lapidem &c.) Qui insipienti, id est, hæretico, honorem docẽdi confert, non minus delinquit, quàm qui deos ac delubra gentilium cultu veneratur inani. f ¶Quomodo si spina nascatur &c.) Spina in manu nascitur temulenti, cùm in operibus qui carnalibus seruit illecebris, punctiones oriũtur sce lerum. Quibus rectè parabola quam stultus proponit assimilatur, quia & si verba prudentiæ stultus dicere nouit: in his tamen vitiorum punctiones, quibus vel seipsum, vel proximũ lacerat, vitare non nouit. Sæpe nanq; doctor imprudẽs in eo quòd bona dicit aut sancta, occultè suam laudem ab hominibus, aut vituperationem quærit aliorum. g ¶Sicut canis K
qui reuertitur &c.) Canis cùm vomit, profectò cibum q̃ pe-
ät? deprimebat, eiicit: sed cùm ad vomitũ reuertitur, quo leuatus fuerat, rursus oneratur. Et qui admissa plangũt, profectò nequitiam de qua malè satiati fuerant: & quæ mẽtis intima deprimebat, cõfitẽdo proiiciunt: quam post confessionem dum appetũt, resumũt. h ¶Vidisti hominem &c.) Hoc exponẽs dominus ait: In iudiciũ ego Ioan.9.g.
in hũc mundum veni, vt qui nõ vident, videãt: & qui vidẽt, cęci fiant. i ¶Dicit piger, &c.) Multi cùm verbum exhortationis audiunt, causantur de diabolo, dicentes velle quidẽ se viam iustitię incipere, sed impediri à satana, ne hãc perficere possint. Sicq; huiusmodi excusatiõis ser monib? semper in lecto sui corporis, sicut ostiũ in cardine vertũtur, & modo exire ad operãdum, modo ad quiescendũ redire proponentes, in suis iacere prauitatibus nunquam desistũt. L
k ¶Abscõdit piger manus sub ascella, &c.) Per manum quippe operatio, per osverò locutio designatur. Pigro labor est ad os suum manum suam porrigere, quia desidiosus quisq; prædicator nõ vult hoc operari quod docet. Manũ quippe ad os porrigere, est voci suæ prædicationis opera concordare. l ¶Sapiẽtior sibi piger videtur, &c.) Septem viros loquentes sententias, illos dicit qui septiformis spirit? gratia pleni, sanctæ scripturæ nobis scientiam ministrare rerũt. Quibus se sapientiorem stult? arbitratur: quia sæpe nõnulli adeo mentem ab agendis his quæ dominus præcepit, deficientes auertunt: vt ne hæc q̃dem omnia, vel posse ab homine, vel debere impleri contendant: & quasi sapientiores his q̃ diuina eloquia scripserũt, ea homi-
M nem facere non posse autumant, quæ illi dictante spiritu sancto, hominẽ facere iusserũt, imò etiam quę multos homines iuuante spiritus eiusdem gratia perfeciſſe monstrauerunt.
m ¶Sicut qui apprehendit auribus canem, &c.) Dicit Apo-
2.Time.2.c stolus: Noli verbis contendere: ad nihil enĩ vtile est, nisi ad subuersionem audiẽtium. Quicũq; ergo duplex sensu est, & duob? inter se iurgantibus, mordaci sermone capta fuerit auricula eius, citò incipit & ipse quasi canis latrare, & contẽtiones generare, sed hoc sapiens omnimodo vitat. n ¶Verba susurronis &c.) Susurronem, incentorem litis & bilinguem appellat, qui simulat laudem verborum, & quærit audire vnde iurgia seminet. o ¶Quomodo si argento sordido orna.&c.) Quid per argentum sordidum, nisi scientia corrupta, & quid per vas fictile, nisi cor carneum designatur? Quod dum de ipsa falsa scientia se ornare satagit, in sua locutione contra veritatem tumet, atq; per elationem magister erroris fit.
p ¶Labiis suis intelligitur inimicus, &c.) Inimicus iste potest hæreticus non incongruè accipi, qui cùm verba prædicationis

dens, sic maledictum frustra prolatum in
a quempiam superueniet. Flagellum equõ, & chamus asino, & virga in dorso impru
b dentium. Ne respondeas stulto iuxta stultitiam suam, ne efficiaris ei similis. Respõde stulto iuxta stultitiam suam, ne sibi sa-
c piẽs esse videatur. Clãudus pedibus, & iniquitatem bibens, qui mittit verba per nũ-
d cium stultum. Quõmodo frustra claudus pulchras habet tibias, sic indecens est in
e ore stultorum parabola. Sicũt qui mittit lapidem in aceruum mercurij: ita qui tribuit insipienti honorem. Quomodo si spi-
f nã nascatur in manu temulenti, sic parabola in ore stultorum. Iudicium determinat causas: & qui imponit stulto silentium,
g iras mitigat. Sicut cãnis qui reuertitur ad vomitum suum: sic imprudens qui iterat
h stultitiam suam. Vidisti hominem sapientem sibi videri, magis illo spem habebit
i stultus. Dicit piger, leo est in via: & leæna in itineribus. Sicut ostium vertitur in cardine suo, ita piger in lectulo suo. Abscon-
k dit piger manus sub ascella, & laborat si ad os suum eas conuerterit. Sapientior si-
l bi piger videtur septem viris loquentibus
m sententias. Sicut qui apprehendit auribus canem, sic qui transit impatiens, & commiscetur rixæ alterius. Sicut noxius est qui mittit lanceas & sagittas in mortem: ita vir qui fraudulenter nocet amico suo, & cùm fuerit deprehensus, dicit, ludẽs feci. Cùm defecerint ligna, extinguetur ignis & susurrone subtracto, iurgia conquiescũt. Sicut carbones ad prunas, & ligna ad ignem, sic homo iracundus suscitat rixas.
n Verba susurronis quasi simplicia, & ipsa peruenium ad interiora ventris. Quomo-
o do si argẽto sordido ornare velis vas fictile: sic labia tumentia cum pessimo cor-
p de sociata. Labiis suis intelligitur inimicus, cùm in corde tractauerit dolos. Quãdo submiserit

A cationis suæ ficta humilitate submittit, corda innocentium & minus intelligentium demulcendo seducit. a ¶Lingua fallax non amat veritatem, &c.) Lingua fallax, prædicatio est mendax. Os lubricum, sermo fucatus, atq; à luce iustitiæ alienus.

Caput XXVII.

b NE gloriẽris in crastinum, ignorans quid superuentura pariat dies &c.) Ne securus sis aliquando de futuro tempore: quia & si hodie te domino seruire conspicis, qualis esse in futuro possis, & quomodo vitam finire, prorsus præuidere non vales. Beatus enim homo qui semper est pauidus. c ¶Graue est saxum, &c.) Graue quidem satis est, quenquam vel vno aliquo crimine capitali quasi pondere saxi deprimi, vel quasi gla
B reis arenæ, innumeris peccatis leuioribus onerari, sed vtroq; grauior ira est stulti. Quia nimirum hæc quò certius quàm sint mala, patescunt: eo acrius animum vt castigetur compungunt. Ira verò quia non corporale, sed spirituale est vitium; quo minus deprehenditur, eo amplius grauat. Vnde non absolutè iram, sed iram stulti dicit saxo & arena grauiorem. Nam sapientes quomodo actus suos ac sermones, ita mentis quoq; motus solerter examinare & castigare satagunt.
d ¶Ira non habet misericordiam, &c.) Non de omni ira dicit
Exod.11.c. nam de mitissimo ac modesto viro scriptum est: Quia exiit à Pharaone frat? nimis: sed de ira stulti, cuius in priori versiculo meminerat, quæ vbi excanduerit, mox viscera pietatis amittit, & furori tantum suo nouit frena laxare. Alioquin de vtili ac
Eccles.7.a. necessaria ira dictum est: Melior est ira risu: quia per tristitiã
C vultus, corrigitur animus delinquentis. e ¶Melior est manifesto. &c.) Amorem absconditum, hoc loco amorem dicit illicitum, vt est amor adulterinus, qui ob sui turpitudinem meritò sapientibus ne redarguatur, absconditur. Cui sure manifesta correctio præfertur, q̃a absq; vlla contradictione meliusest quempiam desiderio cor rigendi palàm corripere, quàm studio simul peccandi clanculò diligere. f ¶Meliora sunt vulnera diligentis, &c.) Melius est à domino, qui nos vt filios pater erudire consueuit, vulnera afflictionum perpeti, quàm diaboli blandimentis decipi: qui vt nos cœlesti hæreditate priuet, nostris fauere solet erratibus, quasi leue sit malum quod agimus, & vltra modum peccatorum nostrorum sæuiens tribulatio, quam domino dispensante toleramus.
g ¶Anima saturata calcabit fauum &c.) Anima diuitum, q̃
Lucæ.6.d. habent consolationem suam, & quibus dicitur à domino: Væ vobis qui saturati estis, quia esurietis: spernit auditam cœlestis regni dulcedinem. Anima autem eorum qui esuriũt & D
sitiunt iustitiam, etiam aduersa seculi pro domino, imò etiã ipsam mortem perpeti, dulce habet: sciens se per poculum amaritudinis ad gaudia perpetuæ salutis esse venturam.
h ¶Sicut auis transmigrans de nido &c.) Sicut auis quę negligit oua, siue pullos quos fouerat, aliarũ auium vel animãtium raptui dimittit: sic nimirũ ille qui custodiam virtutum in quibus proficiebat, deserit: earundem virtutum quas habere videbatur, immundis spiritib?, ipse proditor existit. Vnde aliàs
Eccles. 10.a dicit: Si spiritus potestatem habentis ascenderit super te, locũ tuum ne dimiseris. Quod est apertè dicere: Si principis mũdi, id est diaboli tentatio tibi fortè institerit, caueto solicitus, ne à bona operatione cui insudabas desistas. i ¶Vnguento & variis &c.) Vnguentum est nitor gloriæ de conscientia pura, siue charitas diuinitus in corda E
electorum diffusa. Varij verò odores, opinio optima ex diuersitate virtutum fragrans.
k ¶Amicum tuum, &c.) Amicus cuiusq; electi monachi, pater est spiritualis, qui ob hoc q̃ ei consilium beneviuendi præbet, amicus eius non incongruè dicitur. Ob id verò quod in his præceptis eisdem spiritualis doctor paret, amicus domini, qui pater est omnium electorum, rectè appellatur. Sed sicut perniciosum est eidem monacho à consortio sancti patris discedere: ita deterius illi est in die afflictionis suæ, qua se in conspectu dei mortificare studet, domum fratris sui ingredi, id est, propinquorum suorum seculariter viuentium societatem appetere. l ¶Melior est vicin?
Lucæ.10.c. iuxta, quàm frater procul, &c.) Melior tibi est vicinus aliquis, F
qui tibi animum fraterna societate connectit, quàm germanus frater qui iura fidei & pietatis communia tecum habere negle xerit. Quòd dominus in parabola vulnerati à latronibus, eius q̃ descendebat ab Hierusalem in
Lucæ.10.c. Hiericho, & Samaritani qui cu ram egit illius, manifestè probauit. m ¶Qui benedicit, proximo suo voce grandi &c.) Vo ce grandi proximo benedicit q̃ eum fauore superfluę laudis extollit, vel malis videlicet actib? eius contra iustitiã fauendo, vel bona plus iusto laudando. Sed hic maledicenti assimilatur: qa plurimum lædit eum, cui laudando siue in mala actione confidentiam tribuit, seu in opere recto simplicitatem puri cordis minuit, vt videlicet bonũ quod supernæ mercedis intuitu inchoarat, transitoriæ laudis amore consumat. n ¶Ferrum ferro acuitur, &c.) Satis bona est collatio & consilio sapientium, vbicunq; se inuicem consulendo instruunt, ferrũ ferro acuitur. o ¶Qui seruat ficum, comedet &c.) Ficum seruare, est legem diuinitus constitutam, inoffenso pedis opere

do submiserit vocem suam, ne credideris ei, quoniam septem nequitiæ sunt in corde illius. Qui operit odium fraudulenter, reuelabitur malitia eius in concilio. Qui fodit foueam, incidet in eam: & qui voluit lapidem, reuertetur ad eum. Lin-
a gua fallax non amat veritatem, & os lubricum operatur ruinas.

Caput XXVII.

b NE gloriẽris in crastinum, ignorans quid superuentura pariat dies. Laudet te alienus, & non os tu-
c um: extraneus, & non labia tua. Grãue est saxum, & onerosa arena, sed ira stulti
d vtroq; grauior. Ira nõ habet misericordiam, nec erumpens furor, & impetum
e concitati ferre quis poterit? Mẽlior est manifesta correctio, quàm amor absconditus. Meliorã sunt vulnera diligentis, quàm fraudulenta odientis oscula. Anima saturãta calcabit fauum: & anima esuriens etiam amarum pro dulci sumet.
h Sicũt auis transmigrans de nido suo, sic vir qui derelinquit locum suum. Vnguen
i tũ & variis odoribus delectatur cor, & bonis amici consiliis anima dulcoratur.
k Amicũm tuum, & amicum patris tui ne dimiseris, & domum fratris tui ne ingre
l diaris in die afflictionis tuæ. Mẽlior est vicinus iuxta, quàm frater procul. Stude sapientiæ fili mi, & lætifica cor meum: vt possis exprobranti respondere sermonem. Astutus videns malum, absconditus est: paruuli transeuntes sustinuerunt dispendia. Tolle vestimentum eius qui spopondit pro extraneo: & pro alienis auferm ei pignus. Qũi benedicit proximo suo vo ce grandi de nocte consurgens, maledicẽti similis erit. Tecta perstillantia in die frigoris, & litigiosa mulier comparantur. Qui retinet eam, quasi qui ventum tenen at, & oleum dexteræ suę euacuet. Fẽrum ferro acuitur, & homo exacuit faciem a-
o mici sui. Qui seruãt ficum, comedet fructus eius: & qui custos est domini sui, glorificabitur.

G dis opere custodire:quod qui fecerit,comedet fructus eius, dum æternam obedientiæ suæ recipiet mercedem.
a ¶Quomodo in aquis resplendent vultus prospicientium, &c.) Aquæ dicuntur sanctorum dogmata,in quibus doctores vel auditores,velut in speculo vultus suos prospiciunt: dum non solum in actione, sed etiam in cogitatione fœditatẽ suam recognoscunt. b ¶Infernus & perditio non replebũtur,&c.) Inferni tormenta non replebuntur,terminum accipiendo: similiter & intentiones eorum qui humana sapiunt, insatiabiles sunt in desiderio peccandi.Qui & ideo sine fine pœnas luunt, quia voluntatem habuerant sine fine peccandi,si naturam haberent sine fine viuendi. c ¶Quomodo probatur in consla.&c.) Laus quippe iustos cruciat,iniquos exaltat,sed iustos dum cruciat purgat:iniquos dum lætificat, reprobos monstrat. d ¶Diligenter a-
H gnosce vultũ pecoris tui, &c.) Pastori dicitur ecclesiæ: Diligenter adhibe curam eis quib⁹ re præesse contigerit: agnosce animos actusq; singulorum,& si quid in eis vitij sordidantis inueneris,citius castigare memẽto. Non enim tu semper oues dominicas pascendi potestatem habebis, sed æterna est corona quam percipies, si commissum tibi gradum tuo tempore bene ministraueris. e ¶Aperta sunt prata,&c.) Aperta sunt modo pascua sacramentorum cœlestium, quæ diu fuerant typis præclusa legalibus. Apparuit nouus viror euangelicæ veritatis &gratiæ,collecta sunt in pabulum gregis dominici,scripta patrum veterum, ablata quidẽ Iudæis superbientibus,falce diuinæ animaduersionis,& humilibus ecclesiæ populis,ad spiri-
I tuale subsidiũ data. Iuxta quod
Matt.21.d. dominus ait illis: Auferetur,inquit,à vobis regnum dei,& dabitur genti facienti fructũ eius.
f ¶Agni sunt ad vestimentum tuum,& hœdi ad agri precium.) Agnos innocentes, hœdos pœnitentes nuncupat. Agnorum ergo vellere vestieris, dum bonis obedientium discipulorum moribus pastor ipse profeceris,eorũmq; laudabilia facta cernens, & in ornatu virtutum, & in calore dilectionis ipse gloriosior extiteris.Hœdis agrum comparabis, dum peccatores ad pœnitentiam vocando,sublimiorem tibi in terra viuentium locum acquires. g ¶Sufficiat tibi lac caprarum in cibos tuos,& in necessaria domus tuæ,& ad victum &c.) Tanta instantia pecus tibi commissum pasce,ne tibi lac æstate nouum ne frigore desit,sed tibi semper tuisq; sufficiat:id est, tam sedulò doctrinæ insta, vt etiam quosdam pœnitentes ad officium docendi proueh as, quatenus per illos qui pridem pro fœditate vitiorum ad si-

a rificabitur. Quomõdo in aquis resplendent vultus prospicientium,sic corda hominum manifesta sunt prudentibus. In
b fernus & perditio non replebuntur, similiter & oculi hominum insatiabiles.
c Quomodo probatur in conflatorio argẽtum,& in fornace aurum,sic probatur homo ore laudantis.Cor iniqui exquirit mala:cor autem rectum exquirit scientiam.
Si contuderis stultum in pila quasi ptisanas feriente desuper pilo, non auferetur
d ab eo stultitia eius. Diligẽter agnosce vultum pecoris tui,tuosq; greges considera:non enim habebis iugiter potestatem, sed corona tribuetur tibi in generatione
e & generatione. Aperta sunt prata,& apparuerunt herbæ virẽtes, & collecta sunt
f fœna de montibus. Agni sunt ad vestimentum tuum,& hœdi ad agri precium.
g Sufficiãt tibi lac caprarum in cibos tuos, & in necessaria domus tuæ, & ad victum ancillis tuis.

Caput XXVIII.

h Fugit impius nẽmine persequente: Iu-
i stus autem quasi leo confidens, absque terrore erit. Propter peccata terræ multi principes eius, & propter hominis sapientiam & horum scientiam quæ dicuntur, vita dulcis longior erit.
Vir pauper calumnians pauperes, similis est imbri vehementi in quo paratur fames.Qui derelinquunt legem,laudant impium: qui custodiunt,succenduntur contra
k eum. Viri mali nõ cogitant iudiciũ: qui autẽ requirunt dominum,animaduertunt omnia.Melior est pauper ambulans in simplicitate sua, quàm diues in prauis itineribus.Qui custodit legẽ,filius sapiens est:qui autẽ pascit comesatores, cõfundit patrem suum.Qui coaceruat diuitias vsuris & fœnore liberali,in pauperes congregat eas.Qui declinat aurẽ suam ne audiat
l legem, oratio eius erit execrabilis. Qui decipit iustos in via mala, in interitu suo corruet,& simplices possidebũt bona ei⁹.
Sapiẽs sibi videtur vir diues, pauper autẽ
m prudens scrutabitur eum. In exultãtione iustorum exultatione iustorum,multa gloria est.) Quia videlicet non de præsentibus diuitiis,sed de æternis in futuro bonis exultant,non de rebus mundi quæ vident, sed de creatore mundi,cuius visionem sperant,lætantur, dicente psalmographo: Lætamini in domino, & exultate iusti. Vel certè in exulta- Psal.31.e.
tione iustorum multa fit gloria:quia quotiẽs electos in hac vita pro

K nistram iudicis videbantur esse ponendi,modo rationabiles & sine dolo,lac verbi paruulis sensu ministretur. Fit autem lac caprarum ad victum ancillis, quando hi qui nondum amore perfecto,sed adhuc timore seruili domino deseruiunt per exemplum vel verba eorum qui per pœnitentiam salui facti sunt,viuificis verbi epulis reficiuntur, atq; vt ad maiora virtutum proficiant incrementa iuuantur. Quidam hoc quod dictum est: Aperta sunt prata, Suprà eo.
& apparuerunt herbæ virentes, & collecta sunt fœna de montibus,agni aduestimentum tuum, & hœdi ad agri precium:ita exposuit: Aperta sunt monumenta apparuerunt corpora rediui Matt.27.f.
tũa,sequestrati sunt peccatores à sanctis,fœnum ad comburendum de locisexcelsis.Sequestrati sunt agni ad dexteram, hœdi ad sinistram: agni ad vestimentum regis,quia ipse dixit: Inhabitabo in eis:Hœdi pro precio Ibidé.25.c.
sanctorum, quibus nocuerunt, ignibus venundantur.

Caput XXVIII. L

h Fugit impius &c.) Qui nõ est in fide fortis, etiam si nullus persecutor insistat nonnunquam sponte fidem deserit:quando vel latrociniis, vel periuriis, vel fornicationibus, vel veneficiis,aliisq; huius mũdi sceleribus,se infideli similẽ reddit. i ¶Iustus autẽ &c.) In occursu bestiarum idcirco leo non trepidat : quia præualere se omnibus non ignorat. Vnde viri iusti securitas leoni rectè comparatur: quia contra se cùm quoslibet insurgere suspicit,ad mentis suæ confidentiam redit, & scit quia cunctos aduersantes superat,quia illum solum diligit,quem inuitus nullo modo amittit. k ¶Viri mali non cogitant iudicium, qui autem requirunt dominum, &c.) Omnia animaduertunt e- M
lecti:hoc est,& futurum esse discrimen vniuersalis iudicij, & quibus operibus requies, quibus pœna retribuatur æterna.
l ¶Qui decipit iustos in via mala,in interitu suo corruet,& simpli.&c.)Qui per doctrinam hæreticam decipit amatores iustitiæ vt à veritate deuient,ipse quidem pro malis suis pœnam quam meretur, incurrit: bona autem si qua gerebat, vel vtilia scribendo, vel continenter viuendo, aliis in adiutorium cedunt,eis nimirum qui hæc legẽtes siue audientes,exempla sibi salutis etiam ab eo quem persequi norunt,assumunt. m ¶In

A vita pro euẽtibus ecclesiæ prosperis exultare contigerit,multa domino gloria ex plurimorum fide,ac piis operibus datur.
a ¶Regnantibus impiis, &c.) Sicut multi gloriam deo dare incipiunt, cùm iustos in profectu virtutum gaudere conspiciunt, ita quotiens reprobi regnum tenent,multos suæ perfidiæ complices exhibent.Quod & de paganis & hæreticis, & de malis catholicis rectè potest accipi. b ¶Beatus homo qui semper &c.) Sequentis ira iudicij,tanto tunc districtior portabitur,quanto nunc inter culpas
Eccles. 11.c. minimè timet. Vnde alibi scriptum est: In die bonorum ne immemor sis malorũ,& in die malorum ne immemor sis bonorũ. Sic ergo vtraq; iungenda sunt, vt vnum semper ex altero fulciatur. c ¶Leo rugiens, &
B vrsus esuriens,&c.) Et de principibus paganis,& de hæreticis potest intelligi, qui populi pauperis,id est,sanctæ ecclesiæ, vel patientiam,vel sapientiam, ferina sæpe sæuitia tentant.
d ¶Hominem qui calumniatur animæ sanguinem, si vsque ad lacum fugerit, nemo sustinet &c.) Siue terram agri, siue terram corpusculi qui exercet, saturabitur : ille frumento, iste virtutibus,qui vtraq; spernit,replebitur egestate. e ¶Vir qui festinat ditari & aliis inuidet, ignorat quòd egestas superueniat &c.) Profectò enim qui augere opes ambit, & peccatum negligit,more auium captus,cùm escam terrenarum rerum auidus inspicit, cùm quælibet præsentis mundi bona desiderat: & quæ de futuro damna patiatur,ignorat. f ¶Cùm
C surrexerint impij, abscondentur homines, &c.) Eos hominesiustos appellat, qui videlicet iustum statutúmq; à domino humanæ conditionis ordinem seruant.Vnde in libro beati Iob, de pœnitente quolibet
Iob.33.d. peruerso dicitur:Respiciet homines,& dicet, peccaui . Quod est apertè dicere: Respiciet eos qui naturam humanæ creationis rectè custodiunt, & se peccando iumentis assimilatos esse cognoscunt. Patet ergo sensus : quia feruente impiorum persecutione,abscondentur sæpe fideles,vel non ausi , vel non permissi ad publicum procedere, dicente domino : Si vos
Matt.10.c. persecuti fuerint in ciuitate ista,fugite ad aliam. Vbi autem perditis autoribus persecutio cessauerit, augustior post pressuras fidelium gloria clarescit, Sed & infidelium plurimi vi-

a iustorũ multa gloria est:Regnantibus impiis,ruinæ hominum.Qui abscondit scelera sua,non dirigetur:qui autem confessus fuerit & reliquerit ea,misericordiam con
b sequetur.Beatus homo qui semper est pauidus:qui verò mentis est durę,corruet in
c malum.Leo rugiens,& vrsus esuriẽs,princeps impi⁹ super populum pauperẽ.Dux indigens prudentia,multos opprimẽt per calumniam:qui autem odit auaritiam,lõ
d gi fiẽt dies eius.Hominẽ qui cãlumniatur animæ sanguinem,si vsq; ad lacum fugerit,nemo sustinet. Qui ãbulat simpliciter, saluus erit: qui peruersis graditur viis,cõcidet semel.Qui operatur terram suam,saturabitur panibus,qui autem sectatur ocium,replebitur egestate. Vir fidelis multũ laudabitur:qui autem festinat ditari,non erit innocens.Qui cognoscit in iudicio faciem,non bene facit : iste & pro buccella
e panis deserit veritatem . Vir qui festinãt ditari & aliis inuidet , ignorat quod egestas superueniat ei. Qui corripit hominẽ, gratiam postea inueniet apud eũ , magis quàm ille qui per linguæ blandimẽta decipit.Qui subtrahit aliquid à patre suo & à matre , & dicit hoc non esse peccatum, particeps homicidæ est . Qui se iactat & dilatat,iurgia concitat:qui verò sperat in domino,saluabitur.Qui confidit in corde suo,stultus est:qui autem graditur sapien ter ipse,laudabitur. Qui dat pauperi,non indigebit:qui despicit deprecantem, susti
f nebit penuriam . Cùm surrexerint impij, absondẽtur homines: cùm illi perierint, multiplicabuntur iusti.Viro qui corripiẽtem dura ceruice contemnit,repẽtinus ei superueniet interitus, & eum sanitas non sequetur.In multiplicatione iustorũ lætabitur vulgus,cùm impij sumpserint principatũ,gemet populus.Vir qui amat sapientiã,lætificat patrem suũ: qui autem nutrit scortum,perdet substantiã.Rex iustus eriget terram,vir auarus destruet eam.

Caput XXIX.

g Homo q blãdis fictisq; sermonib⁹
h loquitur amico suo,rete expandit gressibus eius. Peccãtẽ virum iniquũ inuoluet laqueus, & iust⁹ laudabitur atq; gaudebit.Nouit iust⁹ causam pauperũ,impius ignorat sciẽtiam.Homines pestilentes dissipant ciuitatẽ,sapientes verò
i auertunt furorem.Vir sapiens si cũ stulto contenderit,siue irascatur,siue rideat,non inueniet requiem . Viri sanguinum oderunt simplicem,iusti autem quærunt ani-
k mam eius . Totum spiritum suum pro-
l fert stultus: Sapiẽs autẽ differt & reseruat in

sa infidelitatis damnatione, fi- D
dei gratiam suscipient, iuxta id quod scriptum est: Pesti- Prou.19.d.
lente flagellato, sapientior erit paruulus.

Caput XXIX.

Homo qui blandis fictisq; sermonibus &c.) Qui fictis sermonibus proximum laudat, illi quidem parat insidias, quibus periculum incauti operis aut verbi securior factus incidat. Sed videamus verum retia fraudulenta eum cuius gressibus expanduntur, an potius illum à quo expanduntur,inuoluant. Sequitur: h ¶Peccantem virum iniquum inuoluet laqueus, & iustus laudabitur atque gaudebit,&c.) Non ergo iusto laqueus peccantium, etiam si corporaliter perimat,nocet:ipsos autem reprobos insidiæ quas proximis parant,in perpetuũ damnant,gaudentibus iustis, ac re- E
ctum conditoris iudicium laudantibus, vel de sua ereptione, vel de perditione prauorum.
Denique clausulam prioris versiculi, antiqua æditio manifestè posuit:Retia circundat suis pedibus . Ex ambiguo enim Græco quod est παγιδεύσει vtrunq; interpretari potest.
Nam qui fodit foueam proximo suo,incidet in eam ipse,vt alibi dictum est. i ¶Vir sapi- Suprà.26.d
ens si cũ stulto contenderit,siue irascatur,&c.) Doctor sapiens si cum infideli & contumace cõtenderit,siue tormẽta reproborum,siue gaudia narret bonorũ frustra erga insensatum laborat. Siue lamenta pœnitentiæ suadeat, seu bonæ operationis quæ sint præmia dicat:non auditur à stulto. Hinc & apostoli
F Iudæis dicebant: Lamentauimus vobis,& non planxistis:ce Matt.11.b.
cinimus vobis,& non saltastis.
k ¶Totum spiritum suum profert stultus.)Impatientia impelente agitur,vt totus foras spiritus proferatur. Quem idcirco citius perturbatio eiicit: quia nulla interi⁹ disciplina sapientiæ circuncludit. l ¶Sapiens autem differt,& reseruat in posterum, &c.) Læsus enim in præsens, se vlcisci non desiderat,quia etiam tolerans parci optat,sed tamen vindicari omnia extremo iudicio non ignorat. Hunc locum antiqua translatio sic habet:Totam iram suam profert impius,sapiens autem discensat per partes: quia nimirum stultus ad vltionem sui, iræ perturbatione succenditur, sapiens autem paulatim eam maturitate consilij ac moderationis extenuat & excellit.

¶Pauper

G a ¶Pauper & creditor obuiauerunt sibi,vtriusq; illuminator &c.) Pauper est humilis verbi dei auditor : creditor autem , qui ei verbi eiusdem pecuniam prædicando committit.Qui obuiant sibi,cùm in vnam eãdemq; pietatis gratiam conueniunt. Et vtriusq; illuminator est dominus, quia neque ille sine diuinæ munere pietatis prędicare,nec iste potuit credere. Veridica nanq; manet veritatis sententia , quæ dicit: Ioan.15.a. Quia sine me nihil potestis facere. b ¶Rex qui iudicat pauperes in veritate,thronus eius in æternum firmabitur.) Et psalmista de Christo rege : Sedes Psal.44.b. tua deus in seculum seculi,virga æquitatis,virga regni tui. c ¶Virga atq; correctio tribuet sapientiam , puer autem qui dimittitur &c.) De hac virga Apostolus ad Corinthios ait: 1.Cor.4.d An vultis in virga veniã ad vos, an in spiritu mansuetudinis? Puer nanq; quem frequentissimè corripiendum & erudiendum H admonet,populus dei est,qui si non assiduis monitis & increpationibus sacerdotum fuerit castigatus , confusionem generat ecclesiæ: detrahentibus his qui foris sunt religioni fidei Christianę. Vnde rectè subiungitur. d ¶Cùm prophetia defecerit, dissipabitur populus &c.)Quia nimirum cùm cessauerit sacerdotalis eruditio,soluetur continuo disciplina diuinę legis:qua populus ad beatitudinis præmia pertingere debuerat. e ¶Seruus verbis non potest erudiri,quia quod dicis intelligit,&c.)Seruus,quilibet peccator , rectè quidem intelligens, sed in opere veritatis absq; flagelli disciplina respondere con Lucæ.12.f. temnens. De talibus ait veritas: Seruus sciens voluntatem domini sui & non faciens,dignè pla- I gis vapulabit multis. f ¶Vidisti hominem velocem ad loquendum, &c.) Graue quidem vitium stultitiæ, sed non leuius est verbositatis. Nam sæpe contingit vt idiota aliquis & ipsarum quoq; nescius literarum, citius verba salutiferæ correctionis accipiat,quàm is qui affluentia præditus sermonis, magis sua quæ nouit , vel quæ se nosse autumat, iactanter proferre, quàm dicta sapientium audire contendit. g ¶ Qui delicatè &c.) Qui delicatè à pueritia nutrit corpus suum,quod animo debuerat subiugare,is vbi ad annos adolescentiæ peruenerit,lasciuiosum hoc & indomabile sentiet. Hunc versiculum alia translatio pulchrè habet:Qui delitiatur à pueritia , seruus erit, nouissimè autem contristabitur. Namq; serò malorum pœnitet, qui se meminit noluisse in tenera adhuc ætate à suis voluptatibus ad regulam continere prudentium. h ¶Vir iracundus prouocat rixas,&c.) Ianua vitiorum omnium , iracundia est : qua clausa,virtutibus intrinsecus dabitur quies, aperta verò ad omne facinus armabitur animus. i ¶Qui cum fure participat,odit animam suam,&c.) Auditorem suum sapientia K non solum à peccatis abstinere , sed & à peccantium se contubernio docet cohibere,ne forte à districto iudice mereatur audire,si videbas furem simul currebas cum eo , & cum adulteris portionem tuam ponebas . Non enim fur solum- Psal.49.c. modo , sed etiam ille reus tenetur,qui conscius furti, quærenti possessori pecuniam qui perdidit,non vult indicare cùm valet. Verùm ne quis causetur metu se personæ potentioris, neq; à furum consortio separari,neque prodere posse quod nouit, aptè subditur: k ¶Qui timet hominẽ,citò corruet,&c.) Cui congruit illud euangelicũ: Nolite timere eos qui occidũt cor- Matt.10.c. pus,animam autem non possunt occidere.

Caput XXX.

l Verba congregantis, filij vomentis.) Hucusq; parabolæ Salomonis, quas transtulerũt viri Ezechiæ regis Iuda. Hinc rursum verba L Salomonis,ab ipso quod Græcè ἐκκλησιαστὴς dicitur , nunc interpretato in Latinum nomine illo, congregans appellatur: ecclesia enim congregatio vocatur. m ¶Visio quam locutus est vir &c.)Visio,inquit,quam locutus est vir:quia quod vidit apud deum secretiora contemplando,patefecit hominibus foras loquendo.Quisquis enĩ dei spiritu confortatur,hæc quæ sequũtur humili corde profatur. n ¶Stultissimus &c.) Filij enĩ Lucæ.16.c. seculi huius prudentiores filiis lucis in generatione sua sunt,& apostolus : Si quis,inquit,vide- 1.Cor.3.d. tur sapiens esse in hoc seculo, stultus fiat,vt sit sapiens. Et ipse de se suisq; similibus , in quibus est deus:Nos autem prædicamus Christum crucifixum, Iudæis 1.Cor.1.d. quidem scandalum,gentibus autem stultitiam. o ¶Non didici &c.) Non didicit Salomõ ab M homine sapientiam,sed deo gratis offerente percepit,vt sanctorum scientiam nosset. Sed & apostolus qui ait:Nos stulti pro 1.Cor.4.c. pter Christum, ipse iterum dicit:Sapiẽtiam autem loquimur Ibidẽ.2.b. inter perfectos.Sapientiam verò non huius seculi, neq; principum huius seculi qui destruuntur. p ¶Quis ascendit in cœlum,atque descendit?) Hæc est sanctorum sciẽtia, quæ à sapientibus seculi stultitia putatur,quia videlicet dei filius in assumpta carne,post mortẽ & resurrectionem suam ascẽdit in cœlũ,ac nostræ resurrectionis tẽpore descensurus est de cœlo ad iudicandos viuos & mortuos. q ¶Quis cõtinuit spiritum &c.) Omnis spiritus & humanus & angelicus,& animalium & procellarum ne deficiat,dei potentia continetur. r ¶Quis colligauit aquas &c.)De ipso etiam psalmista:Cõ Psal.32.b. gregãs sicut in vtre aquas maris. s ¶Quis suscitauit &c.) Terminos terræ à torpore infidelitatis,velut è somno ad credendum in se suscitauit.Et nũc omnia quæ per orbem viuũt & crescunt,

uat in posterum.Princeps qui libenter audit verba mendacij,omnes ministros ha-
a bet impios . Pauper & creditor obuiauerunt sibi , vtriusq; illuminator est domi-
b nus.Rex qui iudicat pauperes in veritate thronus eius in æternum firmabitur.Vir-
c gã atque correctio tribuet sapientiam:puer autem qui dimittitur voluntati suæ,cõfundet matrem suam. In multiplicatione impiorum multiplicabuntur scelera,& iusti ruinas eorum videbunt . Erudi filium tuum,& refrigerabit te , & dabit delitias
d animæ tuæ.Cùm prophetia defecerit, dissipabitur populus : qui verò custodit le-
e gem,beatus est. Seruus verbis non potest erudiri:quia quod dicis intelligit , & res-
f pondere contemnit.Vidisti hominem velocem ad loquendum, stultitia magis spe-
g randa est,quàm illius correctio. Qui delicatè à pueritia nutrit seruum suũ , postea sentiet illum contumacem.Vir iracundus
h prouocat rixas, & qui ad indignandũ facilis est,erit ad peccata procliuior.Superbum sequitur humilitas,& humilem spi-
i ritu suscipiet gloria.Qui cum fure participat,odit animã suã:adiurãtẽ audit,& non
k indicat.Qui timet hominẽ,citò corruet:q sperat in domino,subleuabitur.Multi requirunt faciem principis,& iudiciũ à domino egreditur singulorum.Abominãtur iusti virum impiũ, & abominantur impij eos qui in recta sunt via.Verbum custodiens filius,extra perditionem erit.

Caput XXX.

l Verba congregantis, filij vomentis.
m Visio quam locut⁹ est vir cum quo est deus,& qui deo secũ morãte cõ-
n fortat⁹ ait:Stultissimus sum virorũ: & sa-
o piẽtia hominũ nõ est mecum.Non didici sapientiam,& noui sanctorum scientiam.
p Quis ascendit in cœlum,atque descendit?
q Quis continuit spiritum in manibus suis?
r Quis colligauit aquas quasi in vestimen-
s to? Quis suscitauit omnes terminos terræ?Quod

A & crescunt, homines, animantia, germina , dominus vt sua quæque vita subsistant , excitat : & in die iudicij cunctum à Apoc.7.a. quatuor ventis cœli genus humanum à morte suscitabit. a ¶Quod nomen est eius:& quod &c.) De dei patris & filij nomine dicit:cuius mysterium,secularis sapientia naturaliter scire non potest , quanuis vnum esse deum qui omnia fecerit,per ea quæ mirabiliter facta videt, intelligere potest . Si nosti,inquit, subauditur, tu qui de tua te iactas sapiẽtia,nostræ fidei mysteria,stultitiam nuncupare præsumis? b ¶ Omnis sermo dei ignitus , clypeus est sperantibus in se.) Hæc & tota Christi ecclesia nouit,& illi maximè sentiunt,qui deo secũ morante,terrenæ sapientiæ fastum contemnunt : quia nimirum omnis sermo diuinæ autoritatis, corda electorum & igne charitatis accendit , & scientia veritatis illustrat , & vitiorum sordes,si quas in eis inuenerit, consumit,&ab hostium insidiis,spe- B rantes in se, cunctisq; defendit aduersis. Verùm solertius intuendum:quia proprietatem Græci sermonis,quod est πεπυρωμένον,Latina translatio vno verbo non explicat . Vnde aliquando ignitum,aliquando igne exami- Psal.118. natum transfertur, vt : Ignitum eloquium tuum vehementer. Et Argentum igne examinatum, quod vtrunq; in Greco vno verbo dicitur πεπυρωμένον. Et quod huic Salomonis sententiæ simillimum sonat : Eloquia domini Psal.11.b. igne examinata,id est,πεπυρωμένα, protector est omnium sperãtium in se,πεπυρωμένον ergo significat, quod tanquam conflatum igne purgatum sit. Sicut enim quęcunq; metalla igne conflata , sordem in se alienam atq; inutilem non continent, totum quicquid in his residet,verum & perfectum,& omni vitiorum sorde purgatum est, ita eloquium dei æternorum in Matt.5.c. se bonorum fidem testans.Hinc illud est domini: Iota vnum C aut vnus apex non præteribit à lege,donec omnia fiant. Vera enim omnia sunt , & extra omnem ambiguitatem, superfluæ inanitatis ignita. c ¶Ne addas quicquam verbis illius,& arguaris,inueniarisq; mendax.) Non corrumpas eloquia sanctarum scripturarum , quod quidam hæretici ne his conuincerentur , fecisse noscuntur. d ¶Duo rogaui te,ne deneges mihi &c.) Hæc adhuc vir cùm quo est deus, sermonis eius igne radiatus , ad ipsum dominum conuersa voce profatur , obsecrans ne vanitatem seculi vnquam vel verba mẽdacia,veritati cœlestium præponat scripturarum: nec rursum vel copia vel inopia transeuntium rerum , in obliuionem decidat æternorum. e ¶Ne tradas seruum ad 2.Pet.2.d. dominum suum,ne fortè maledicat tibi &c.) Omnis qui facit peccatum,seruus est peccati , Hunc seruum ille domino suo tradit,qui quemlibet delinquentem,& à prauis actionibus se conuertere volentem,sua exhortatione , vel exemplo praug actionis ad id quod renunciauerat,redire suadet,quod pleriq; sacerdotes praui in ecclesia facere consueuerunt. f ¶Generatio quæ patri suo maledicit , & matri suæ non benedicit.) Cùm superius puritatem sibi vitæ à domino dari peteret , conuertens subitò intuitum ad contemplandam prauorum nequitiam:quãtis hæc sit inuoluta miseriis,quàm longe à veritate distet,insinuat.Est, inquiens, generatio nefandorũ,quæ & si bona quælibet agit,perdit hæc in eo quod honorem parentibus non defert. g ¶Generatio quæ sibi D mũda videtur &c.)De hac generatione loquitur psalmista: Quoniam deus dissipat ossa hominum sibi placentium. Psal.52.b. h ¶Generatio cuius excelsi sunt oculi & palpebræ eius in alta surrectæ.) Huius consortium generationis vitabat psal Psal.130.a. mista,cùm dicebat:Domine nõ est exaltatum cor meum,neq; elati sunt oculi mei,&c. i ¶Generatio quæ pro dentibus gladi Psal.56.a. os habet &c.)De hac psalmista Filij hominum,dentes eorũ arma & sagittæ , & lingua eorum machęra acuta. k ¶Vt comedat inopes de terra,&c.)Ad hoc linguã armant persecutores ecclesiæ,vt innocentes Christi,& humiles trucident.Quod si diligenter considerare volueris,inuenies has generationes, cõgregatiões esse nequissimas Iudęorum & hæreticorum. Iudæorũ ergo generatio patri suo maledixit,illi videlicet qui ait: Fili⁹ Exod.4.f. meus primogenitus Israel:quãdo filium eius venientem in car E ne negauit.Et matri suæ non benedixit,synagogæ videlicet,cuius fidei pristinę quam in patribus ac prophetis de Christo habuerat, detraxit . Nouatianorũ generatio munda sibi videtur, dicens se pœnitentia opus nõ habere:& tamen non potest mũda esse à sordib⁹ peccatorum,quæ fontem pœnitentiæ peccantib⁹ veniam negando præcludit. Itẽ generatio Arianorum excelsos habet oculos,& palpebras super deum erectas,inquirens quid fuit antea,& dicens:si natus est,fuit tempus quando non fuit fili⁹: vel quæ est spiritus sancti potestas,æqualis an inæqualis? Item generatio quæ pro dentib⁹ gladios habet:illa est congregatio prauorum,quæ suam perfidiam etiam aliis intimare satagit, & sicut corpora solent gladiis sterni:ita animas audientium veneno prauæ allocutionis morti perpetuæ subiugare contendit. l ¶Sanguisugæ duæ sunt filiæ dicentes,&c.)Sanguisuga,diabolus est qui siti peccandi, ac peccata suadendi F incessanter accenditur. Huic duæ sunt filię,quia duæ specialiter humani generis illecebræ. Hunc antiqui hostis imitantur ardorem,luxuria videlicet & philargyria. Nam & luxuriæ quò liberius frena laxãtur,eò noxius delectatur. Et sicut quidam ait poetarum:Crescit amor nummi quantum ipsa pecunia crescit. m ¶Tria sunt insatiabilia,&c.) Infernus nũquam redundat:meretrix similiter habet,cius corpus nõ satiatur delitiis:& auarus nunquã dicit,sufficit.Quidam infernũ interpretantur diabolum,quia insatiabilis fit de seductione humana.Os vuluæ,& terra quæ nõ satiat aqua, vt suprà: & ignem qui non dicit,sufficit,incendiũ gehennæ,quòd nunquam desinat,sed eos qui peccatis finẽ ponere noluerũt,infinito ardore cõburat. n ¶Oculũ &c.)Peruersi dum diuina iudicia reprehendunt,subsannant patrem:& quilibet hęretici dum prædicationem sanctæ ecclesię deridendo contẽnunt,partum matris despiciũt:quia de ipsa exeunt,qui cõtra ipsam loquuntur.Ex nobis exierunt,inquit, sed non erant ex nobis.Quorum intentionem dum prædicatores catholici de scripturarum diuinarum fluentis procedentes increpando reuincunt:quasi oculum nefandum corui de torrentibus effodiunt,& filij aquilæ comedunt.Corui etenim vocantur doctores sancti:quia per humilitatis gratiam , peccati in se nigredinem confitentur.Filij autem aquilæ: quia per gratiam

a ræ?Quod nõmen est eius,& quod nomen
b filij eius si nosti? Omnis sermo dei ignit⁹,
c clypeus est sperantibus in se . Ne addãs quicq̃ verbis illi⁹,& arguaris inueniarisq;
d mendax. Duo rogaui te,ne deneges mihi antequã moriar. Vanitatem & verba mẽdacia longè fac à me. Mendicitatem & diuitias ne dederis mihi: tribue tantum victui meo necessaria , ne fortè satiatus illiciar ad negandum,& dicam:Quis est dominus ? aut egestate compulsus furer , &
e periurem nomen dei mei . Ne trãdas seruum ad dominum suum,ne fortè maledi-
f cat tibi & corruas . Generatio quæ patri suo maledicit , & matri suæ non benedi-
g cit.Generatio quæ sibi munda videtur, &
h tamen non est lota à sordibus suis. Generatio cuius excelsi sunt oculi,& palpebræ
i eius in alta surrectæ. Generatio quæ pro dẽtibus gladios habet,& cõmandit mola-
k ribus suis.Vt cõmedat inopes de terra, &
l pauperes ex hominibus.Sanguisugæ duæ
m sunt filiæ dicentes : Affer,affer. Triã sunt insatiabilia , & quartum quod nunquam dicit,sufficit:Infernus,& os vuluæ,& terra quæ non satiatur aqua , ignis verò non
n dicit,sufficit . Oculum qui subsannat patrem,& despicit partum matris suæ, effodiant eum corui de torrentibus,& comedant eum

a dant eum filij aquilæ. Triå sunt difficilia
mihi, & quartum quod penitus ignoro.
Viam aquilæ in cœlo, viam colubri super
petram, viam nauis in medio mari, & vi-
b am viri in adolescentia. Talis est via mu-
lieris adulteræ, quæ comedit & tergit os
suum, & dicit: Non sum operata malum.
Per tria mouetur terra, & quartum non
potest sustinere. Per seruum cùm regna-
uerit, per stultum cùm saturatus fuerit ci-
bo, & per odiosam mulierem cùm in ma
trimonio fuerit assumpta, & per ancil-
c lam cùm fuerit hæres dominæ suæ. Quå-
tuor sunt minima terræ & ipsa sunt sapi-
d entiora sapientibus. Formicæ populus in-
firmus, qui præparat in messe cibum sibi.
e Lepusculus plebs inualida, quæ collocat
f in petra cubile suum. Regem locusta non
habet, & egreditur vniuersa per turmas
g suas. Stellio manibus nititur, & moratur
h in ædibus regis. Triå sunt quæ bene gra-
diuntur, & quartum quod incedit felici-
ter. Leo fortissimus bestiarum, ad nullius
pauebit occursum. Gallus succinctus lum
bos: & aries, nec est rex qui resistat ei. Et
i qui stultus apparuerit, postquam eleua-
tus est in sublime: si enim intellexisset, ori
imposuisset

G eius sunt renati, qui in habitu assumptæ humanitatis, ad cœ-
lestia transuolant. Vnde & alibi filij sponsi appellantur.
a ¶Tria sunt difficilia mihi, & quartum &c.) Quantum ad
historiam ita est, vt scriptum est: sed quia per parabolas lo-
quitur: Via aquilæ in cœlo difficilè inuenitur: hoc est, subti-
litas inimici, quæ circa cœlesti-
um virorum corda volitat, ma-
gno cùm labore depreheditur.
Similiter & via colubri super
petram: id est, astutia hostis ve-
nenati, insidiari non desinit eis
quos in petra fidei fundatos es-
se conspicit. Necnon & via na-
uis in medio maris: hoc est, via
iniquitatis, quæ per amaras se-
culi huius vndas, immundorum
spirituum flatibus agitatas, tan
ta sublimitate discurrit, vt vel
vix, vel nullaten' eius possit iter
deprehendi. Nam quòd aquila
malignum hostem significet, te-
Esaiæ.30.b. statur propheta qui ait: Velo-
ciores fuerunt persecutores no
stri aquilis cœli: id est, homines
H qui nos persecuti sunt, tam sæ-
ui fuerunt, vt ipsis dæmonibus
crudeliores esse viderentur.
Quòd coluber diabolum sæpe
insinuet, & in primi hominis
Eccli.21.a. transgressione probatum est, &
cùm vir sapiens aiebat: Quasi à
facie colubri fuge peccatum.
Nauis quoque quòd leuitatem
designet eorum qui circunfe-
runtur omni vento doctrinæ, de-
monstrat propheta, qui ait: Et
Eccli.43.c. Chaldæos in nauibus suis glo-
riantes: hoc est, immundos spi-
ritus de fragilitate, atq; instabi
litate mentis humanæ sese ex-
tollentes, & de illius ruina qua-
si victores lætantes. Sicut ergo
illa tam callida sunt, vt inueniri nequeant: sic adolescensqui
viam veritatis deserit, difficile est cogitatu, quo se per om-
nes horas, & in quot cogitamenta vecors vaga mente decli-
net. b ¶Talis est via mulieris adulteræ &c.) Adulteræ
quoq; mens in similitudinem eorum quæ commemorauit su
I perius, instabilis semper & vaga est, quæ vbi admissum tur-
pitudinis suæ cælare potuerit, negat se aliquid patrasse faci
noris. c ¶Quatuor sunt minima terræ, &c.) Minores vi-
dentur in terra sæpe iusti quàm reprobi, id est, humiliores,
& huic mundo abiectiores, sed tamen sapientiores sunt sa-
pientibus mundi: in eo quòd æterna & cœlestia bona sapiũt,
ac pro his appetendis quæ illi non norunt, aduersa quæq; se-
culi fortiter pati desiderant. d ¶Formicæ populus infir
mus, &c.) Et ecclesiæ populus, vt fortitudinem mentis custo
diat, infirmum se temporaliter aduersariis sæuientibus osten
Matt.5.f. dit, domino per euangelium dicente: Ego autem dico vobis
non resistere malo: sed si quis te percusserit in dexteram ma
xillam, tu præbe illi & alteram. Qui in hac vita præparat si-
bi fructus bonorum operum, quibus vitam mereatur habe-
re perennem. e ¶Lepusculus, plebs inualida &c.) Et hic
plebem ecclesiæ designat, quæ inualida dicitur: vel quia, vt
suprà diximus, suas iniurias vlcisci ipsa non quærit, vel quia
suis viribus nil fidere, sed in auxilio redemptoris sui salutem
sperare didicit, & hoc est illam cubile in petra collocare: cu
ius præsidio aduersos vitet incursus, domino dicente cùm
Psal.70.a. psalmista: Esto mihi in lapidem fortissimum, & in domum
munitam, vt salues me: quia petra mea & munitio mea tu es.
Chœrogylius. Pro lepusculo, antiqua translatio chœrogylium posuit. Est
autem animal non maius hericio, habens similitudinem mu-
ris & vrsi, cuius in Palæstinæ regionibus magna est abũdan-
tia, semperq; in cauernis petrarum & terræ foueis habitare
consueuit. Notandúmq; quòd in psalmo vbi nos canimus: K
Petra refugium herinaciis, in quibusdam codicibus, lepori-
bus: in quibusdam chœrogylius inuenitur. Sed & in hac Sa- Psal.103.e.
lomonis sententia, quædam exemplaria pro lepusculo, heri-
nacium habent. Nam & in libro Hebræorum nominum in-
uenimus idem verbum Hebræ-
um שפן Saphan, in Hieremia, &
chœrogylium, & leporem, &
hericium à sancto Hieronymo
interpretatum. f ¶Regem
locusta non habet, &c.) Locu-
stam quidam gentium plebem
interpretantur, quæ quondam
sine rege, id est, sine Christo, si-
ne propheta, sine doctore exi-
stens, nunc in vnitatem fidei con
gregata, ad spiritualem pugnã
contra diabolum præparatur.
Potest autem in locusta, ana-
choretarum concors vnitas ac-
cipi, quæ cùm homine præce-
ptore nullo in suis latibulis re-
gatur, infatigabili tamen instan
tia, in suis quæq; locis Christo
militare, & malè pullulãtia car L
nalium voluptatum germina
consueuit absumere.
g ¶Stellio manibus nititur,
&c.) Stellio qui manibus niti-
tur: quia nimirum alas quibus
feratur non habet, & moratur
in ædibus regis, illorum signifi
cat humilitatem, qui cùm non
sint iuxta naturam ingeniosi, so
lertia tamen industriæ suæ, vel
ad diuinarum notitiam scriptu-
rarum, vel ad virtutum gra-
tiam, quibus ingressum regni
cœlestis mereantur, attingunt.
Plerumq; etenim aues quas ad
volandum penna subleuat, in
vepribus resident: & stellio qui
ad volatum pennas non habet, nitens manibus, regni ædifi-
cium tenet: quia nimirum sæpe ingeniosi quiq; dum per ne-
gligentiam torpent, in prauis actibus remanent, & simplices
quos ingenij penna non adiuuat, ad obtinenda æterni regni
mœnia, virtus operationis leuat. h ¶Tria sunt quæ bene
gradiuntur, &c.) Ipse hoc loco leo ponitur, de quo scriptum M
est: Vicit leo de tribu Iuda. Qui fortissimus bestiarum dici- Apoc.5.b.
tur: quia in illo hoc quod infirmum est dei, fortius est homi 1.Cor.1.e.
nibus. Qui ad nullius pauebit occursum. Dicit enim: Venit
princeps huius mundi, & in me non habet quicquam. Gallus Ioan.14.d.
succinctus lumbos: id est, prædicatores sancti inter huius no
ctis tenebras, verùm mane nunciantes, qui succincti lumbis
sunt: quia à membris suis luxuriæ fluxa restinguunt. Et aries
nec est rex qui resistat ei. Quem alium hoc loco arietem ac-
cipimus, nisi primùm intra ecclesiam ordinem sacerdotum?
De quibus scriptum est: Afferte domino filios arietum. Psal.28.a.
Qui per exempla sua gradientem populum quasi subse-
quentem ouium gregem trahunt. Quibus spiritualiter re-
cteq; viuentibus, nullus rex sufficit omnino resistere, quia
quilibet persecutor obuiet, intentionem eorum non valet
præpedire. Et quia post hæc etiam antichristus apparebit,
hoc quartum subdidit, dicens: i ¶Et qui stultus appa-
ruerit, postquam eleuatus &c.) Ipse quippe in sublime ele-
uabitur, cùm deum se esse mentietur, sed erectus in sublime,
stultus apparebit: quia in ipsa eleuatione sua per aduentum
veri iudicis deficiet. Quod si intellexisset, ori imposuisset
manum: id est, si supplicium suum cùm superbire exorsus
est præuidisset, bene aliquando conditus in tantæ iactatio-
nem superbiæ non fuisset eleuatus. De quo nequaquam mo-
ueat quod superius dictum est: quartum quod incedit feli-
citer. Tria quippè incedere bene dixit, & quartum feliciter.
Non enim

a imposuisset manum. Qui autem premit
fortiter vbera ad eliciẽdum lac, exprimit
butyrum. Et qui vehementer emulget, eli
b cit sanguinem. Et qui prouocat iras, pro-
ducit discordias.

Caput XXXI.

c Erbå Lamuelisregis. Visio qua eru
d diuit eum mater sua. Quid dilecte
e mi: quid dilecte vteri mei? Quid di
f lecte votorum meorum? Ne dederis mu-
g lieribus substãtiam tuam: Et diuitiås tuas
h ad delẽdos reges. Noli regibus ò Lamuel,
i noli regibus dare vinum. Quiå nullum
secretum est vbi regnat ebrietas. Ne for-
k te bibat & obliuiscatur iudiciorũ: & mu-
l tet causam filiorum pauperis. Datè sice-
ram mœrentibus: & vinum his qui ama-
ro sunt animo. Bibant & obliuiscantur
egestatis suæ: & doloris sui non recorden
m tur amplius. Aperi os tuum muto: & cau
n sis omnium filiorũ qui pertranseũt. Aperi
ri os tuum, decerne quod iustum est, & iu
o dica inopem & pauperem. Aleph. Mu-
lierem fortem quis inueniet? procul & de
vltimis

A Non enim omne quod feliciter, bene: neq; in hac vita omne
quod bene, feliciter. Nam leo, gallus, & aries, bene incedunt,
sed non feliciter: quia persecutionum bella patiuntur. Quar
tum verò feliciter & non bene incedit: quia in fallacia sua
antichristus graditur, sed iuxta breue tempus vitæ præsen-
tis, ipsa illi fallacia prosperat.
a ¶Qui autem premit fortiter
&c.) Vbera fortiter premimus,
cùm verba sacri eloquij subtili
intellectu pensamus. Qua pres-
sione dum lac quærimus, buty-
rum inuenimus: quia dum nutri
ri vel tenui intellectu quærim',
vbertate internæ pinguedinis
vngimur. Quod nec nimiè nec
semper agẽdum est, ne dum lac
quæritur ab vberibus, sanguis
sequatur: quia dum verba sacri
eloquij plus quàm debent discu
tiuntur, in carnalem intellectũ
cadunt. Sanguinem enim elicit,
qui vehementer emulget: quia
carnale efficitur hoc quod ex
B nimia spiritus discussione senti
tur. b ¶Et q̃ prouocat iras,
&c.) Quid præcedente parabo
la iuxta literam significarit, a-
perit: quia qui modesto sermo-
ne proximum allocutus, gratũ
accipit responsum, quasi de vbe
ribus in quibus lac quærebat,
butyrum exprimit. At qui ine-
pto verbo iram discordiamque
fraterno ex corde prouocat,
quasi vltra modum emulgens
vbera, sanguinem pro lacte re-
perit.
Caput XXXI.
c Erba Lamuelis regis: visio qua erudiuit eũ &c.) La
muel interpretatur in quo de', & ipse est de quo su
prà eodem nomine in Latinum verso dicitur: Visio
quam locutus est vir cũ quo est deus. Mater autem quę hanc
eum visionem edocuit: non alia melius quàm diuina gratia
intelligitur, quæ illum in corde inuisibiliter erudiuit intel-
lectu sapientię, quã foris hominibus ipse ministraret. Quan-
uis & ipsa carnalis mater Salomonis, hęc eum paruulum do
cuisse rectè possit intelligi, quæ quidem ipse quia sapienter
dicta cognouit, operi parabolarum suarum inserere voluit.
C Et ideo rectè postquam dictum est in titulo, verba Lamue-
lis regis: additum est cõtinuò, visio qua erudiuit eum mater
sua: quia cùm in regnũ vnctus spiritum sapientiæ percepit,
vidit in eodem spiritu quàm prudẽter se mater bona docue
rit. d ¶Quid dilecte mi: quid dilecte vteri mi?) Subau-
dias: quid tibi dicam fili qui de vtero meo natus, electus es
in regno meo? e ¶Quid dilecte votorum meorũ.) Id est
qui electus es in hoc quod tota deuotione desiderabam.
f ¶Ne dederis mulieribus substantiam tuam.) Patet literę
sensus. Sed & virtutum nostrarum substantias corruptioni-
bus vitiorum contaminare prohibemur. g ¶Et diuitias
tuas ad delendos reges.) Diuitias suas dat ad delẽdos reges,
qui terrenis deliciis hominum corda corrumpit, ne cœlestia
bona requirant, in quibus perpetuò possint regnare cum do
mino. Delentur enim reges per diuitias, quando summi re-
gis corpori adunati per fidem: nihilomin' per illecebras se-
culi merentur eradicari de terra viuẽtium. h ¶Noli re-
gibus ò Lamuel &c.) Et hęc sequentia patent iuxta literam.
Allegoricè autem præcipit, ne vino in quo est luxuria, ine-
brientur mentes fidelium, qui sunt membra regis æterni.
i ¶Quia nullum secretũ &c.) Nihil de secretis cœlestibus
cogitatur vbi regnat voluptas carnalis, sed ea tantum carna
les quæ sunt visibilia scrutantur. k ¶Ne fortè bibat &
obliuiscatur iudi. &c.) Ne terrenis deebriatus illecebris, o-
bliuiscatur pauperũ Christi, qui & ipse pauper factus est ꝑ
nobis. l ¶Date siceram mœrentibus: &c.) Siceram & vi- D
num hoc loco, supernam diuinæ sapientiæ consolationem
dicit: quæ illis est exhibenda cordibus, quæ in infimis conso
lari refugiunt: & quicquid occurrit in præsenti, amaro sus-
cipiunt animo: solis quæ nondum vident gaudiis cœlestibus
tota mente inhærentes, iuxta eũ
Psal.76.a. qui dixit: Negauit consolari a-
nima mea: memor fui dei & de-
lectatus sum. Item date siceram
mœrentib', & vinum bibere his
qui amaro sunt animo &c.) His
qui pro pœnitudine actuum pri
stinorum mœrore atq; tristitia
deprimuntur, spiritualis sciẽtię
iocunditatem, velut vinũ quod
lætificat cor hominis affluenter
infundite, eosq; salutaris verbi
crapula refouete: ne fortè iugi-
tate mœroris de tali desperatio
ne demersi, abundantiore tristi
tia absorbeantur qui eiusmodi
sunt. m ¶Aperi os tuũ &c.)
Pro causa pauperum qui per se E
eloqui in iudicio non valent, i-
pse loqui memento: & eos de-
fensare curato, qui patriæ cœle
stis intuitu, huius vitæ viam o-
cius transire satagunt. Aliter:
Os aperire muto præcipit, po-
pulo scilicet gentium fidei ver
bum prædicare, qui diuina elo
quia prius personare nescie-
bat: & non tantum Iudæis, sed
& cunctis per orbem nationi-
bus curam salutis impendere.
n ¶Aperi os tuum &c.) Sicut
in versu superiori pro causa &
ereptione pauperis, os aperire
præcipit: ita in isto ipsum pauperem vbi errauerit, iustè ca-
stigare ac iudicare admonet. Iuxta quod Moyses ait: Et Exo.23.a.
pauperis in iudicio non misereberis. Quod vtrunq; domi- Esaiæ.11.a.
num facere propheta insinuat, dicens: Sed iudicabit in iu-
stitia pauperes: & arguet in æquitate mansuetos terræ. Huc-
usq; verba Lamuel: hinc sapientissimus regum Salomon, lau
des sanctæ ecclesiæ versibus paucis, sed plenissima veritate
decantat. Constat nanque idem carmen versibus viginti &
duobus, iuxta ordinem videlicet ac Hebræarum numerum
literarum, ita vt singuli versus à singulis literis incipiant:
cuius ordine perfectissimo alphabeti, typicè innititur: quàm F
plenissimè hic vel animæ cuiusq; fidelis, vel totius sanctæ ec
clesiæ, quæ ex omnibus electis animabus vna perficitur ca-
tholica, virtutes ac præmia describantur. אָלֶף Aleph, do-
ctrina, id est, sacra scriptura. o ¶Mulierem fortem quis
inueniet? &c.) Mulier fortis, ecclesia catholica vocatur.
Mulier videlicet: quia spirituales deo filios ex aqua & spiri-
tu sancto gignere consueuit. Fortis: quia cuncta seculi ad-
uersa simul & prospera pro conditoris sui fide contemnit:
quam ipse in carne apparens, infirmam quidem inuenit: sed
inuentione sua, hoc est, pia visitatione, fortem reddidit. Vn-
de post eius redemptionem ad cœlos rediens, supernis ciui-
bus gaudens aiebat: Congratulamini mihi, quia inueni ouem
meam quæ perierat. Videns ergo Salomon genus humanum Lucæ.15.b.
innumeris implicatum erroribus: quodq; ad eius saluatio-
nem nullus patriarcha, nullus propheta, nullus omnino ele-
ctorum, præter solum mediatorem dei & hominum suffice-
ret, ait: Mulierem fortem quis inueniet? procul & de vltimis
finibus precium eius: Ac si apertè futuram domini gloriam
admirando protestetur: Quis tantæ virtutis? quis talis est
meriti: qui de tot incredulis ac sceleftis mundi nationi-
bus, vnam sibi electorum ecclesiam congreget: quam sua
gratia fortem atq; insuperabilem aduersantibus cunctis ef-
ficiat? Non hic certè nostri similis, non nostro est tempore
venturus, sed in fine seculorum est de cœlo deus homo de-
scensurus:

Gscensurus:qui nos sua passione ac morte redimat. Hoc est enim quod ait:Procul & de vltimis finibus precium eius. Procul videlicet statu tẽporis:quod à diebus Salomonis vsq; ad partum virginis intererat. De vltimis autem finibus:Quia à
Psal.18.b. summo cœlo egressio eius:qui non aliud pro nostra redemptione precium, quàm seipsum
Gala.2.d. obtulit. Vnde Apostolus: Qui dilexit inquit,nos,& tradidit semetipsum pro nobis, oblationẽ & hostiam deo in odorem suauitatis. Quanuis & ita rectè possit intelligi,precium sanctæ ecclesiæ procul positum fuisse: quia incarnatio verbi dei,conuersatio inter homines, passio ac resurrectio longè à nostræ essetnaturæ cõditione discreta: quoniam videlicet ille & quãdo voluit,& de qua voluit matre natus est,& sine peccato vixit in mundo:& quando voluit, & qua voluit morte,discessit à mundo:tempúsq; resurrectionis & ascensionis suæ in potestate habuit,& cætera huiusmodi: in quibus tam procul est à nobis,quàm cœlum distat à terra.

H Quia verò ecclesiam quam redemit dominus,non solum verbum salutis suscipere, sed & constanter pro illo certare, & hoc ipsum per mundum prædicare donauit, meritò subiungitur:בֵּית. Beth,domus:hoc est ecclesia. a ¶Confidit in ea cor viri sui &c.) Virum sanctæ ecclesiæ,dominum ac redemptorem eius,qui etiam precium eius fieri dignatus est,dicit: Vnde Apostolus credentibus ait: Despondi enim vos vni
2.Cor.11.a. viro virginem castam exhibere Christo. Quod ergo dicitur Confidit in ea cor viri sui:ab humana nimirum consuetudine tractum est. Sicut enim is qui fortem fidelemq; & castam habet coniugem,confidit in ea certissimè:quia nil contra suam voluntatem agere, nulla adulterina saltem cogitatione possit contaminari:cuncta pro suo amore etiam aduersa libenter tolerat,& quoscunq; valet ad suam amicitiam conuertere desiderat:sic nimirum,sic dominus & redemptor noster in ecclesia confidit. Nouit enim spiritum gratię quem dedit: nouit virtutẽ charitatis,quam eius præcordiis infudit. Ideo que non dubitat eam non solũ à suæ fidei integritate nequaquam posse corrumpi, sed etiam perseueranter insistere, vt plures ad eiusdem fidei congreget vnitatem. Hoc est enim quod sequitur: Et spoliis non indigebit. Spoliat enim diabolum ecclesia cùm per prædicatores suos eos quos ipse deceperat ad veritatis iter reuocat. Et bene dicitur: Et spoliis nõ indigebit:quia nunquam cessabit ecclesia liberatas à diabolica fraude animas Christi fidei restituere, donec completo
I mundi cursu: suorum quoq; præfinita compleatur summa membrorum. Verùm quia quicquid boni sancta ecclesia,vel anima quęq; fidelis agit,hoc desuper accipit,rectè subditur:גִּמֶל. Gimel,plenitudo:id est legis. b ¶Reddet ei bonũ &c.) Reddet quippe anima Christo bonum, cùm perceptis ab eo vitæ muneribus rectè viuendo respondet, cùm ea quæ ipsa scire vel facere ab illo adiuta potuit,etiam aliis intimare satagit. Bene autem cùm dixisset,reddet ei bonũ: protinùs addidit,& nõ malũ:quia sunt profectò qui acceptis à domino bonis mala repẽdũt;vel fidei mysteria quæ pceperũt hæretica fece fœdãdo:vel fidem quã professione seruãt, prauis
Titũ.1.d. operib⁹ blasphemãdo:vel mores bonos quibus cũ fide recta deseruiunt,per colloquia mala corrũpendo. Sed nec illi bona quæ acceperunt,domino reddunt:qui non in his quæ bene inchoant vsq; ad finem vitæ præsentis persistere curant. Vnde meritò cùm dixisset, reddet ei bonum & non malum, vt perseuerantiam boni necessariam demõstraret,adiunxit: omnibus diebus vitæ suæ. Cui simile est illud euangelicum:
Lucæ.1.g. Seruiamus illi in sanctitate,& iustitia coram ipso, omnibus diebus nostris. Quibus sanè operibus,quib⁹ iustitiæ vel sanctitatis fructibus potissimum sit insistendum, ei qui bonum quod accepit à domino gratis,rependere satagit: subsequenter insinuatur cùm dicitur:דָּלֶת. Daleth, tabularum: hoc est veteri testamento. c ¶Quæsiuit lanam & linum &c.) Huius principium versiculi,fortis mulier,hoc est sancta ecclesia, etiam iuxta literam accipere & obseruare consueuit, K
Esa.58.b. iuxta illud propheticum: Cùm videris nudum,operi eum:& carnem tuam ne despexeris. Operatur autẽ non superuacuo & cæco labore,sed eo vtiq; consilio,vt ab ipso suo vero domino videlicet Christo in iudicio mereaẽ audire: Nud⁹ fui, Mat.25.c.
& operuistis me,& quandiu fecistis vni de his minimis meis, mihi fecistis. Operatur autẽ cõ filio manuum suarum: hoc est, earum personarũ per quas elee mosynam pauperibus tribuit:in quorum opere deuoto,illo saluberrimo vtitur consilio,vt cùm dispergit & dat pauperibus,nõ ipsa ab hominibus laudetur ad tempus,sed vt iustitia eius maneat in seculum seculi,& cornu eius exaltetur in gloria. Possunt Mysticè.
autem mystícè in lana, qui ouinus est habitus, omnia pietatis & simplicitatis opera, quæ proximis impendimus accipi. Potest in lino,quod ex terravirens oritur,sed longo ac multiplici exercitio amittit humorem natiuum,atq; ad gratiam noui candoris peruenit, castigatio nostræ carnis intimari:cuius dum ingenitas vitiorum sordes per continentiam excoquimus:dignam profectò eam L
qua Christum induamus, efficimus: iuxta illud Apostoli: Quotquot ergo in Christo baptizati estis,Christum induistis. Quærit ergo mulier fortis lanam & linum, & operata Gala.3.d.
est consilio manuum suarum, cùm ecclesia sancta sollicitè perquirit,quibus se pietatis fructibus exerceat:quomodo à carnalibus emundet illecebris. Et hoc vtrunq; consilio prudentissimo:hoc est,supernæ solummodo retributionis facit intuitu: Cuius retributionis sequẽs quoq; versiculus aperti⁹ meminit,dum subditur: d ¶Facta est quasi nauis institoris: Institor.
Institor negociatorem dicit:qui pro eo sic vocatur ab antiquis,quòd acquirendis multiplicandisq; mercib⁹ sedulus insistat. Facta est ergo fortis mulier quasi nauis institoris:quia sicut nauis institoris onusta mercimoniis, quæ in sua patria magis abundant:porro per mare petit peregrina, vt illic venditis quæ attulerat,cariora ad domum reportet. Sic nimirum sancta ecclesia,sic anima quæq; perfecta,virtutum diuitiis gaudet onustari: quibus maiora diuinæ gratiæ dona mereatur. Optimum est nanq; commercium,cùm bona quæ valemus operantes,primò hanc à domino mercedẽ recipimus, vt ad maiora semper agenda proficiamus: dehinc vitam percipiam⁹ sempiternam. Facta est ergo anima sancta quasi nauis institoris,quæ transit desiderio fluct⁹ seculi præsentis:sola;q; sc̃i cœlis accipere sperat æterna gaudia,& pro his abundantius adipiscendis quicquid valet instanter age-
M re,quicquid aduersum occurrit,fortiter superare contendit. De qua rectè dicitur: Quia de longe portat panem suum: quia in cũctis quæ temporaliter bona agit, æternam solummodo retributionem expectat:solam viui panis saturitatem desiderat:eius nimirum qui suis auditoribus piè potenterq; promittit: Venite ad me omnes qui laboratis & onerati e-
Matt.11.d. stis,& ego reficiam vos. At contrà in proximo panem suum recipit,& non hunc de longe trans maria portat, qui in eo quòd iustè viuere videtur, humani tantum fauoris præmia expetit:neq; vllo vitæ permanentis intuitu,ea quæ in imis labuntur superare & calcare satagit. De qualibus ipse terribiliter tonat: Amen dico vobis,receperunt mercedem suam.
Matt.6.b

e ¶Et de nocte surrexit &c.) Sicut totus labẽtis seculi cursus perennis diei ac noctis alteratione variatur: & dies quidem ad operandum,nox ad quiescendum naturaliter condita est:sic totum præsentis ecclesiæ tempus,gemino quodam quietis & operis statu discernitur. Quasi enim nocte quiescit,cùm aliqui fidelium eius,intermissa ad tempus sollicitudine externa,sibimet vacare,sec̃q; ipsos spiritualiter incipiũt curare:vel lectionibus videlicet sacris:vel orationibus ac lachrymis sese,vel aliis huiusmodi studiis sec retius exercẽdo. Surgit autem de nocte,cùm in eisdem suis fidelibus ad agendam etiam proximorũ curam se̅ solicitè accingit. Quod fraternæ administrationis opus,duobus modis exercere cõsueuit: quia

A uit:quia & eos qui foris errabant,ad fidei gratiam conuocat & illos qui fidei sacramentis iam sunt imbuti,vt bonis operibus amplius insistant,excitare non desinit. Vnde bene dicitur: Deditq; prædam domesticis suis,& cibaria ancillis suis. Dat namq; prædam domesticis suis, cùm eos quos ab antiquo hoste docendo eripere potuit:societati illorum qui in fide præesse conciliat. Dat & ancillis cibaria, cùm homiles quosq; & debito timore sua iussa seruantes, ne pio labore lassescant,supernæ mercedis commemoratione reficit. a ¶Cõsiderauit agrum &c.) Agrum dicit possessionem supernæ hereditatis:de qua benedicens filium patriarcha loquitur:Ecce
Genc.27.b. odor filij mei sicut odor agri pleni, cui benedixit dominus. Odor quippè sanctorum est sicut odor agri pleni cui benedixit dominus:quia tota mentis intentione contuentur,quę sit plenitudo benedictionis in patria regni cœlestis. Considerauit ergo ecclesia agrum, & emit eum: quia studiosè didicit quæ sunt gaudia vitæ perennis: & pro eorum perceptione, quicquid potuit, laborare contendit. Quæ etiam de fructu
B manuum suarum plantauit vineam:quia de fructiferis fidelium suorum factis siue verbis,scripturam sanctam condidit, per quam mentes audientium in fide & dilectione deebriaret sui redemptoris. Nec ab re esse credimus, si vineæ nomine,ipsam ecclesiam quæ per mulierem fortem est designata, sentiamus esse figuratam: & eos esse propagines vineæ, qui sunt filij mulieris. Mulier autem vineam plantauit, cùm ecclesia primitiua latius per orbem missis prædicatoribus fidei semina differsit. Considerauit nanq; agrum,cùm orbem vniuersum vitiorum spinetis horrentem, cultore spirituali opus habere perspexit. Emit verò eum,cùm missis vbiq; doctoribus,talentum verbi audientibus contulit:vt eos credentes felicissimo Christi mancipatui subderet. Plantauit autẽ in eodem agro vineam,cùm in nouis credentium populis, ecclesiam plena euãgelicæ veritatis institutione firmauit. Quã quidem vineam de fructu manuum suarum plantauit: quia non solum verbo instruebant apostoli apostolorúmq; successores populos quos erudiebant:verùm & in testimonium bonæ operationis, miraculorum quoq; signa verbis doctrinæ iungebant,Sed & vsq; hodie,imò vsq; ad finem seculi,mulier fortis considerat agrum & emit eum, & de fructu manuum suarum plantauit vineam:quia sancta ecclesia semper solicitè perquirit quos ad fidem conuertere possit:& quoscunque
C dociles inuenerit,hos data verbi pecunia in seruitium Christi emit:atq; in eis vineam Christi plantare,vel potius eos vineam Christi facere satagit. Et quia qui alterum docere desiderat:primò ipse & à malis abstinere & bonis se debet actibus exercere,rectè subiungitur: b ¶Accinxit fortitudine &c.) Accinxit ergo ecclesia lũbos suos fortitudine,cùm supernorum desideriis intenta,carnalibus illecebris succumbere despexit. Roborauit brachium suum,cùm se ad agenda virtutum opera præparauit. Et bene primò lumbos fortitudine accingere,ac postmodum roborare brachium dicitur: quia nimirũ actio boni operis acceptabilis esse domino minimè valet, si non fluxa luxuriæ quis prius à carne simul & mente restringat. Vnde propheta: Quiescite,inquit, agere
Esaiæ.1.e. Lucæ.12.d. peruersè:discite benefacere. Et dominus ipse:Sint lumbi vestri præcincti,& lucernæ ardentes. Lumbi videlicet præcincti,ne luxuriæ subdamini. Lucernæ verò ardentes, vt bonis fulgeatis operibus. c ¶Gustauit & vidit &c.) Quòd ait, negociatio eius:agri vtiq; significauit illi⁹,de quo suprà ait: Considerauit agrum & emit eum. Gustauit igitur ecclesia sancta, gustauit quæq; anima perfecta, id est, intimo mentis desiderio cognouit:quia bona est negociatio vitę immarcescibilis,quam relictis illecebris temporalib⁹,æternam mercemur in cœlis. Gustauit autem,id est,apertè didicit:quia bonum est per instantiam prædicandi quoscunq; valet ad viã

a cillis suis. Zain. Considerâuit agrum & emit eum:de fructu manuum suarũ plantauit vineam. Heth. Accinxit fortitu-
b dinẽ lumbos suos:& roborauit brachium
c suum. Teth. Gustâuit & vidit quia bona est negociatio eius: non extinguetur
d in nocte lucerna eius. Iod. Mânum suã misit ad fortia: & digiti eius apprehen-
e derunt fusum. Caph. Mânum suam aperuit inopi:& palmas suas extẽdit ad pauperem.

veritatis adducere, atq; ideo nullis tribulationum tenebris, D
nec ipsa morte,potest lucerna deuotionis eius extingui. Forum nanq; lucerna nocte extinguitur,quãuis in die videatur ardere:qui sicut dominus ait: Ad tempus credunt, & in tem- Lucæ.8.b.
pore tentationis recedunt. Sed & illorum nocte media extinguitur lucerna,qui veniente iudice, oleum charitatis in vasis præcordiorum suorum non habuisse probantur,dũ perdito falsarum rumore virtutũ, vera tenebrosorum luunt tormenta factorum. Quòd si noctem hoc loco pro quiete volumus accipere:iuxta hoc quod suprà dicit; Et de nocte surrexit, id est, ad operandum se post quietẽ præparauit:aptè dicitur,q; lucerna sanctæ ecclesiæ nõ extinguatur in nocte:quia & cùm à negocio quiescit actionis,vacat liberius luci supernæ contemplationis.

Cúmq; à publicis cessat operibus,curat se ardentius vel auditui sanctæ lectionis vel laudibus mancipare diuinis: iuxta exemplum videlicet mulieris industriæ: quæ non solum interdiu necessariis solet instare laboribus,sed & nocte sæpius accenso lumine lucernæ,parilem rei familiaris agere curam. d ¶Manum suam misit ad fortia &c.) Fortia dicit E
perfecta in Christi charitate opera:quibusse gaudens ecclesia,certa supernæ retributionis expectatione subdit. Verbi gratia: Audistis quia dictum est: Diliges proximum tuum, Mat.5.g.
& odio habebis inimicum tuum. Ego autem dixi vobis: Diligite inimicos vestros:benefacite his qui oderunt vos &c. Ibidẽ.19.b.
Et de virginitate seruanda. Qui potest capere capiat. Et Ibidẽ.19.c.
de contemnendis diuitiis,inquit: Si perfectus vis esse, vade vende quæ habes,& da pauperibus &c. Nam populus synagogæ,cui dictum est:Si volueritis & audieritis me,bona terræ comedetis:tanto infirmior erit in opere iustitiæ,quanto Esaiæ.1.e.
minus spe perpetuæ remunerationis erectus. At ecclesia quę Matt.3.d.
audit à domino: Pœnitentiam agite,appropinquabit enim regnum cœlorum:meritò pro hui⁹ rei perceptione,dura quęq; longanimiter suffert. Vnde rursum de eius fortitudine dicit:Regnum cœlorum vim patitur,& violenti rapiunt illud. Matt.11.b.
Et digiti,inquit,eius apprehenderunt fusum. Solent fœminę nentes fusum in dextera,colum tenere in sinistra: in colo enim lana inuoluta est,quæ filo ducenda & nenda, transeat in fusum. Sæpe autem in scripturis,dextera vitam perpetuam, lęua præsentia dei dona significat,opulentiam videlicet rerum,pacem temporum,sospitatem corporum,sc̃ietiam quoq; scripturarum,& cœlestium perceptionem sacramentorũ: F
hæc & huiusmodi bona, cùm domino largiente perceperimus,quasi lanam colo inuolutam in læua gestamus. At cùm ea pro amore cœlestium salubriter exercere incipimus,iam lanam agni immaculati de colo in fusum, de læua in dexteram traiicimus:quia de donis nostri redemptoris,de exemplis operum eius,stolam nobis gloriæ cœlestis,ac vestẽ charitatis nuptialem facimus. Digiti nanq; quibus apprehendere fusum dicitur,ipsam intentionem discretionis qua quisq; operatur insinuant,ea nimirum ratione, quia nulla corporis nostri membra pluribus sunt distincta articulis, ac flexibus Phili.3.d.
apta quàm digiti. Quicunq; ergo veraciter dicere cum Apostolo potest,Nostra autem conuersatio in cœlis est, vnde etiam saluatorem expectamus dominum nostrum Iesum Christum: huius profectò digiti dextri apprehenderunt fusum, quia discretione sedula pro æternis bonis laborare didicit. Et bene dicitur apprehenderunt, vt viuacius commendetur,quanta festinatione in huius vitæ incerto,pro certis apud dominum præmiis agere debeamus. Quid autem mulier fortis, id est, ecclesia sancta vel anima quæque perfecta per fusum intellectualem sit operata, subsequenter aperitur. c ¶Manum suam aperuit inopi,& palmas suas extendit ad pauperem.)Quod & de pauperib⁹ electis mosynarum quæ generaliter fiũt in pauperes, accipi potest, sed melius de verbo dei,quod indumentum salutis animab⁹

G confert,intelligitur,de quo beatus Iob gloriatur,dicens,Iu-
Iob.29.c stitia indutus sum: & vestiui me sicut vestimento & diade-
mate iudicio meo. Aperuit autē ecclesia manum inopi: cùm
mysteria fidei ignorantibus per operarios veritatis reuela-
uit. Palmas extendit ad pauperem,cùm longè latéq; prædi-
catores ad imbuendas æternæ
salutis indigenas nationes di-
sperſit. a ¶Non timebit do
mui suæ à frigoribus niuis.)
Frigora niuis, corda sunt re-
proborum, perfidiæ suæ torpo
re rigentia: de quibus ait domi-
Matt.24.a. nus: Et quoniam abundabit ini-
quitas, refrigescet charitas mul
torum. Quæ illa vtiq; niue pes-
simè deprimuntur: quæ ob pri-
mæ superbiæ meritum de cœ-
lo corruens in profunda tene-
brarum, nihilominus se velut
angelum lucis adhuc stultis o-
stentare præsumit: habitúmq;
meritorum suorum candori niueo similem, fraudum suā-
rum nesciis præfert. Quod quidem domini & angelorum e-
sus est proprium, in habitu niueo claritatem suæ designare
H virtutis. Non timebit autem ecclesia domui suæ à frigori-
Matt.16.c. bus memoratæ niuis: quia domino pollicente credit, quòd
portæ inferi non præualebunt aduersus eam. b ¶Omnes
enim domestici eius vestiti sunt duplicibus.) Et sapientia vi
delicet, ad repellendas hæreticas falsorum fratrum doctri-
nas: & patientia, ad tolerandas apertorum hostium pugnas.
Vel certè vestiti sunt duplicibus: quia promissionem habent
vitæ quæ nunc est, & futuræ. Nunc in peregrinatione tem-
porali, diuino auxilio ne deficiant adiuti: tunc in patrię per-
petis habitatione diuinæ gratiæ visione', vt felices semper
viuant alleuati. Item domestici eius induti veste sunt dupli-
ci: vna operis, altera mentis: fidei habentes factorúmq; vela-
mina: sacramentis videlicet sui redemptoris imbuti, & infor
mati exemplis. Sic enim fit illud Apostoli: Quicunq; in Chri
Gala.3.d. sto baptizati estis, Christum induistis. Possunt autem frigo-
Luc.13.f. ra niuis etiam tormenta æterna intelligi: quæ igne & frigo-
re mixta esse legimus, cùm dicitur: Ibi erit fletus & stridor
dentium. Fletum quippe oculis, ignis & fumus: stridorem
Iob.24.c. verò dentibus solet frigus gignere. Vnde & beatus Iob de
pœnis reproborum loquens æternis: Ad calorem, inquit, ni-
mium, transibunt ab aquis niuium. Sed ab his ecclesia domui
suæ non timebit: quia quicunq; pereunt, ad domum illius nō
pertinebunt: nec veste ipsius spirituali erant induti, tametsi
I mysteriis eius ad tempus videbantur instituti. Deniq; legi-
Matt.22.b. mus in euangeliis: eiectum de domo conuiuij illius homi-
nem, qui vestibus operum non mundis, hanc intrare præsum
serat: & in tenebras exteriores, vbi esset fletus & stridor dē
tium esse proiectum: meritò vtiq; in frigora pœnæ religa-
tum: quia indumentum pietatis habere neglexerat.

c ¶Stragulatam vestē fecit sibi.) Stragulata vestis, quę va-
riāte textura solet firmissima confici, fortia ecclesiæ opera,
& diuersa virtutū eius ornamenta, significat: de quibus pro-
pheta in summi regis, viri videlicet illius, laude cecinit: Asti
tit regina à dextris tuis in vestitu deaurato, circūamicta va-
Psal.44.c. rietate. d ¶Byssus quoq; & purpura indumentum eius.)
Byssus, in conuersatione: purpura, in effusione precioſi san-
guinis. Byssus nāq; candidi coloris est: purpureus autem
color, & de sanguine animantis, quod purpura vocatur, confi-
citur: & ipse sanguinis habet speciem. Vnde pulchrè dictū
est à patribus, quia sancta ecclesia electorū floribus vernās,
in pace habet lilia, in bello rosas. Item quia byssus de terra
virēs oritur, sed per exercitationes longas ac multifarias a-
missō humore ac virore natiuo, ad decorem candidæ vestis
perducitur. Purpura autem regalis est habitus. Byssō indui-
tur ecclesia, cùm castigāt corpora sua electi, & seruituti sub
iiciunt: purpura autem, cùm eandem continentiam, non ob fa
uorem vulgi, sed ad acquirendam beatitudinem regni peren
nis exercent. Sed hic virtutum habitus in præsenti quidem
nescientibus videtur contēptibilis: sed in futuro qualis fue-

a perem. Lamed. Nōn timebit domui suæ
b à frigoribꝰ niuis. Omnēs enim domestici
c eius vestiti sunt duplicibus. Mem. Strā-
d gulatam vestem fecit sibi. Byssus quǒque
e & purpura indumentum eius. Nun. Nō-
bilis in portis vir eius: quādo sederit cum
f senatoribus terræ. Samech. Sindónem
fecit & vendidit: & cingulū tradidit Cha
g nanæo. Ain. Fortitudō & decor indu-
mentum eius: & ridebit in die nouissimo.
Phe.

rit, manifestè patebit. Vnde pulchrè in Apocalypsi sua Ioan K
nes sanctorum se voces audisse refert dicentium: Gaudeam⁹ Apoc.19.a.
& exultemus, quia venerūt nuptiæ agni, & vxor eius præpa-
rauit se, & datū est ei vt cooperiat se byssino splendēti & cā
dido. Byssinū enim iustificationes sunt sanctorū. e ¶No-
bilis in portis vir &c.) Vir sanctæ ecclesiæ: vir cuiuscq; fidelis
animæ, dominus est: qui videba
tur ignobilis, cùm ante tribunal Matt.25.c.
præsidis staret iudicandus: cùm
probra, flagella, sputa, & ipsam
crucis mortē susciperet: sed no
bilis apparebit, cùm venerit iu-
dicaturus orbem in æquitate, &
omnes angeli cum eo. Tunc se-
debit, inquit, in sede maiestatis
suæ, & congregabuntur ante eū
omnes gentes, & separabit eos
abinuicem &c.) Nobilis, inquit,
in portis vir eius: quia veteres i
portis sedere ad iudicandum so
lebant: vt venientes ad ciuitatem aliunde, paratum continuò
responsum iudicantis acciperent: & nec rusticos vel pasto-
res insolita vrbis ædificia stupefacerent: nec rursum pacem
vrbis intrinsecus, frequens litigantium controuersia fœda-
ret. Nobilis ergo erit dominus in portis suæ ciuitatis: quia L
qui etiam nunc contemnendus putatur à multis, vbi seculi
finis affuerit, vbi ingressum patriæ cœlestis aperuerit elec-
tis, iam cunctis parebit sublimis. Sedebit autem cùm sena-
toribus terræ. Amen dico vobis, quòd vos qui secuti estis me Ibid.19.d.
in regeneratione cùm sederit filius hominis in sede maiesta-
tis suæ, sedebitis & vos super sedes duodecim, iudicantes
duodecim tribus Israel. f ¶Sindonem fecit &c.) In lin-
teo sindonis, subtilis intextio signatur sanctæ prædicationis, Act.10.b.
in qua molliter quiescitur: quia mens in illa fidelium spe su-
perna refouetur. Vnde & Petro animalia in sinteo demon-
strantur: quia peccatorum animæ misericorditer aggrega-
tæ, in blanda fidei quiete continentur. Hanc ergo sindonem
ecclesia fecit & vendidit: quia fidem quam credendo texue-
rat, loquendo dedit: & ab infidelibus vitam rectæ conuersa-
tionis accepit. Quæ & Chananæo cingulum tradidit: quia
per vigorem demonstratæ iustitiæ, fluxa opera gentilitatis
astrinxit: vt hoc quod recipitur, viuendo teneatur: Sint lum Lucæ.12.e.
bi vestri præcincti. Bene etenim nomine Chanaan, q & gen-
tilem populum procreauit: & interpretatur commutatus,
conuersa ad fidem gentilitas designatur: quæ felicissima cō-
mutatione, à vitiis ad virtutes, à diabolo transmigrauit ad
Christū. Vnde & in eius laude, psalmus quadragesimusquar M
tus scribitur: cuius titulus est: In finem pro his qui commu-
tabuntur filiis Chore, cāticum pro dilecto. Filij autem Cho-
re, filij calueriæ interpretatur: qui sunt filij dominicæ cru- Gala.6.d.
cis, dicentes: Mihi autem absit gloriari, nisi in cruce domini
nostri Iesu Christi. Quomodo autem commutentur, sequen
tia psalmi eiusdem docent: vbi dilectus ipse, id est dominus,
ecclesiæ dicit: Audi filia & vide, & inclina aurem tuam, &
obliuiscere populum tuum, & domum patris tui. Commuta-
ri nanq; illam desiderat, quam vt filiam habere valeat, domū
patris prioris, id est, hostis antiqui, iubet obliuiſci.

g ¶Fortitudo & decor indumentum eius &c.) Fortitudo,
ad tolerandam peruersorum improbitatem: decor, ad exer-
cendam virtutum gratiam. Decor, quia operatur iustitiam:
fortitudo, quia persecutionem patitur propter iustitiam. Et
ideo ridebit in die nouissimo: id est, gaudebit in retributione
regni cœlestis: quæ dolebat in certamine vitæ præsen-
tis. Mos etenim scripturæ est, pro gaudio risum ponere, si-
cut & dominus ait: beati qui nūc fletis, quia ridebitis. Et bea Lucæ.6.d.
tus Iob: Os autem veracium, replebitur risu. Similem sanè Iob.8.d.
huic sententiam propheta de domino ac saluatore huiꝰ for- Psal.92.
tissimæ mulieris posuit, dicens: Dominus regnauit, decorem
induit: induit dominus fortitudinem. Cùm enim prædicaret
euangeliū regni, aliis placebat, aliis displicebat: alij bene lo-
quebantur, alij detrahebant, lacerabant, mordebant, conui-
ciabantur. Ad eos ergo quibus placebat, decorem induit: ad
eos quibus

A eos quibus displicebat, fortitudinem. Imitare ergo & tu do-
minum tuum, vt possis esse vestis ipsius: esto cùm decore ad
eos quibus placent bona opera tua: esto fortis aduersus de-
tractores. a ¶Os suum aperuit sapientiæ.) Ad hoc tan-
tum loquens os aperuit, vt sapientiam doceret: iuxta illud
Ephe.4.g. Apostoli: Omnis sermo malus
ex ore vestro non procedat: sed
si quis bonus, ad ædificationem
fidei, vt det gratiam audienti-
bus. Vel certè os cordis aperu-
it ad discendam ab ipsa sapien-
tia interius veritatem, quam a-
liosforis doceret. Vtriq; autem
sensui, quia vtrunq; fecit eccle
sia, concinit aptè quod sequitur
b ¶Et lex clementię in lingua
eus.) Illa videlicet, vt non ita-
tim more legis Mosaicæ peccā
tes puniret, sed misericorditer
ad pœnitētiæ remedia vocaret.
Cuius exemplum clementiæ ab
ipso deo & saluatore nostro ma
nifestè percepit, cùm oblata ei
Ioan.8.a. B peccatrice muliere: Si quis, iquit, siue peccato est, primꝰ mit
tat in illam lapidem. Et sic eam à crimine quod patrarat, sub
conditione amplius non peccandi miseratus absoluit.

c ¶Considerauit semitas &c.) Semitas domus suæ consi-
derat, quia cunctas suæ conscientiæ cogitationes subtiliter
inuestigat. Panem ociosa non comedit: quia hoc quod de sa-
cro eloquio intelligendo perceperat, ante æterni iudicis o-
culos exhibendo operibus ostendit. Item domus fortis mu-
lieris, habitatio est patriæ cœlestis. Semitæ domꝰ illius, præ-
cepta iustitiæ, quibus ad æternæ vitæ mansionem peruenit-
tur. Quas profectò semitas anima bene considerat: cùm & di
ligenter quibus actibus ad superna peruenire debeat, inspi-
cit: & quæ agenda didicit, sedula exercere non desinit. Pa-
nem quoq; ociosa non comedit, cùm sacrificium dominici
corporis percipiens, studet imitari actu quod in mysterio ce
lebrat. multum solicita ne indignè panem domini comeden-
1.Cor.11.f. do, & calicem bibendo, iudicium sibi manducet & bibat: sed
vt patiendo pro Christo ac lachrymas fundendo, bonis quo
q; actibus insistendo, passionum exempla ipsius quantum va
let sequatur. Potest & simpliciter accipi, quòd panem ocio-
sa non comedat mulier fortis: iuxta illud Apostoli: Qui non
2.Thes.2.c. operatur, non manducet: & ipse de se: Quoniam ad ea quæ
Act.20.g. mihi opus erant & his qui mecum sunt, ministrauerunt ma-
1.Tim.5.b. nus istæ. Vnde meritò luxuriantes viduas arguens adiungit:
Simul autem & ociosæ discunt circuire domus: non solum
C ociosæ, sed & verbosæ, & curiosæ. d ¶Surrexerunt filij
eius &c.) Quod futurum pro certo nouerat, more prophe-
tico quasi iam factum refert. Surgent enim filij ecclesiæ, vi-
delicet omnes electi in nouissimo, carnis immortalitate do-
nati: & tunc matrem suam quæ eos ex aqua & spiritu sancto
deo genuit, beatissimam prædicant, quæ nunc ab infidelibus
quasi misera contemnitur. Et reuera sicut Apostolus ait: Si
1.Cor.15.c. in hac vita tantum sperantes sumus in Christo, miserabilio-
res sumus omnibus hominibus. Quia verò pro vita alia in
præsenti militamus, meritò cùm apparuerit quod erimus,
matrem nostram quæ ex omnibus iustis collecta, vna Chri-
sti columba, sponsa & amica vocatur, beatissimam prædica-
bimus. Surget vir eius, & laudabit eam, dicens in iudicio: Ve
Matt.25.c. nite benedicti patris mei, possidete paratum vobis regnum à
constitutione mundi. Esuriui enim, & dedistis mihi mandu-
1.Cor.15.c. care &c. Qui quidem ipse primitiæ dormientium resurrexit
à mortuis: sed in die iudicij manifestius omnibus quos sua
laude dignos iudicauerit, quāta sit eiusdem suæ resurrectio-
nis gloria, demonstrabit. Potest hoc quod dicitur: surrexerūt
filij eius, & beatissimam prædicauerunt: etiam in hoc tēpo
re conuenienter accipi. cùm quilibet fidelium transcēsis sę-
culi ærumnis, ad cœlestia regna perducitur. Sedere nanque
ad humiliationem aliquando, surgere ad gloriam pertinet.
Matt.11.d. Vnde & de Niniuitis dicitur in euangelio: Olim in cinere
Hiere.15.d. sedentes pœnituerent: id est, in humilitate. Et propheta: A

facie manus tuæ solus sedebam: quia comminatione repleſ- D
sti me. Sed & Psalmista: Vanum est vobis ante lucem surge- Psal.126.a.
re: surgite postquam sederitis, qui manducatis panem doloris. Quod est apertè dicere: Quid in præsenti quæritis gaudere, quod electis in futuro reseruatur? Non enim potestis in hac vita: id est, ante lucem su
pernæ retributionis, gloriam veræ felicitatis habere: quin potius postquam hic humiliati fueritis ad tempus, illic vos in perpetuum veraciter exaltandos sperate: vos quibus amarum est omne quod seculi amatoribus iocundum videtur & dulce. Surgunt ergo filij ecclesiæ, & beatissimam eam prædicant, cùm cœlestibus bonis sublimati, quanta sit illius patriæ beatitas, cuius participes esse meruerunt, aspiciunt: & hanc debita laudatione in diuina visione concelebrāt. Laudat eam vir eius, cùm bona quæ ipse do
nauit, remunerat. Quibus autem verbis eam laudet, conse- E
quenter ostenditur, cùm dicitur. c ¶Multæ filiæ congre
gauerunt diuitias &c.) Multas filias, ecclesias dicit hæreti-
corum, & malorum turbas catholicorum: quæ filiæ dicun-
tur, vel Christi, vel ecclesiæ: quia & ipsæ sunt dominicis re-
natæ sacramentis, & adoptionem filiorum quam non custo-
diere, perceperunt. Vnde & Ioannes ait: De nobis exierunt, 1.Ioan.2.c.
sed non erant ex nobis. Quæ congregauerunt diuitias, vide-
licet bonorum operum, orationes, ieiunia, eleemosynas, affli
ctionem & castimoniam carnis, continentiam linguæ, medi-
tationem scripturarum, & cætera huiusmodi: quæ veræ sunt
diuitiæ spiritus, vbi pura mentis syncerítate geruntur. Vbi
autem sine fide, quæ per dilectionem operatur, fiunt: nihil a-
gentibus prosunt. Sed & illæ filiæ frustra congregarunt di-
uitias: de quibus dominus ait: Multi dicent mihi in illa die: Matt.7.c.
Domine, domine: nonne in nomine tuo prophetauimus: &
in tuo nomine dæmonia ejecimus: & in tuo nomine virtutes
multas fecimus? Et tunc confitebor illis, quia nunquam no-
ui vos. Sed omnes istiusmodi filias, ecclesia catholica super-
greditur, quæ fide casta & opere perfecto redemptoris sui
vestigia sectatur. f ¶Fallax gratia, & vana est pulchritu-
do &c.) Fallax est gratia laudis quam ab homine accepit:
vana pulchritudo charitatis vel operationis bonæ, quam ho
minibus ostentat anima quæ timore caret diuino. At illa cō
scientia vera est laude digna, quæ timorem dei in omnibus F
seruat. Ipsa est principium cunctarum, custosq; virtutum, Eccli.1.b.
scriptura dicente: Timor domini principium sapientiæ. Et Ibid.6.c.
iterum: Qui timet deum, nihil negligit. Hinc est enim quod Iob.31.e.
idem beatus Iob: & in prosperitate virtutibus incomparabiliter floruit: & in aduersitatibus insuperabilis hostis per-
mansit: quia veraciter dicere potuit: Semper enim quasi tu-
mentes super me fluctus, timui deum: & pondus eius ferre nō
potui. Fallax ergo est simulatorum gratia: vanus decor, opera stultorum. Ecclesia autem quæ in timore incolatus sui
tempore conuersatur: quoniam ardentes virtutum lampa-
das venienti ad iudicium suo sponso offert: iure ab eo lauda-
ta, iamuam cùm eo regni cœlestis intrabit. Qualiter autem
eam laudet, terminali versu docetur: g ¶Date ei de fru-
ctu manuum suarum &c.) Hæc sunt enim verba viri illius,
de quo dictum est: Vir eius & laudabit eam: id est, domini &
saluatoris nostri, qui angelis in fine præcepturus est, vt ec-
clesiam post huius vitæ certamen, triturationem, afflictio-
nem terrestrium, ad cœlestis regis regni gaudia introduca-
nt, ac vitæ immortalitatis sibi sociam aggregent: iuxta il-
lud euangelicum: Triticum autem congregate in horreum Marci.3.c.
meum. Date, inquit, ei de fructu manuum suarum: quia fru-
ctum spiritus ferre curauit, charitatem, gaudium, pacem, be-
nignitatem, bonitatem, modestiam, continentiam, fidem, pa- Gala 5.d.
tientiam: pro hoc illi debitam rependite mercedem'. Et lau-
dent eam in portis: hoc est, in iudicio: siue in ingressu patriæ

G cœlestis:non hominum fauores superuacui, sed opera ipsa quæ fecit:examinante,probante,ac remunerante illo, cuius hæc donāte gratia perfecit. A quo vt laudari mereamur in futuro,concedat ipse propitius,nos cum dignis in præsenti K vita collaudare seruitiis.

Commentariorum in Prouerbia Salomonis finis.

DIVI HIERONYMI PRESBYTERI IN ECCLESIASTEN AD PAVLAM & Eustochium, Procemium.

MEmini me ante hoc fermè quinquennium,cùm adhuc Romæ essem, &Ecclesiastem sanctæ Blesillæ legerem : vt eam ad contemptum mundi huius prouocarem:& omne quod in mundo cerneret,putaret esse pro nihilo : rogatum ab ea vt in morem commentarioli obscura quæq; dissererem:vt absque me posset intelligere quæ legebat. Itaque quoniam in procinctu nostri operis subita morte subtracta est:& non meruimus, ò Paula & Eustochium talem vitæ nostræ habere consortem : tantòque vulnere tunc perculsus obmutui: Nunc in Bethlehem positus angustiori videlicet ciuitate: & illius memoriæ, & vobis reddo quod debeo : hoc breuiter admonens, quòd nullius autoritatem secutus sum : sed & de Hebræo transferens, magis me Septuaginta interpretum consuetudini coaptaui : in his duntaxat quæ non multum ab Hebraicis discrepabant. Interdum Aquilæ quoque & Symmachi & Theodotionis recordatus sum : vt nec nouitate nimia lectoris studium deterrerem : nec rursum contra conscientiam meam, fonte veritatis omisso, opinionum riuulos consectarer. L

H

COMMENTARII HIERONYMI, in librum Ecclesiasten.

a VErba Ecclesiastæ filij Dauid regis Hierusalē. b Vanitas vanitatū,dixit Ecclesiastes: vanitas vanitatū,oīa vanitas. Quid

VErba Ecclesiastæ filij Dauidregis Hierusalē. Vanitas vanitatum, dixit Ecclesiastes : Vanitas vanitatum,& oīa vanitas. Quid

a VErba Ecclesiastæ filij Dauid regis Hierusalem.) Salomon trinomius. Tribus nominibus vocatum fuisse Salomonem, scripturæ manifestissimè docent: Pacificum, id est, שְׁלֹמֹה Salomonē: & יְדִידְיָה idida:hoc est, dilectum domini:& qđ nūc dicitur קֹהֶלֶת coeleth,id est,Ecclesiastē. Ecclesiastes. ἐκκλησιαστὴς autē Græco sermone appellatur, qui cœtum,id est, ecclesiam congregat:quem nos nuncupare possumus concionatorem, eo quod loquatur ad populum:& sermo eius non specialiter ad vnum,sed ad vniuersos generaliter dirigatur. Porrò pacificus & dilectus domini,ab eo quòd in regno eius pax fuerit:& eum dominus dilexerit,appellatus est. Nam & psalmi quadragesimusquartus & septuagesimusprimus,dilecti & pacifici titulo prænotantur. Qui tametsi ad prophetiam Christi & ecclesiæ pertinentes,felicitatem & vires Salomonis excedunt : tamen secundum historiam super Salomone conscripti sunt. Is itaq; iuxta numerum vocabulorum,tria volumina ædidit, Prouerbia, Ecclesiasten,& Canticacanticorum. Salomonis libri. In Prouerbiis paruulum docens,& quasi de officiis per sententias erudiens. Vnde & ad filium eius sermo crebrò repetitur. In Ecclesiaste verò maturæ virum ætatis instituens,ne quicquam in mūdi rebus putet esse perpetuum:sed caduca & breuia vniuersa quæ cernimus. Ad extremum iam consummatum virū & calcato seculo præparatum,in Canticocanticorum sponsi iungit amplexibus. Nisi enim prius reliquerimus vitia,& pōpis seculi renunciantes,expeditos nos ad aduentum Christi parauerimus:non possumus dicere: Osculet̄ me osculo oris sui. Canti.1.a. Haud procul ab hoc ordine doctrinarū & philosophi sectatores suos erudiunt:vt primùm ethicam doceant:deinde physicam interpretentur:& quem in his profecisse perspexerint ad theologiam vsq; perducant. Necnon & hoc diligentius attendendum ꝙ per hos tres libros autoris,diuersus est titulꝰ. In prouerbiis enī notatur:Prouerbia Salomonis filij Dauid regis Israel. In Ecclesiaste verò: verba Ecclesiastæ filij Dauid regis Hierusalē:supfluū quippe est hic Israel,qđ malē

I

Græcis & Latinis codicibꝰ inueni̅t. In cātico autē cāticorū, nec filiꝰ Dauid,nec rex Israel siue Hierusalē præscribit̄,sed tātum Canticū canticorum Salomonis. Sicut enī Prouerbia quasi rudis institutio ad duodecim tribꝰ & ad totū ptinēt Israel:& quomodo cōtēptus mūdi nō nisi metropolitis cōuenit:hoc est habitatoribus Hierusalē:ita Canticūcāticorum ad eos propriè facit mētionē qui tātū supna desiderāt. Ad incipientes & proficiētes, & paterna dignitas,& regni proprij meritò indicat̄ autoritas. Ad pfectos verò,vbi nō timore eruditur discipulus,sed amore filiꝰ,propriū nomē sufficit:& ęqualis magister est,& nescit esse se regē. Hęc interim iuxta literā: Cæterū secūdū intelligētiam spiritualē:pacificꝰ & dilectꝰ dei patris,& ecclesiastes noster est Christus:q medio pariete destructo & inimicitias in carne euacuans,fecit vtraq; vnum,dicēs:Pacem meā do vobis, & pacem meam relinquo vobis. Ioan.14.d. M De quo pater ad discipulos: Hic est, inquit,filius meus dilectus,in quo mihi bene cōplacui:hunc audite: Mat.3.d. qui est caput omnis ecclesiæ:nequaquam ad synagogam Iudæorum,sed ad gentium multitudinem loquens rex Hierusalem,viuis lapidibus extructæ:non illius de qua ipse ait:Hierusalem,Hierusalem,quæ occidis prophetas. Et ecce relinquetur vobis domus vestra deserta: Ibid.23.a. sed illius per quam iurari vetat:quia sit ciuitas magni regis. Matt.5.e. Hic est filiꝰ Dauid, ad quē cęci i euāgelio clamabāt:Miserere nostri fili Dauid: Ibid.21.a. & omnis turba cōsona voce resonabat:Osanna filio Dauid. Deniq; non ad eum fit verbum dei sicut ad Hieremiam & ad cæteros prophetas:sed quia diues est,& rex,& potēs,ipse est siquidem verbū & sapientia cęteræq; virtutes:verba loquit̄ ad ecclesiæ viros:verba insinuat apostolis:de quibꝰ cantatur in Psalmo:In omnem terrā exiuit sonus eorū:& in fines orbis terrę verba eorū. Psal.18.a. Malè igitur quidā opinātur nos ex hoc libro ad voluptatem & luxuriam prouocari : cùm ecōtrariò omnia quæ in mundo cernimus,esse vana doceātur : nec debere ea nos studiosè appetere,quæ dum tenentur, intereant. Gene.1.d. b ¶Vanitas vanitatum dixit Ecclesiastes &c.) Si cūcta quæ fecit deus sunt valde bona,quomodo oīa vanitas:& nō solū vanitas,verūetiā vanitas vanitatum? Vt sicut in Cāticocāticorum inter omnia carmina,excellēs carmen ostenditur : ita in vanitate vanitatum,vanitatis magnitudo mōstretur. Psal.38.b. Tale quid &

a Quid superest homini in omni labore suo:quo la b borat sub sole? Generatio vadit,& generatio venit & terra in seculum stat. c Oritur sol,&occidit sol, &ad locum suum ducit: d & oritur ipse ibi. Vadit ad austrum, & gyrat ad aquilonem: gyrans gyrādo vadit spiritus,& in circulos suos reuertitur spi e ritus. Omnes torrentes vadunt in mare,& mare nō impletur. Ad locum de quo torrentes exeūt, illic ipsi reuertuntur vt f introeāt. Omnes sermones graues

Quid habet ampliꝰ homo de vniuerso labore suo, quo laborat sub sole? Generatio pręterit, & generatio aduenit,terra autē in æternum stat. Oritur sol,& occidit, & ad locū suū reuertitur, ibiq; renascens gyrat per meridiem & flectitur ad aquilonem Lustrans vniuersa in circumitu pergit spiritus, & in circulos suos reuertitur. Omnia flumina intrant in mare, & mare non redundat. Ad locum vnde exeunt flumina, reuertuntur, vt iterum fluant. Cunctæ res difficiles, non po-

A quid & in psalmo scriptum est: Veruntamen vniuersa vanitas,omnis homo viuens. Si viuens homo vanitas est:ergo mortuus vanitas vanitatum. Exo.34.d Legimus in Exodo : glorificatū vultum Mosi intantum,vt filij Israel in eum aspicere nō possent. Quam gloriam Paulus apostolus, ad comparationem euangelicæ glorię, dicit esse non gloriam. 2.Cor.3.c Nam nec glorificatum est, inquit, quod glorificatum fuit in hac parte propter excellentem gloriam. Possumus igitur & nos in hūc modum cœlum,terram,maria & omnia quę in hoc circulo continentur, bona quidem per se dicere: sed ad deum cōparata esse pro nihilo. Et quomodo si igniculū lucernæ videns contentus essem eius lumine,& postea orto sole non cernerē quod lucebat, stellarum quoque lumina B iubare viderem solis abscondi: ita aspiciens elementa & rerum multiplicem varietatem: admiror quidem operum magnitudinem, recogitans autem omnia pertransire: & mundum suo fine senescere : solum'q; deum illud semper esse quod fuerit:compellor dicere nō semel,sed bis: Vanitas vanitatum,& omnia vanitas. In Hebræo pro vanitate vanitatum חֲבֵל חֲבָלִים scriptum est: quod exceptis Lxx. interpretibus omnes similiter transtulerunt ἀτμὸς ἀτμῶν: qđ nos possumus vaporem fumi & auram tenuem quæ citò resoluitur appellare. Caducum itaque non nihil ex hoc verbo vanitatis,ostenditur. 2.Cor.4.d. Quæ enim videntur,vt ait apostolus,tēporalia sunt:quę autem non videntur æterna. Siue quia vanitati creatura subiecta est,& ingemiscit,& parturit,& præstolatur reuelationem filiorum dei: & nunc ex parte cognoscimus,& ex parte prophetamus. 1.Cor.13.c Tādiu enim omnia vana sunt, donec veniat quod perfectum est. a ¶Quid superest &c.) Post generalem sentētiam ꝙ vana sint omnia,ab hominibus incipit:ꝙ frustra in mundi istius labore desudent,congregātes diuitias,erudientes liberos,ambientes honorem:ędificia construentes:& in medio opere subita morte subtracti audi- C unt:Insipiens,hac nocte auferetur anima tua à te:quæ autem parasti,cuius erūt? Luc.12.c maximè cùm ex omni labore nihil secum ferant, sed nudi in terram redeant de qua sumpti sunt. b ¶Generatio vadit &c.) Aliis morientibus, nascuntur alij: & quos videras, non vides:incipis videre quos non videras. Quid hac vanius vanitate, quàm terram manere quæ hominum causa facta est:& ipsum hominem terræ dominū in puluerem repentè dissolui? Aliter: Prima recedit generatio Iudæorum,& succedit generatio de gentibus congregata: terra autem tandiu stat, quandiu synagoga recedente ecclesia omnis introeat. Lucæ.21.f. Cùm enim prędicatum fuerit euangelium in toto orbe,tunc erit finis. Imminēte verò consummatione, cœlum & terra transibunt. Et signanter non ait:Terra in seculis stat, sed in seculo. Porrò laudamus dominum, non in vno seculo,sed in seculis seculorū. c ¶Oritur &c.) Sol ipse qui in lucem mortalibus datus est, interitū mundi ortu suo quotidie indicat & occasu. Qui postq̄ ardentem rotā Oceano tinxerit,per incognitas nobis vias ad locum vnde exierat regreditur:expletoq; noctis circulo,rursum de thalamo suo festinus erūpit. Pro eo aūt quod vulgatā æditionem sequētes posuimus, ad locum suum ducit in Hebræo habet שׁוֹאֵף, quod Aquila interpretatur προσέπνευσε.i.aspirat. Symmachus verò & Theodotio,recurrit:quia videlicet sol reuertatur ad locū suum:& ibi vnde prius egressus fuerat,aspiret. Hoc aūt totū Idcirco dicit,vt doceat mutationibus temporum,& ortu occasu'q; syderum humanam ętatem labi & interire dū nesciat. D Aliter: Sol iustitiæ,in cuius alis est sanitas,timentibus deum oritur:& pseudoprophetis occidit meridie. Cùm autē ortus fuerit,in locum suum nos trahet. Quo? videlicet ad patrem, Ad hoc enim venit,vt nos de terris ad cœlum leuet,& dicat: Cum exaltatus fuerit filius hominis,omnia trahet ad se. Ioan.12.c. Nec mirū est filiū ad se trahere credentes, cùm & pater ipse ad se filium trahat. Ibidē. 6.e Nemo enim, ait, venit ad me nisi pater qui misit me,adducat eum. Iste ergo sol quē aliis occidere, aliis nasci diximus:& Iacob quondam patriarchæ de terra sancta egrediēti occidit: Gene.28.b rursum'q; cū de Syria terrā repromissiōis intraret, ortus est ei. E Lot quoq; qn̄ egressus est de Sodomis, & venit ad ciuitatem ad quam vt festinaret, ei fuerat imperatū:ascendit in montem,& sol exiuit super Segor. Ibid.19.e

d ¶Vadit &c.) Hinc possumus æstimare hyemis tēpore solem ad meridianam plagam currere : & per æstatem septentrioni esse vicinū:& non per æquinoctiū autūni habere principium:sed primum spirante fauonio, qn̄ tēpore veris in fœtum cuncta rumpuntur. Quòd autem ait:Gyrans gyrādo vadit spiritus,& in circulos suos reuertitur: siue ipsum solē spiritum nominauit, ꝙ animet & spiret,& vigeat, & annuos orbis cursus expleat:vt ait Poëta: Interea magnum sol circunuoluitur annū. Verg.3.Aeneidos. Et alibi: Atq; in se sua per vestigia voluit̄ annus. Ibidem.6. Siue qđ & lunæ lucentē globū & astra Titania Spiritus intus alit:totāq; infusa per artus Mēs agitat molē, & magno se corpore miscet: » non de annuo solis cursu, sed de quotidianis semitis eius loquitur. Obliqua enim & fracta linea p austrū pergit ad boreā,& ita ad Orientē reuertitur. Aliter: Sol quando per Austrū currit,vicinior terrę est:quando per Aquilonē,sublimius attolitur. Forsitan ergo his qui hyemis & F tribulationū frigore coartantur: Ab Aquilone enim exardescēt mala sup terrā: Hiere.1.e. vicinior sol iste iustitiæ est:his verò qui in Boreæ parte habitant,& calore priuātur, ęstiuo cursu incedit procul:&per suos circulos vnde profectus est reuertitur. Cum enim traxerit omnia ad se, & vniuersos suis radiis illuminauerit, fit restitutio principalis, & est deus omnia in omnibus. Symmachus hunc locum ita interpretatus est: Vadit ad Meridiem & circūit ad Boreā:perambulans vadit vētus,& p quæ circūierat reuertitur ventus. e ¶Oēs torrentes &c.) Putant quidam aquas dulces quæ in mare fluunt,vel ardente desup sole consumi, vel salsugini maris esse pabula. Ecclesiastes aūt noster,& ipsarum aquarum conditor, eas dicit per occultas venas ad capita fontium regredi, & de matrice abysso in sua semp ebullire principia. Melius autē Hebræi sub torrentiū & maris nomine per metaphorā de hominibus significari arbitrantur : ꝙ in terrā de qua sumpti sunt redeant:& torrētes vocētur,non flumina:eo ꝙ citò intereāt, nec tamen impleatur terra multitudine mortuorum. Porrò si ad altiora conscendimus,rectæ & turbidæ aquæ in mare vnde substiterāt reuertentur. Et ni fallor absq; additamēto nusq̄ torrens in bonā partē legitur. Nam torrēte voluptatis tuæ potabis illos:cū additamento dicitur voluptatis. Psalm 35.b. Et ecōtrario saluator ad torrentē traditur cedron. Ioan 18. a. Et Helias persecutionis tempore ad torrentem Charith latitat : qui & ipse siccatur & non impletur: 3.Re.17.a mare autē insatiabile, quomodo & in Prouerbiis filiæ sanguisugæ. Prou.30.b f ¶Omnes sermones &c.) Non

G Non solum de Physicis, sed de Ethicis quoque scire difficile est. Nec sermo valet explicare causas naturasq; rerum, nec oculus vt rei possit dignitas intueri: nec auris instituēte doctore ad summam scientiam peruenire. Si enim nunc per speculum videmus in ænigmate: & ex parte cognoscimus, & ex parte prophetamus: cō sequēter nec sermo potest explicare quod nescit: nec oculus in quo cæcus sit aspicere: nec auris de quo dubitat impleri. Simul & hoc notandum quòd omnia verba sint gratia, & magno labore discantur: contra eos qui putant ociosis sibi, & vota facientibus venire notitiam scripturarum. 1.Cor.13.d

a ¶Quid est quod fuit? Ipsum quod erit &c.) Videtur mihi de his quæ supra enumerauit: generatione & generatione: H mole terrarum: ortu solis & occasu: cursu fluminum, magnitudine Oceani, omnibusq; quę aut cogitatione aut visu vel auribus discim⁹, nūc communiter loqui, quòd nihil nouum sit in natura rerum, quod nō antè iam fuerit. Ab initio enim mundi & homines nati & mortui sūt: & terra super aquas constitit librata, & sol ortus occubuit. Et ne plura percurram, & auibus volare, & natare piscibus, & terrestribus ingredi, & serpentibus labi, deo artifice concessum est. Huic « quid simile sententię & Comicus ait: Nihil est dictum, quod « non sit dictum prius. Vnde præceptor meus Donatus, cùm istum versiculum exponeret: Pereant, inquit, qui ante nos nostra dixerūt. Quòd si in sermonibus nihil nouum dici potest: quanto magis in administratione mundi: quę ab initio sic pfecta est, vt requiesceret deus ab operib⁹ suis in die septima.

I Legi in quodam libro: si omne quod sub sole factum est, fuit in præteritis seculis antequam sol fieret: & homo iā sole condito factus est: fuit ergo homo antequam sub sole fieret. Sed hac excluditur ratione: quòd & iumenta & culices, & minuta quæq;, & magna animalia ante dicuntur fuisse quàm cœlum. Nisi fortè illud respondeat, ex consequentibus ostendi: nō de cæteris animalib⁹, sed de homine Ecclesiastæ esse sermonem. Ait enim: Non est omne recens sub sole, quod loquatur & dicat, Ecce hoc nouum est animalia autem non loqui, sed tantum hominem: quòd si loquantur animalia, nouum esse sub sole: & solui sententiam, nihil nouum esse sub sole.

b ¶Est ne verbum de quo dicatur &c.) Apertius hoc Symmachus trāstulit: Putasne est qui possit dicere: Vide hoc nouum est, & iam factum est in seculo quod fuit ante nos. Cum superioribus autem congruit, quòd nihil nouum in mundo fiat: nec sit aliquis qui possit existere & dicere, ecce hoc nouum est: siquidem omne quod se putauerit nouum ostēdere, iam in prioribus seculis fuit. Nec putemus signa atq; prodigia, & multa quę arbitrio dei noua in mundo fiunt, in prioribus seculis esse iam facta: & locum inuenire Epicurum, qui asserit per innumerabiles periodos eadem, & eisdem in locis, & per eosdem fieri. Alioquin & Iudas crebrò prodidit, & Christus passus est sæpe pro nobis, & cætera quæ facta sunt & futura, in easdem similiter periodos reuoluentur. Sed est

nes graues nō poterit vir loqui. Non satiabitur oculus videndo: & non implebitur auris auditu. a Quid est quod fuit? ipsum quod erit. Et quid est qđ factum est? ipsum quod fiet. Et non est omne recens sub sole. b Est nē verbum de quo dicatur, vide hoc nouum est: iam fuit in seculis quæ fuerūt ante nos. c Nōn est memoria primis & quidem nouissimis quæ futura sunt: non erit eis memoria apud eos qui futuri sunt in nouissimo. d Egō Ecclesiastes fui rex sup Israel in Hierusalem. e Et dēdi cor meū ad inquirendum & considerandum in sapiētia de omnibus quæ fiunt sub sole. Hāc occupationem malam dedit deus filiis hominum, vt occuparentur in ea.

nō potest eas homo explicare sermone. Non saturatur oculus visu, nec auris auditu impletur. Quid est, qđ factum est? ipsum quod faciendum est. Nihil sub sole nouū: nec valet quisquam dicere, ecce hoc recens est. Iam enim pręcessit in seculis, quæ fuerunt ante nos. Non est priorum memoria, sed nec eorum quidem quę postea futura sunt, erit recordatio apud eos q futuri sunt in nouissimo. Ego Ecclesiastes fui rex Israel in Hierusalem, & proposui in animo meo quærere & inuestigare sapiēter de omnibus quæ fiunt sub sole. Hanc occupationem pessimam dedit deus filiis hoīm, vt occuparentur in ea.

dicendum quòd ex præscientia & prædestinatione dei iam ea facta sunt quæ futura sunt. Qui enim electi sunt in Christo ante constitutionē mundi, in prioribus seculis iā fuerunt. K

c ¶Nō est memoria primis &c.) Quomodo præterita apud nos abscondit obliuio: sic ea quæ vel nunc fiunt, vel quæ futura sunt, hi qui nasci habent scire non poterunt: & cuncta silentio præteribunt, & quasi nō fuerint abscondentur: & complebitur illa sententia. Vanitas vanitatum omnia vanitas. Nam & seraphin propterea faciem suam & pedes velant: quia prima & extrema cooperta sunt. Iuxta autem Septuaginta interpretes, qui dixerunt, οὐκ ἔστι μνήμη τοῖς πρώτοις καί γε τοῖς ἐσχάτοις γενομένοις: οὐκ ἔστι αὐτοῖς μνήμη μετὰ τῶν γενησομένων εἰς τὴν ἐσχάτην, id est. Non est memoria primis & quidem nouissimis qui futuri sunt: non erit eis memoria cum his qui futuri sunt in nouissimo: L illic de euāgelio sensus est: quòd qui in isto seculo primi sunt, sint omnium nouissimi. Matt.20.b. Et quia deus vt benignus & clemens, minimorum quoque & omnium recordatur: his qui propter vitium suum nouissimi esse meruerūt nō tantam dabit gloriam, quantam his qui se humiliantes nouissimi in mundo esse voluerunt. Dicitur itaque in consequentibus, Non est memoria sapientis cum stulto in æternum.

d ¶Ego ecclesiastes &c.) Hucusque præfatio generaliter de omnibus disputantis: nunc ad semetipsum redit: & quis fuerit: quomodo experimento vniuersa cognouerit, docet. Aiunt Hebræi hunc librum Salomonis esse, pœnitentiam agentis: quòd in sapientia diuitiisq; confisus, per mulieres offenderit deum. e ¶Et dedi cor meum &c.) Verbum עִנְיָן, M Aquila. Lxx. & Theodotio περισπασμὸν, similiter transtulerunt: quod in distentionem Latinus interpres expressit: eo q in varias solicitudines mens hominis distenta lanietur. Symmachus verò ἀσχολίαν: id est occupationem transtulit. Quia igitur sæpius in hoc volumine nominatur: siue occupationē, siue distentionem, siue quid aliud dixerimus: ad superiorem sensum cuncta referantur. Dedit ergo Ecclesiastes primò omnium mentem suam ad sapientiam requirendam: & vltra licitum se extēdens, voluit causas rationesq; cognoscere: quare paruuli corriperentur à dæmone: cur naufragia & iustos & impios pariter absorberent: vtrum hæc & his similia casu euenirent, an iudicio dei. Et si casu, vbi prouidentia dei? si iudicio, vbi iustitia dei? Hæc, inquit, nosse desiderans, intellexi superfluam curam & solicitudinem per diuersa cruciantem à deo hominibus datam, vt scire cupiant quod scire non licitum est. Pulchrè autem causa præmissa à deo data distentio est. Quomodo enim in epistola ad Romanos scribitur: Roma.1.c. Propter quod tradidit eos deus in passiones ignominiæ. Et iterum: Propter quod tradidit eos de⁹ in reprobum sensum, vt faciant quę nō oportet. Ac deinde: Propterea tradidit eos deus in desideria cordis sui in immundiciam. Et ad Thessalonicenses: Propterea mittet eis deus operationem erroris. 2.The.2.c. Et primo causæ ostenduntur, quare vel passionibus ignominiæ, vel sensui reprobo, vel cordis sui desideriis concedātur: aut

A aut quid fecerint vt operationem erroris accipiant: ita & in præsentiarum idcirco deus distentionem malam dedit hominibus, vt distendantur in ea: quia prius sponte sua & propria voluntate hæc vel illa fecerunt. a ¶Vidi vniuersa &c.) Necessitate compellimur, vt crebrius quàm volumus de verbis Hebraicis disseramus. Nec enim possumus scire sensum, nisi eum per verba discamus. רְעוּת Aquila, & Theodotio νομὴν, Symmachus βόσκησιν transtulerunt. Septuaginta autem interpretes non Hebræum sermonē expressere, sed Syrum, dicentes προαίρεσιν. Siue ergo νομὴ, siue βόσκησις, à pastiōe vocabulū est. προαίρεσις autem melius voluntatem quàm præsumptionem sonat. Dicitur autem quòd agat vnusquisque quod velit, & sibi rectum esse vi- B deatur, atque in diuersa libero homines ferantur arbitrio: & vana sint vniuersa sub sole: dum inuicem nobis in bonorum & malorum finibus displicemus. Dicebat mihi Hebræus, quo scripturas sanctas instituente perlegi, qđ supra scriptum רְעוּת verbum, magis in hoc loco afflictionem & malitiam, quàm pastionē & voluntatem significaret: non à malo quod est contrarium bono, sed ab eo quod in euangelio scribitur: Sufficit diei malitia sua: Matt.6.d. quam Græci significātius κάκωσιν vocant: & esse sensum: Consideraui vniuersa quæ in mundo fiunt: & nihil aliud deprehendi quàm vanitatē & ma- C litias: id est, miserias spiritus, quibus anima diuersis cogitationibus affligatur: b ¶Peruersum non poterit adornari, &c.) Qui peruersus est, nisi antè corrigatur, non poterit adornari. Recta ornatum recipiunt, & curua correctionem. Peruersus non dicitur, nisi qui deprauatus à recto est. Hoc contra hæreticos, qui quasdam naturas introducunt, quæ nō recipiunt sanitatem. Et quia imminutio hoc est quod deest, non potest numerari: propterea tantum primogenita Israel numerata sunt. Fœminę verò, & serui, & paruuli, & vulg⁹ ex Aegypto, nequaquam plenitudo, sed imminutio exercitus absque numero prætermissi sunt. Potest & hic esse sensus: Tanta malitia in mundi huius capacitate versatur, vt ad integrum boni statum mundus redire vix valeat: nec possit facile recipere ordinem & perfectionem suam, in quibus primū conditus est. Aliter: Omnibus per pœnitentiam in integrum restitutis, solus diabolus in suo pmanebit errore. Cuncta enī quæ sub sole facta sunt, illius arbitrio & spiritu malignitatis euersa sunt, dum ad eius instinctum peccatis peccata cumulantur. Denique tantus est numerus seductorum, & eorū qui de grege domini ab eo rapti sunt, vt supputatione non queat comprehendi. c ¶Locutus sum ego in corde meo, &c.) Sapientior fuit Salomon, non Abraham & Moyse & cæteris sanctis, sed his qui fuerunt ante se in Hierusalem. Legi-
3.Reg.3.b. mus & in Regnorum libris, multæ sapientiæ fuisse Salomonem: & hoc à deo donum præ cæteris postulasse. Mundi er-

a tur in ea. Vidi vniuērsa opera quæ facta sunt sub sole: & ecce omnia vanitas & præsumptio spiritus. b Pēruersum non poterit adornari: & imminutio non poterit numerari. c Locútus sum ego in corde meo, dicens: Ecce ego magnificatus sum, & adieci sapientiam super omnes qui fuerunt ante me in Hierusalem: & cor meum vidit multam sapientiam & scientiā. d Et dēdi cor meum vt noscerem sapientiam & scientiam, errores & stultitiā: cognoui quia & hoc est pastio venti, siue præsumptio spiritus. e Qúia in multitudine sapientiæ, multitudo furoris: & qui apponit scientiam, apponit dolorē.

Caput II.

f Dixi ēgo in corde meo: Veni nunc, tentabo te in lætitia, & vide in bono: & ecce etiam hoc vanitas.

Risui

tur in ea. Vidi quæ fiunt cuncta sub sole, & ecce vniuersa vanitas, & afflictio spiritus. Peruersi difficilè corriguntur, & stultorum infinitus est numerus. Locutus sum in corde meo, dicens: Ecce magnus effectus sum, & præcessi omnes sapientia, qui fuerunt ante me in Hierusalem: & mens mea contemplata est multa sapienter, & didici: dediq; cor meum vt scirem prudentiam atque doctrinam, erroresq; & stultitiam. Et agnoui quòd in his quoque esset labor, & afflictio spiritus: eo quòd in multa sapientia, multa sit indignatio: & qui addit scientiam, addit & laborem.

Caput II.

Dixi ego in corde meo: Vadam & affluā deliciis, & fruar bonis. Et vidi quòd hoc quoq; esset vanitas.

Risum

go cordis oculus, multam sapientiam & scientiam cōtuetur: D quia non ait: Multam sapientiam & scientiam sum locutus: sed multam sapientiam & scientiam vidit cor meū. Non enī possumus eloqui omnia quæ sentimus. d ¶Et dedi cor &c.) Contrariis contraria intelliguntur. Et sapientia prima est, stultitia caruisse. Stultitia autem carere non potest, nisi qui intellexerit eam. Vnde & plura in reb⁹ noxia sūt creata, vt dum vitamus ea, ad sapientiam erudiamur. Aequalis ergo studij fuit scire Salomoni sapientiam & scientiam, & è regione errores & stultitiam: vt in aliis appetendis, & aliis declinandis, vera eius sapientia probaretur: sed in hoc quoque vt in cæteris, dicit pauisse se ventos, & non valuisse perfectam cōprehendere veritatem. E De præsumptione spiritus, siue pastione venti, quia sæpius in hoc libro dicitur, supra disseruisse sufficiat.

e ¶Quia in multitudine sapientiæ &c.) Quanto magis quis sapientiam fuerit consecutus, tanto plus indignatur subiacere vitiis, & procul esse à virtutibus quas requirit. Quia autem potentes potenter tormēta patientur: Sap.6.a. cuique plus creditur, Lucæ.7.f plus exigitur ab eo: propterea apponit dolorē qui apponit scientiam, & contristatur mœrore secundum deum: doletq; super delictis suis. Vnde & Apostol⁹ ait: Et quis est qui 2.Cor.2.a lætificat me, nisi qui contristatur ex me? Nisi fortè & hoc in- F telligendum, quòd sapiens vir doleat tam in abdito quàm in in profundo latere sapientiam: nec ita se præbere mentibus vt lumen visui, sed per tormenta quædam & intolerandum laborem, iugi meditatione & studio prouenire.

Caput II.

Dixi ego in corde &c.) Postquam in multitudine sapientiæ & adiectione scientiæ, laborem & dolorē esse deprehendi: & nihil aliud nisi cassum & sine fine certamen: transtuli me ad lætitiam vt luxu fruerer: congregarē opes, diuitiis abundarem, & perituras voluptates caperē antequam morerer. Sed & in hoc vanitatem meam ipse perspexi, dum præterita voluptas præsentem non iuuat, & exhausta non satiat. Non solum autem corporalis lætitia, sed etiā spiritualis est tentatio possidenti, vt indigeam corripiente stimulo & angelo Satanæ qui me colaphizet, ne hinc eleuer. 2.Cor.12.b. Vnde & Salomon: Diuitias, inquit, & paupertatem ne dederis mihi. Prou.30.b Statimq; subdidit: Ne fortè satiatus mendax fiam: & dicam, quis me conspicit? Siquidem & diabolus per bonorū abundantiam concidit. Vnde & in apostolo scriptum est: Ne 1.Tim.3.b in superbiam elatus, in iudicium incidat diaboli: id est, in tale iudicium, in quo etiam diabolus incidit. Sed & hoc possumus dicere propterea nunc lætitiam spiritualem, sicut & cætera, vanitatem pronunciari: quòd per speculum eam videamus & in ænigmate. Cùm autem facie ad faciem fuerit reuelata: tunc eam nequaquam vanitatem, sed veritatem vocari.

¶Risui

a Risūi dixi amentiam: & iocunditati, quid hoc facis? b Cōsideraui in corde meo, vt traherem in vino carnem meam: & cor meum deduxit me in sapientiam: vt obtinerem stultitiam donec viderem quid esset bonum filiis hominum quod facerēt sub sole numero dierum vitæ c suæ. Māgnificaui opera mea: ædificaui mihi domos: plātaui mihi vineas. d Fēci mihi hortos & pomaria: plantaui in illis lignum omne fructiferum. e Fēci mihi piscinas aquarum, ad irrigādum ex eis saltum germinantē ligna. f Mērcatus sum mihi seruos & ancillas, & vernaculi fuerunt mihi: & quidem possessio armenti & ouium multa fuit mihi: g Supēr omnes qui fuerunt ante me in Hierusalem.

Congregaui

Risum reputaui errorē: & gaudio dixi, quid frustra deciperis? Cogitaui in corde meo abstrahere à vino carnem meam, vt animum meum transferrem ad sapientiam, deuitaremq; stultitiam, donec viderem quid esset vtile filiis hominum: quo facto opus est sub sole numero dierum vitę suæ. Magnificaui opera mea. Aedificaui mihi domos, & plantaui vineas: feci hortos & pomaria, & conseui ea cuncti generis arboribus: & extruxi mihi piscinas aquarum, vt irrigarem syluam lignorum germinantium. Possedi seruos & ancillas, multamq; familiam habui: armenta quoque & magnos ouium greges vltra omnes qui fuerunt ante me in Hierusalem.

Coaceruaui

G a ¶Risui dixi amentiam &c.)Vbi nos amentiam legimus, in Hebræo habet מְהוֹלָל quod Aquila πλάνησιν, id est, errorē: Symmachus θόρυβον, hoc est, tumultum interpretati sunt. Septuaginta verò & Theodotio, sicut in pluribus locis, ita & in hoc quoque concordant & transtulerunt περιφορὰν, quā nos, verbum de verbo exprimentes, circūlationem possumus dicere. Ephe.4.c Quomodo igit hi qui circunferūtur omni vēto doctrinæ instabiles sunt, & in diuersa fluctuant: sic qui illo risu cachinnant: quem dominus in euangelio fletu dicit mutandum, Luc.6.d. errore seculi raptantur & turbine: non intelligentes ruinam peccatorum suorum, neq; prēterita vitia plangentes, sed putantes breuia bona esse perpetua, & in his exultantes quæ magis digna sunt planctu. H Potest hoc & de hæreticis accipi: qui falsis dogmatibus acquiescētes, læta sibi & prospera repromittunt.

b ¶Cōsideraui ī corde meo &c.)Volui vitā meam tradere deliciis, & carnem meam ab omnibus curis liberare: & quasi vino sic voluptate sopire: sed cogitatio mea & ratio naturalis, quam etiam peccatoribus deus author inseruit, retraxerunt me & deduxerunt ad sapientiam requirendam, stultitiamq; calcandam: vt viderem quid nam illud esset boni quod homines in vitæ suę possint agere curriculo. Eleganter autem voluptatem ebrietati comparauit. Siquidem ebrietas euertit animi vigorem: quam qui potuerit sapientia commutare, & (vt in quibusdam codicibus I habetur) obtinere: is poterit ad scientiam rei istius peruenire, quid in hac vita appetendum sit, quidve vitandum.

c ¶Magnificaui opera mea &c.) Vsque ad eum locū in quo ait: Sapientis oculi in capite eius, & stultus in tenebris ambulat. Antequam de singulis differam, videtur mihi vtile breui cuncta sermone comprehendere: & quasi in vnum corpus sensum redigere: vt possint facilius intelligi illa quæ dicuntur. Omnia quæ putantur in seculo bona, quasi rex & potens habui. Aedificaui mihi in excelsum palacia: vitibus montes collesq; conseui. Et ne quid deesset ad luxū, hortos mihi pomariaq; plantaui: diuersas arbores instituens: quas collectæ in vnum piscinæ aquæ desuper irrigarent, vt longius viror humore perpeti nutriretur. Seruorum quoque, siue emptorum, siue vernaculorum, mihi fuit innumerabilis multitudo: & quadrupedum greges multi, boum scilicet & oniū quantum nullus ante me rex habuit in Hierusalem. Sed & thesauri argenti & auri innumerabiles condebantur: quos mihi diuersorum regum munera & gentium tributa contulerāt. Vnde & accidit, vt ex nimiis opibus ad maiores delicias prouocarer: & musicarum artium chori, mihi tibia, lyra, voce concinerent: & vterque sexus in conuiuiis ministraret: sed quanto ista crescebant, tanto sapientia deerat. Nam in quamcunq; voluptatem me cupido traxisset, infrenis ferebar & pręceps: putabamq; hunc esse fructum laborum meorū, si ipse in libidine luxuriaq; consumerer. Tandē in me reuersus, & quasi de graui somno euigilans, aspexi ad manus meas: & opera mea plena vanitate, plena sordibus, plena spiritu erroris intuitus K sum. Nihil enim quod in mundo putabatur bonum, bonū potui reperire. Reputans igitur quæ essent sapientiæ bona, & quę stultitiæ mala, consequenter in laudem illius hominis erupi, qui post vitia se refrenans, virtutum possit esse sectator. Magna quippe distantia est inter sapientiam & stultitiam: & quantū dies distat à nocte, tantum virtutes à vitiis separantur. Videtur mihi itaque qui sapientiā sequitur, oculos in cœlum semper erigere, & in sublime eos habere surrectos: eaq; quæ supra suum sunt verticem contemplari. Qui verò stultitiæ & vitiis deditus sit, versari in tenebris & in rerum ignorātia volutari. Magnificaui opera mea &c.) Magnificat opera sua, qui iuxta imaginem cōditoris in supna sustollit. L Et ædificat domos, vt veniant pater & filiꝰ & spiritus sanctus, & habitent in eis. Et plantat vineas, ad quas Iesus ligat asinam suam.

d ¶Feci &c.)In domo diuitis nō solū aurea vasa sunt & argentea, sed & lignea & fictilia. 2.Tim.2.c. Fiūt igitur & horti propter imbecilliores quosque & infirmos. Nā qui infirmus est, holeribus vescitur. Roma.14.a Plantantur arbores, non omnes fructiferæ, vt in Latinis codicibus habemus, sed omnis fructus: hoc est diuersarum frugum atque pomorum: quia diuersæ sunt gratiæ in ecclesia: & alius est oculus, alius manus, alius pes: & quæ verecundiora nostra sunt, his maiorem honorem circundamus. Inter quas frugiferas arbores æstimo tenere primatum lignū vitæ, qđ est sapientia. Nisi enim in medio illa plantetur, ligna cætera siccabunt.

e ¶Feci mihi pis.&c.) M Ligna saltuū, ligna syluarum, quę non sunt frugifera, quę poma non afferunt: aluntur non imbre cœlesti, non supernis aquis, sed his quæ in piscinas de riuulis colliguntur. Nam & Aegyptus humilis & iacēs, quasi hortꝰ holerū, terrenis & de Aethiopia venientibus aquis irrigatur. Terra verò repromissionis quæ montuosa est & erecta, tēporaneā & serotinā pluuiā expectat de cœlo.

f ¶Mercatus &c.) Si volumus ecclesiastē, vt supra diximus, etiam nunc ad Christi referre personam: possumus seruos eius dicere, qui habent spiritum timoris in seruitute: & spiritualia magis desiderant, q̄ teneant. Ancillas verò eas animas appellare, quæ adhuc corpori terræq; sunt deditæ. Vernaculos quoq; illos qui sunt quidem de ecclesia: & seruos & ancillas de quibus diximus antecedūt: necdū tamē libertate donati sunt, nec nobilitate à domino. Sunt autem & alij in familia ecclesiastæ, ad instar boum & ouium, propter opera & simplicitatem: qui absque ratione & scientia scripturarum laborant quidem in ecclesia, sed necdum ad id peruenere, vt homines esse mereantur, & redeant ad imaginem conditoris. Diligentius nota, ꝙ in seruis & ancillis & vernaculis multitudo non additur: In bobus verò & ouibus dicitur, possessio armenti & ouiū multa fuit mihi. Plura quippe in ecclesia armenta quàm homines sunt plures oues quàm serui, ancillæ atq; vernaculi. Illud vero quod in fine dicitur.

g ¶Super omnes qui fuerunt ante me in Hierusalem.)Non

ad

a Congregāui mihi argentum, & aurum, & substantias regum & prouinciarum. Feci mihi cantores & cantatrices: & delicias filiorum hominum, ministros vini & ministras. Et b māgnificatus sum & adieci sapientiam super om c nes qūi fuerunt ante me in Hierusalem, & quidem sapientia mea astitit mi d hi. Et omnē quod postulauerunt oculi mei, non tuli ab eis: nec prohibui cor meum ab omni lætitia: quia cor meū lætatū est in omni labore meo. Et hęc fuit portio mea ex e omni labore meo. Et rēspexi ego ad omnia opera mea quæ fecerunt manus meæ, & in labore quo laboraueram faciens. Et f eccē omnia vanitas, & vo g luntas spiritus. Et nōn est h abūdantia sub sole. Et rēspexi ego vt viderem sapientiam, errores & stultitiam: quia quis est hominum qui possit ire post regem ante factorē suū?

Et

Coaceruaui mihi argentū & aurum, & substantias regum & prouinciarum. Feci mihi cantores, & cantatrices, & delicias filiorum hominum, scyphos & vrceolos in ministerio ad vina fundenda: & supergressus sum opibus omnes qui ante me fuerunt in Hierusalem. Sapientia quoque perseuerauit mecum: & omnia quæ desiderauerunt oculi mei non negaui eis: nec prohibui cor meū quin omni voluptate frueretur, & oblectaret se in his quæ pręparauerā. Et hanc ratus sum partē meā: si vterer labore meo. Cūq; me cōuertissem ad vniuersa opera quæ fecerant manus meæ, & ad labores in quibus frustra sudaueram, vidi in omnibus vanitatem & afflictionem animi, & nihil permanere sub sole. Transiui ad contemplandam sapientiam: erroresq; & stultitiam. Quid est, inquam, homo vt sequi possit regem factorem suum?

Et

A ad grādem gloriam pertinet Salomonis, vno patre suo rege se ditiorem fuisse: quia sub Saule necdū regnabatur in Hierusalem: & à Hiebusæis qui ipsi vrbi insederant, tenebatur. Altius itaque tractandum, quæ sit Hierusalem: & quomodo Ecclesiastes ante omnes qui se præcesserunt reges in Hierusalem ditior fuerit.

a ¶Congregaui mihi argentū &c.) Argentū & aurum semper scriptura diuina super sermone ponit & sensu. Vnde & in sexagesimoseptimo psalmo: colūba quę interpretatur in spiritu, propter manifestiora & visui exposita, alas deargentatas habet: occultiorem verò intrinsecus sensum, in auri pallore operit. Regum autem substantias, & prouinciarum siue regionum, in credentiū cōgregauit ecclesiam: B illorum regum de quibus Psalmista canit: Psal. 44.c Astiterunt reges terrę, & principes conuenerunt in vnum. Illarum quoq; regionum, in quas oculos leuare saluator pręcepit: quia iam candeāt ad metendum. Possunt regum substātiæ & philosophorum dici dogmata & scientię seculares: quas ecclesiasticus vir diligenter intelligens, apprehendit sapientes in astutia eorum: & perdit sapientiam sapientium, & prudentiam prudentium reprobat. Cantores quoque & cantatrices, illi vel illæ sunt, qui psallunt spiritu, psallunt & mente. Cātator quasi vir & robustus & spiritualis C de altioribus canit. Cātatrix verò adhuc quasi circa materiā volutatur, quam Græci ὕλην vocant: nec potest vocem suam in sublime tollere. Vbicunque ergo in scripturis fœmina legitur Exo.1.c. & sexus fragilior, ad materię intelligentiam transferamus. Vnde & Pharao non vult masculos viuificari, sed tantū fœminas quæ materiæ sunt vicinæ. Et econtrariò nullus sanctorum nisi perrarò fœminas genuisse narratur. Num.25.a Solusq; Salphaath, Gene.30.c. qui in peccatis mortuus est, omnes filias genuit. Iacob inter duodecim patriarchas, vnius filiæ pater est: & ob ipsam periclitatur. Deliciæ quoque filiorum hominum super sapientia intelligendæ, quæ ad instar paradisi habet poma varia & multiplices voluptates. Et de ipsa præcipitur: Psalm.36.a. Delectare in domino, & dabit tibi petitiones cordis tui. Et in Ibidē.35.b alio loco: Torrente voluptatis tuæ potabis eos. Nam & de vini fusoribus, & vini fusitricibus: ad distinctionem quippe nunc masculini generis, fœminino genere volui declinare, quod Latinus sermo nō recipit, aliud multò quàm in prōptu est, Aquila interpretatur: Non enim homines viros videlicet & fœminas, sed vasculorum species nominauit κυλίκιαν καὶ κύλικα vocans, quod Hebraicè dicitur שדות & שדה, Denique Symmachus, licèt verbum nō potuerit exprimere de verbo, ab hac opinione non longè est: dicens mensurarum species & appositiones. Siue igitur vrceos, siue scyphos, siue crateres qui in ministeriis ordinantur, auro gemmisq; distinctos, Salomonem habuisse credendum est: & quod ex vno τῷ κύλικι, D id est cratere: aliis κυλικίοις minoribus scilicet vasculis hauriretur: & per ministrorum manus potantium vinum turba susciperet. Quia igitur Ecclesiastē interpretamur in Christo, & sapientia in cratere mixto, in Prouerbiis prætereuntes ad se conuocat: Corpus domini craterem magnum debemus accipere: in quo non meraca diuinitas, vt in cœlestibus fuit, sed propter nos humanitate media temperata est, & per apostolos in minora κυλίκια, scyphos paruulos & crateres, in toto orbe credentibus effusa sapientia est.

b ¶Et magnificatus &c.) Magnificatum Ecclesiasten, minimè videtur domino conuenire: nisi fortè ei illud aptemus: E Proficiebat sapientia & Luc.2.g. ætate & gratia. Et: Propter quod illum deus exaltauit, & donauit illi nomē. Philip.2.b Quòd autem ait.

c ¶Qui fuerunt &c.) De his dicit qui ante aduentum suum, congregationem sanctorum & ecclesiā gubernauerunt. Si spiritualiter intelligimus scripturas, ditior est Christus omnibus: si tantum carnaliter, melius intelligitur synagoga quàm ecclesia, Tulit ergo velamen quod fuerat positū super vultum Moysi: Exo.34.g & pleno lumine faciem eius videre nos fecit. 2.Cor.3.a Porrò astitisse sapientiā sibi: ille sensus est, F ꝙ etiam in carne posito sibi permanserit sapientia. Qui profectum habet in sapientia, non ei stat sapientia. Qui autem non recipit profectum, nec per momenta succrescit, sed semper in plenitudine est: iste dicere potest: Astat mihi sapientia.

d ¶Et omne &c.) Oculi animæ, & mentis intuitus, contemplationem desiderāt spiritualem: quā peccator ignorans, prohibet à vera iocunditate cor suum. Huic se ergo ecclesiastes totum dedit, & leues tribulationes in seculo, æterna gloria compensauit. Hæc enim portio nostra est, præmiumq; perpetuum si hic pro virtutibus laboremus.

e ¶Et respexi &c.) Qui cum diligentia & cautione agit vniuersa, hic potest dicere.

f ¶Et ecce omnia vanitas &c.) Quomodo in cæteris vilia cuncta reputat quæ sub sole sunt, & pro voluntatum varietate diuersa.

g ¶Et non est abundantia sub sole.)Christus in sole posuit tabernaculum suum. Itaque qui necdum ad solis claritatem, ordinem, constantiamq; peruenit: in hoc Christus nec habitare poterit nec abundare. Psalm.18.a.

h ¶Et respexi ego &c.)Quia in superioribus vsque ad eum locum in quo scriptura ait: Sapientis oculi in capite eius: vno cuncta sermone comprehenderam, volens sensum breuiter indicare, & ob id rursum secundum Anagogen aliqua perstrinxeram: nunc iuxta illud Anagoge quod cœperam exponere debeo. Multum enim à Septuaginta interpretatione in hoc loco diuersus est sensus. Dicit autē se post delicias voluptatesq; damnatas, reuertisse ad sapientiam

tiam

G tiam perquirēdam: in qua plus erroris stultitiæq; repererit, quàm veræ certæq; prudentiæ. Non enim puto posse hominem tam liquido & purè scire sapientiam creatoris & regis sui, quàm scit ille qui conditor est. Itaque & illa quæ nouimus, opinari nos potiꝰ quàm tenere, & æstimare magis quàm scire quod verum est.

a ¶ Et vidi ego &c.) Licet, inquit, ipsam hominum sapientiam mixtam errore peruiderim: nec tam purè in nostros animos illabi posse, quàm est in rege & cōditore nostro: tamen magnam etiam in eo quod est, differētiam inter illam & stultitiam esse cognoui: quantum potest distare dies à nocte, lumen à tenebris. b ¶ Sapientis oculi in capite eius, &c.) Qui in perfectum virum peruenerit, & meruerit vt caput ipsius Christus sit, H oculos suos semper habebit ad Christum, & eos in sublime eleuās, nunquā de inferioribus cogitabit. Cùm hæc se ita habeant, & inter sapientem & stultum tanta distantia sit, quòd alter diei, alter tenebris comparetur: Ille oculos ad cœlum leuet, iste in terram deprimat, repentè mihi cogitatio ista subrepsit, quare sapiens & stultus communi finiantur interitu, cur eadem plaga, & idē euentus, eadem mors, pares vtrunque angustię premant. c ¶ Et dixi ego in corde meo, &c.) I Dixi, sapiēs & stultus, iustus & impius, æquali sorte morientur, & omnia in hoc seculo mala, euentu simili sustinebunt: quid ergo mihi prodest quòd secutus sum sapientiam, & plus cęteris laboraui? Rursus cogitans & diligenter mecū mente pertractans sententiam meam vanam esse deprehēdi. Non enim similiter sapiens & insipiens habebunt in futuro memoriam: quādo consummatio veniet vniuersitatis, & nequaquam pari exitu tenebuntur: quia hic ad refrigeria, ille perget ad pœnam. Apertius in hoc loco sensum Hebraicū Septuaginta interpretes transtulerunt: licet verborum ordinem non sint secuti: καὶ ἵνα τι ἐσοφισάμην ἐγώ: περισσὸν ἐλάλησα ἐν καρδίᾳ μου, διότι ἄφρων ἐκ περισσεύματος λαλεῖ, ὅτι καί γε τοῦτο ματαιότης, ὅτι οὐκ ἔστιν ἡ μνήμη τοῦ σοφοῦ μετὰ τοῦ ἄφρονος εἰς αἰῶνα, &c. id est: Et vt quid sapiens factus sum ego? tunc abundanter locutus sum in corde meo: quoniam insipiens ex abūdan

a Et vidi ego quia est abundantia sapiētiæ super stultitiam: sicut abundantia lucis super tenebras. b Sapientis oculi in capite eius, & stultus in tenebris ambulat. Et cognoui ego quia euentus vnus eueniet omnibus eis. c Et dixi ego in corde meo: sicut euentus stulti, ita & mihi eueniet: & vt quid sapiens factus sum ego? Et locutus sum in corde meo: quoniam hoc quoque vanitas. Non enim erit memoria sapientis cum stulto in æternū: eo quòd ecce diebus qui superuenient vniuersa obliuio operiet: & quomodo morietur sapiens cum stulto? d Et odiui vitam, quia malum super me opus quod factum est sub sole: quia omnia vanitas & pastio vēti. e Et odiui ego omnem laborem meum quem ego laboraui sub sole: quia dimitto illum homini qui futurꝰ est post me. Et quis scit vtrum sapiens sit, an stultus? & dominabitur in omni labore meo, quo laboraui, & in quo sapiens factus sum sub sole, sed & f hoc vanitas. Et cōuersus sum ego vt renunciarem cordi meo in omni labore meo quo laboraui sub sole: quia est homo cui labor eius est in sapientia, & scientia, & virtute: & homini qui non laborauit, illi dabit partem suam. Et quidem

K tia loquitur: quoniam hoc quoque vanitas: quia non est memoria sapientis cum stulto in æternum &c. Quòd videlicet priorem opinationem suam stultam esse conuincens, insipienter se locutum esse testatus sit & errasse: quia antè sic senserit. d ¶ Et odiui vitam, &c.) Si mundus in maligno positus est, & in tabernaculo isto Apostolus ingemiscit dicens: Miser ego homo: quis me liberabit de corpore mortis huiꝰ? rectè odio habet omne quod sub sole factū est. (1.Ioan.5.d; Roma.7.d.) Ad comparationē quippe paradisi, & illius vitæ beatitudinem, in qua spiritualibus pomis & virtutum deliciis fruebamur: nunc quasi in ergastulo & carcere sumꝰ & valle lachrymarum: in sudore vultus nostri comedentes panem. e ¶ Et odiui ego omnē &c.) Videtur quidem de diuitiis & opibus retractare, L quod secūdum Euangelium repentina morte subtracti, quasi moriamur hærede nesciamus: vtrum stultus an sapiens sit, qui nostro est labore fruiturus. (Luc.21.f) Quod Salomoni quoque accidit: nō enim similem sui habuit filium Roboam. (3.Reg.11.) Ex quo intelligimus, ne filium quidem patris hæreditate dignum esse, si stultus sit. Sed mihi altiꝰ contemplanti, de labore videtur dicere spirituali: quòd diebus ac noctibus vir sapiens in scripturis laboret & componat libros: vt memoriā sui posteris derelinquat, & nihilominus in manus stultorum veniant, qui M frequēter secundū peruersitatem cordis sui, semina inde hęreseos capiant, & alienos labores calumnientur. Si enim de corporalibus diuitiis nunc Ecclesiastæ sermo est, quid necesse fuit de labore & opibus dicere: Et dominabitur in omni labore meo in quo laboraui, & in quo sapiēs factus sum sub sole? Quæ enim sapientia est, terrenas diuitias congregare? f ¶ Et conuersus sum & cætera.) Vt suprà de incerto loquitur hærede: quia vtrum stultus an sapiēs laboris alterius dominus futurus sit, ignoretur. Nunc eadem quidem repetit: sed in illo diuersus est sensus, quòd etiam si filio, si propinquo, si noto alicui substantiam laboresq; dimittat: nihilominus tamen in eundem circulum res recurrat, vt alter labore alterius perfruatur: & sudor mortui, delitiæ sint viuentis. Se vnusquisque consideret, & videbit quanto libros labore componat: quomodo sępe stilum vertat, » iterum quę digna legi sint scripturus: & ho » mini

Et vidi quia tantum præcederet sapientia stultitiam, quātum differt lux à tenebris. Sapientis oculi in capite eius: stultus in tenebris ambulat. Et didici quòd vnus vtriusque esset interitus, & dixi in corde meo: Si vnus & stulti & meus occasus erit, quid mihi prodest quòd maiorem sapientię dedi operam? Locutusq; cum mente mea, animaduerti quòd hoc quoque esset vanitas. Non enim erit memoria sapientis similiter vt stulti in perpetuum, & futura tempora obliuione cuncta pariter operient. Moritur doctus similiter vt indoctus, & idcirco tæduit me vitæ meæ, videntem mala vniuersa esse sub sole, & cuncta vanitatem & afflictionē spiritus. Rursus detestatus sum omnem industriam meam qua sub sole studiosissimè laboraui, habiturus hæredē post me, quē ignoro vtrū sapiens an stultus futurus sit: & dominabitur in laboribꝰ meis quibus desudaui & solicitus fui. Et est quicquā tam meum vanum? Vnde cessaui renunciauitq; cor vltrà laborare sub sole. Nā cùm alius laboret in sapientia & doctrina & solicitudine, hoī ocioso quæsita dimittit. Et hoc quoq;

A mini qui non laborauit, det partem suam. Quid enim vt antè iam dixi, ad opes terræ pertinent sapientia, & scientia, & virtus: in quibus se laborasse testatus est: cum sapientiæ sciētię, atque virtutis sit calcare terrena. a ¶ Non est bonum homini, &c.) Postquam vniuersa tractaui, & nihil iniustius esse perspexi, quàm alteriꝰ labore alterum pfrui: tūc mihi visum est hoc in rebus esse iustissimum & quasi dei donū, vt suo quis labore frueretur, bibens & comedens, & pro tempore parcens opibus cōgregatis. Siquidem munus dei est, talem viro iusto dari mentem, vt ea quę curis, vigiliisq; quæsiuit, ipse consumat. Sicut econtrariò, iræ dei est, vt peccator diebus ac noctibus opes congreget: & nequaquam eis vtens, his relinquat, B qui in conspectu dei iusti sunt. Sed & hoc, inquit, diligenter inspiciens & videns omnia morte finiri, vanissimū iudicaui. Hæc interim secundum literam, ne videamur penitus simplicem præterire sensum: & dum spirituales diuitias sequimur, historiæ cōtemnere paupertatem. Quid enim boni est, aut quale dei munus, vel suis opibus inhiare, & quasi scientem præsentem carpere* voluptatem: vel alienum laborem in ꝓprias delicias vertere: & hoc putare donum esse dei, si alienis miseriis & laboribus perfruamur? Bonum est i- C taque veros cibos & veram sumere potionem: quos de agni carne & sanguine in diuinis voluminibus inuenimus. Quis enim vel comedere: vel cum opꝰ est parcere potest absq; deo? qui pręcepit sanctum canibus non esse mittendum: & docet quomodo in tempore conseruis sint danda cibaria: &, iuxta aliū sensum: Inuentum mel tantum comedere, quantum sufficit? (Matt.7.a.; Matt.24.d; Prou.25.b) Pulchrè autem homini bono deus dat sapientiam, & sciētiam, & lætitiam: Nisi enim bonus fuerit, & mores suos proprio arbitrio ante correxerit, sapientiā, & scientiā, & lætitiā non meretur: secundū illud quod alibi dicitur: Seminate vobis in iustitia: vindemiate in fructu vitæ: illuminate vobis lumen scientiæ. (Osee.10.d) Seminanda quippe iustitia: & vitæ fructus est demetendus, & postea scientiæ lumē poterit apparere. Vt ergo bono corā se dedit deus sapientiam, &c. sic peccatorē suo arbitrio derelinquens, fecit congregare diuitias, & hinc & inde peruersorum dogmatum consuere ceruicalia. Quæ cùm vir sanctus & placens deo viderit: intelligit quia vana sunt, & spiritus præsumptione composita. Nec mirandum q dixerit: Peccatori dedit solicitudinem, &c. Ad illū enim sensum de quo sæpe tractaui, hoc referendum est: Propterea datam ei esse solicitudinem siue distentionem, quia peccator fuerit: & non

*quasi fugientem præcerpere.

quidem hoc vanitas & nequitia magna. Quid enim fit homini in omni labore suo, & in voluntate cordis sui, qua ipse laborat sub sole? Quia omnes dies eius dolorum & iracūdiæ curarumq;: & quidem nocte non dormit cor eius: a sed & hoc vanitas. Nōn est bonum homini nisi quòd comedit, & bibit, & ostendit animæ suæ bonū in labore suo. Et quidem hoc vidi ego, quia de manu dei est. Quis enim comedit, & quis parcit sine illo qui homini bono coram se dedit sapientiam & scientiam, & lætitiam: & peccanti dedit solicitudinem vt augeat & congreget quę videntur bona ante faciem dei. Sed & hoc vanitas & præsumptio spiritus.

Caput III.

b Omnibus tēpus est: & tempus omni rei sub cœlo. c Tempus pariendi, & tempus moriendi. Tempus plantandi, & tempus euellendi quod d plantatum est. Tempus occidendi, & tempus sanandi. e Tempus destruendi, & tempus ædificandi. Tempus

D esse causam distentionis in deo, sed in illo qui spontè sua ante peccauerit.

Caput III.

Omnibus &c.) Incertum & fluctuantem statum conditionis humanæ in superioribus docuit: Nūc vult ostendere omnia sibi in mūdo esse cōtraria, & nihil stare perpetuum, eorū duntaxat quæ sub cœlo sunt, & intra tēpus: quia cęteræ substātiæ spūales, nec sub cœlo, nec tempore cōtinent. c ¶ Tēpus. &c.) Nulli dubium q ortus & interitus hoīm, deo notꝰ sit & agnitus: & idipsū esse parere, quod plantare: & mori, qđ plantatum est euellere. Sed quia in Esaia legimus: A timore tuo domine cōcepimus, & parturiuimus, & peperimus. (Esa.26.c) Hoc dicendū, q pfecto viro partus iste qui de timore natus est, cum E deum amare cœperit, morieт. Perfecta quippe dilecto foras mittit timorem. (1.Ioan.4.d.) Hebræi omne hoc quod de cōtrarietate temporum scriptum est, vsq; ad illum locum in quo ait: Tempus belli, & tempus pacis, super Israel intelligunt. Et quia non necesse est p singulos versus ponere quid interpretentur & sentiāt: pstringā breuiter, latiorē dissertionē lectoris ingenio derelinquens. Tēpus fuit generādi & plantandi Israel: tēpus moriendi, & ducēdi in captiuitatē: Tēpus occidēdi eos in Aegypto: & tēpus de Aegypto liberandi. F Tēpus destruendi templi sub Nabuchodonosor, & tempus ædificandi sub Dario. Tempus flendi & plangendi euersionē vrbis, & tempus ridendi atque saltandi sub Zorobabel, Esdra, & Neemia. Tempus dispergendi Israel: & tempus in vnum congregandi. Tempus quasi cingulum & baltheum circundari deo populum Iudæorum, & tempus ducendi eos in Babyloniam captiuitatē, & ibi cōputrescere trans Euphraten. Lege περίζωμα Hieremiæ. Tempus quęrendi illos & seruandi & tēpus perdendi illos & proiiciendi. Tempus scindendi Israel, & tempus iterum consuendi. Tempus tacendi prophetas nūc in captiuitate Romana: & tempus loquendi eos, tunc quando etiā in hostili terra dei cōsolatione & alloquio nō carebant. Tempus dilectionis, qua eos sub patribus antè dilexit: & tempus odij, quando in Christum intulerunt manus. Tēpus prælij, modo non agentibus eis pœnitentiam: & tempus pacis in futuro, quando intrante plenitudine gentium omnis Israel saluus erit. d ¶ Tempus occidendi &c.) Ei occidendi tempus est & sanandi, qui ait: Ego occidam, & ego viuificabo. (Deute.32.f) Sanat ad pœnitentiam prouocans. Occidit, iuxta illum sensum: In matutino interficiebam omnes peccatores terræ. (Psal.100.b) e ¶ Tempus destruendi, & tempus ædificandi.) Non possumus

Caput III.

Omnia tēpus habēt, & suis spaciis trāseunt vniuersa sub cœlo. Tēpus nascēdi: & tēpus moriendi. Tēpus plātandi: & tempus euellendi quod plantatum est. Tēpus occidendi, & tēpus sanandi. Tempus destruendi, & tempus ædificandi. Tempus

Gmus ędificare bona,nisi prius destruxerimus mala . Idcirco sic & Hieremię verbum à deo datum est: vt ante eradicaret, & suffoderet & perderet, & postea ædificaret atque plantaret. a ¶ Tempus flendi,&c.)Nunc flendi tempus est, & in futuro ridendi. Beati enim flentes, quoniam ipsi ridebunt.

Hiere.1.c

Luc.6.d

b ¶ Tempus plangendi &c.)Idcirco corripiuntur in euangelio, quibus dominus ait: Lamentauimus vobis, & non planxistis: cantauimus vobis, & non saltastis. Plangendum est in præsentiarum:vt postea saltare valeam⁹, illa saltatione qua saltauit Dauid ante arcā testamenti,& Saulis filiæ displicens, magis placuit deo: quia qui in præsenti seculo sua plangit peccata, ridebit potius in futuro.

Luc.7.e.

2.Reg.6.c

c ¶ Tempus spargendi lapides,&c.)Miror quomodo vir disertissimus rem ridiculā in hoc loco dixerit: De destructione, inquiēs, & ædificatione domorum Salomoni sermo est,quòd homines nūc destruant, nunc ædificent:alij congregent lapides ad ædificia construēda:alij quę extructa sunt,destruant: secundum illud Horatianum: Diruit,ædificat,mutat quadrata rotundis. Aestuat & vitæ disconuenit ordine toto. Hoc vtrum rectè,an perperam dixerit,lectoris arbitrio derelinquo. Nos prioris explanatiōis sequamur ordinem: Tempus spargendorum & congregandorum lapidum esse dicentes,iuxta illud quod in euāgelio scriptum est: Potens est deus de lapidibus istis suscitare filios Abrahæ. Quòd tempus fuerit gentilis populi dispergendi : & tempus rursum in ecclesiam congregādi:legi in quodam libro:iuxta Lxx:tamen interpretes:qui dixerunt, tempus mittendi lapides,& tempus colligendi:scueritatem legis antiquæ,euangelij gratia temperatam. Lex quippe rigida,imbenigna, nō parcens, peccantem interficit. Euangelij gratia misereturr, & ad pœnitentiam prouocat. Et hoc esse tempus mittendorum lapidum, siue congregandorum, ꝙ lapides mittantur in lege, colligātur in euangelio. Hoc vtrum verè dictum sit an falsò, suo imputetur authori. d ¶ Tempus amplexandi,&c.)Iuxta simplicem intelligentiam manifestus est sensus, Apostolo in eadem verba congruente: Nolite fraudare inuicem, nisi fortè ex consensu ad tempus, vt vacetis orationi:liberis dandam operam,& rursum continentiæ. Vel ꝙ tempus fuerit amplexandi,quando vigebat illa sentētia: Crescite & multiplicamini,& replete terram. Et tempus procul à complexu fieri,quando successit tempus quod in angusto est: Supereſt vt & qui habent vxores,sic sint quasi non habeant. Si autem voluerimus ad altiora conscendere,videbimus sapientiam amplexari amatores suos. Honora quippe,ait,eam:& amplexabitur te:intraq; vlnas suas & gremium strictiori tenebit complexu. Porrò quia non potest humanus animus semper in sublime tendi, & de diuinis & altioribus cogitare nec iugiter esse in contemplatione rerum cœlestium, sed interdum necessitatibus corporis indulgere:propterea tempus est amplexandi sapientiam,& eam strictius continendi:& tempus relaxandi mentem ab intuitu complexuq; sapientię,vt curæ corporis & his quibus vita nostra absq; pctō indiget, seruiam⁹.

Horatius.1. epistolarum

1.Cor.7.a

Gene.1.d

1.Cor.7.c

Prou.4.b

a Tēpus flendi,& tempus
b ridendi. Tēpus plangendi , & tempus saltandi .
c Tēpus spargendi lapides,& tempus colligendi
d lapides . Tēpus amplexandi, & tempus longe fieri ab amplexu . Tēpus
e acquirēdi, & tempus perdendi. Tempus custodiendi, & tempus proiiciendi.
f Tēpus scindendi,& tempus consuendi . Tēpus
g tacendi, & tēpus loquendi. Tēpus amandi,& tē-
h pus odiendi. Tēpus bel-
i li, & tempus pacis . Quæ abundantia est facienti in quibus ipse laborat . Vidi occupationem quam dedit deus filiis hominum, vt occupentur in ea. Vniuersa

Tempus flendi, & tempus ridendi . Tempus plangēdi, & tempus saltandi. Tempus spargendi lapides,& tempus colligendi. Tempus amplexandi , & tempus longè fieri ab amplexibus. Tēpus acquirendi , & tempus perdendi . Tempus custodiendi , & tempus abiiciendi. Tēpus scindēdi,& tempus consuendi. Tempus tacendi, & tēp⁹ loquendi. Tempus dilectionis,& tēpus odij. Tē pus belli,& temp⁹ pacis. Quid habet amplius homo de labore suo? Vidi afflictionem quam dedit deus filiis hominum , vt distendantur in ea. Cuncta fe-

K

L

f ¶ Tempus scindendi, &c.)Quomodo enim synagoga destruitur, vt ædificetur ecclesia: & à lege fiunt scissiones,vt euangelia cōsuantur,quod euangelistæ singuli perpetrarunt, de lege & prophetis aduētus dominici testimonia consuentes: ita & tempus fuit quærendi & custodiendi Israel:tempus perdendi & proiiciendi illum. Vel certè tempus quærendi populum ex gentibus,& tempus perdendi populum Iudęorum. Tempus custodiendi credentes ex nationibus,& tempus abiiciēdi incredulos ex Israel. g ¶ Tempus tacendi,& tempus loquendi.) Pythagoricos reor: quorum disciplina est tacere per quinquennium, & postea eruditos loqui , hinc originem sui traxisse decreti. Discamus itaque & nos prius non loqui , vt postea ad loquendum ora referemus. Sileamus certo tempore,ad præceptoris elo quia pendeamus . Nihil nobis videatur rectum esse,nisi quod discimus, vt post multum silentium, de discipulis efficiamur magistri . Nunc vero pro seculorum quotidie in pejus labentium vitio,docemus in ecclesiis quod nescimus. Et si compositione verborum, vel instinctu diaboli qui fautor errorum est, plausus populi excitauerimus,contra conscientiam nostram scire nos arbitramur,de quo aliis potuimus persuadere. Omnes artes absque doctore non discimus:sola hæc tam vilis & facilis est,vt non indigeat præceptore. h ¶ Tempus amandi,& tempus odiendi.) Tempus amandi post deum,liberos, vxorem, propinquos:& tempus odiendi eos in martyrio: cū pro Christi confessione rigidos pietas oppugnat inimica. Vel certè tempus amandi legem,&ea quæ à lege fuerant imperata,circuncisionem,hostias,sabbatum,neomenias:& tempus odiendi ea, euangelij gratia succedente. Necnon & hoc dici potest:Quoniam nunc per speculum videmus & in ænigmate,tempus esse præsentia diligēdi,& in futurum tempus adueniet,quando cernentes facie ad faciem,& in melius proficientes,incipimus odisse & despicere quod amauimus.

1.Cor.13.d

M

i ¶ Tēpus belli, & tempus pacis.) Quàm diu in præsenti seculo sumus , tempus est belli: cum autem migrauerimus de hoc seculo,pacis tēpus adueniet. In pace enim est locus dei, & ciuitas nostra Hierusalem, de pace sortita vocabulum est. Nemo ergo se nunc putet esse securum in tempore belli: vbi certandum est,& apostolica arma tractāda,vt victores quondam requiescamus in pace. k ¶ Quæ abundantia est facienti in quibus ipse laborat . Vidi occupationem quam dedit deus filiis hominum,vt occupentur in ea &c.) Non me fugit quid à pleriſque in hoc loco dictum sit : quòd propterea deus in præsenti seculo etiam peruersorum dogmatum magistris concesserit occupationem , ne mens hominis ociosa torpesceret : & hoc esse bonum quod fecit deus in tempore suo,& nihilominus nequire eos naturam & rerum scientiam comprehendere . Mihi verò ab Hebræo qui me in scripturis erudiuit, ita expositum est : Cum omnia suo labantur tempore , & sit tempus destruendi & ædificandi , flendi atque ridendi , tacendi atque loquendi:& cætera quæ dicta de tempore sunt : quid frustra conamur & tendimus,& breuis vitæ labores putamus esse perpetuos? Nec contenti sumus secundum euangelium,malicia diei:nihilq; in crastinum cogitemus

Pſalm.75.a.

A gitemus.Quid enim possumus habere in hoc seculo amplius laborando: in quo id tantum à deo hominibus datum est, vt alius alia sectando haberet, in quibus erudiri & exercere se posset.Deus enim omne quod fecit,bonum est,sed bonum in tempore suo . Bonum est vigilare atque dormire:nec tamen semp vigilare aut dormire bonum est: quia vicissim iuxta dispositionem dei bonum est vnumquodque cùm opus est. Dedit quoque deus mundum ad inhabitandum hominibus, vt fruātur varietatibus temporum,& non quęrant de causis rerum naturalium quomodo creata sint omnia: quare hoc vel illud ab initio mundi vsque ad cō summationem fecerit crescere,manere,mutari. a ¶ Cognoui quia non est bonum,nisi lætari,&c.) Propterea colonus & hospes mundi homo datus est,vt breui vitæ suæ fruatur tēpore,&ſpe prolixioris ætatis absciſſa , cuncta quæ possidet quasi ad alia profecturus aspiciat:& quod potest bene faciat i vita sua:nec frustra ob congregandas opes , cogitationibus torqueatur . Neq; se putet plus de suo labore lucrari posse,q̄ cibum & potū, & si quid de opibus suis in bonis operibus expenderit : hoc solum donum dei est . Ex quibus non, vt quidam æstimant,ad luxuriam , & delicias, & ad desperationem , secundum illud Esaiæ:Māducemus & bibamus:cras enim moriemur: instar animalium prouocamur,sed secundum Apostolum: Habentes victum & vestitum, his contenti simus: & quicquid supra habere possumus, in pauperibus nutriendis & egentium largitione consumamus. Porrò quia caro domini,verus est cibus:& sanguis eius,verus est potus , iuxta ἀναγωγὴν,hoc solum habemus in præsenti seculo bonum: si vescamur carne eius cruoreq́ue potemur : non solum in mysterio, sed etiam in scripturarum lectione. Verus enim cibus & potus,qui ex verbo dei sumitur,scientia scripturarum est. Nec putet aliquis illud quod à Balaam prophetatur: Nō erit labor in Iacob, neque dolor in Israel, huic contrarium esse ꝙ muneris dei esse dicitur : Si quis comedat & bibat,& ostendat bonum in omni labore suo. Multæ quippe tribulationes iustorum. Et de his Apostolus queritur, in labore & dolore sudasse se dicens. Sed cùm de his nos in futuro dominus liberauerit,non erit labor in Iacob, neque dolor in Israel. Et quomodo illud legimus: Beati flentes:quoniam ipsi ridebūt, & risus noster Iob prophetantis verba sectabitur: veracium os replebitur gaudio:sic nunc labore nostro frusmur in bonis operibus:per quem coangustamur & premimur,vt postea à labore cessemus. b ¶ Cognoui quia omnia quæ fecit deus,ipsa erunt in æternum:super illa non potest adiici,& ab illis non potest auferri,& deus fecit vt timeant à facie eius.) Nihil est in mundo quod nouum sit. Solis cursus , & lunæ vices , & terræ,arborumq́ue siccitas, vel viror,cum ipso mundo nata sunt atque concreta . Et idcirco deus certa ratione cuncta moderatus est, & iussit humanis vsibus elementa seruire : vt homines hæc videntes , intelligant esse prouidentiam, & timeant à facie dei, dum ex rerum æqualitate , cursu, ordine , atque constantia, intelligunt creatorem. Inuisibilia enim dei per ea quę facta sunt,intellecta,conspiciuntur : sempiterna quoque virtus eius & diuinitas . Quòd si voluerimus priori sensu finito , quasi à capite legere: Et deus fecit vt timeant à facie eius, hic sensus est: Deus hæc omnia fecit vt timeant homines ab eo , quod semel deus disposuit,nec in aliud declinare . Pulchrè autem temperauit, dicens : Vt timeant à facie eius. Vultus quippe domini super facientes mala .

D

Roma. 1.c

Pſalm.33.e

c ¶ Quid est quod fuit? ipsum est quod erit : & quæ futura sunt , &c.) Vel præterita, vel præsentia, vel futura:ipsa & fuerunt,& sunt, & erunt vniuersa quæ cernimus. Sol qui nunc oritur , & antequam essemus nos in mundo, fuit , & postq̄ mortui fuerimus , orturus est. Solem autem nominauimus,vt ex hoc intelligamus & cætera esse eadem quæ fuerunt. Quæ si videntur per cōditionem mortis perire, non pereunt: quia rursum rediuiua succrescunt:& nihil in perpetuum interit : sed renascitur & quasi cum quodā fœnore reuiuiscit: Hoc est enim quod ait: Et deus quæret eum qui persecutionem patitur:quod Græcè melius dicitur καὶ ἐκζητήσει χαταδιωκόμενον,id est,quod periit, quod expulsum est,quod esse cessauit. Si autem illud de cunctis quæ in mundo sunt,dicitur : de homine nulla dubitatio est,quin mortuus renascatur. Si cui aūt placet quasi proprio legere principio: Et deus queret eum qui persecutionem patitur: vtatur hoc testimonio in persecutione gentilium , ad consolandum eum qui in martyrio perseuerat. Et quia omnes iuxta Apostolum,qui piè volunt viuere in Christo, persecutionem patiuntur,habent consolationem:quia deus quærit persecutionem patiētem:sicut requirit sanguinem interfecti:& venit quærere quod perierat,& erroneam ouem suis humeris ad gregem reportauit. d ¶ Et adhuc vidi sub sole locum iudicij,vbi impietas:& locum iustitię,vbi iniquitas. Dixi ego in corde meo,& cætera.)Manifestus sensus est,sed nubilo interpretationis obuoluitur . Sub sole,inquit,isto veritatem & iudicium exquisiui, & vidi etiam inter iudicum ipsa subsellia,non veritatem valere , sed munera . Siue aliter: Arbitratus sum aliquid iustitiæ in præsenti seculo geri: vel pium nunc pro suo merito recipere,vel impium pro suo scelere puniri : & econtrario reperi quam putabam. Vidi enim & iustum multa mala hic perpeti: & impium regnare pro scelere. Postea verò cum corde meo colloquens & reputans,intellexi non per partes deum & per singulos nunc iudicare, sed in futurum tempus reseruare iudicium:vt omnes pariter iudicentur,& secundum voluntatem & opera sua ibi recipiant. Hoc est

E

2.Tim.3.c.

Deute.32.f
Luc.19.b.
Ibidem.15.a

Eſa.22.d

C

1.Tim.6.b.

Numc. 23.d

2.Cor. 11. f.

Luc.6. d.

Iob.8.d

G ant. Hoc est enim quod ait: & tempus omni voluntati, & super omne factum ibi, id est, in iudicio quando dominus cœperit iudicare: tunc futura est veritas: nunc iniustitia dominatur in mundo. Tale quid & in sapientia quæ filij Syrach inscribitur, legimus: Ne dixeris, quid est hoc, aut quid est istud? omnia enim tempore suo requirentur. a ¶Dixi ego in corde meo de loquela filiorum hominis: quia separat illos deus, vt ostendat, quia ipsi iumēta sunt: siue quia euentus filiorum hominum, & euentus pecoris, euētus vnus eis. Sicut mors huius, ita & mors illius, & spiritus vnus omnibus, & amplius homini à pecore nihil est: quia omnia vanitas. Omnia vadunt ad locum vnum: omnia &c.) Non mirandum est in præ-
H senti vita inter iustum & impium nullam esse distantiam, nec aliquid virtutes valere, sed incerto euentu omnia volutari: cùm etiam inter pecudes & homines secundum corporis qualitatem nihil differre videatur: & sit eadem nascendi conditio: sors vna moriendi: similiter procedamus ad lucem, æquè dissoluamur in puluerem. Si autem videtur hæc esse distantia, quòd spiritus hominis ascendat in cœlū, & spiritus pecoris descendat in terram: quo istud certo autore cognouimus? Quis potest nosse vtrum verum an falsum sit quod speratur? Hoc autem dicit, nō quòd animam putet perire cum corpore, vel vnū bestiis
I & homini præparari locum: sed quòd ante aduentum Christi omnia ad inferos pariter ducerentur. Vnde & Iacob ad inferos descensurum se dicit. Et Iob pios & impios in inferno queritur retentari. Et euangelium: Chaos magnum interpositum apud inferos, & Abraham cum Lazaro, & diuitem in suppliciis esse testatur. Et reuera antequam flammeam illam rotam & igneam romphæam ad paradisi fores, Christus cum latrone reseraret: clausa erant cœlestia, & spiritum pecoris hominisq; æqualis vilitas coartabat. Et licet aliud videretur dissolui, aliud reseruari: tamē non multum intererat perire cum corpore, vel inferni tenebris detineri. Recurramus ad singula, & comatico genere dicendi, iuxta ordinem suum breuiter disseramus. Dixi ego in corde meo de eloquio filiorum hominum: vt eligeret eos deus. Hoc solum, inquit, inter homines & iumenta deus esse voluit: quia nos loquimur, illa sunt muta: nos voluntatem sermone proferimus, illa torpent silentio. Et cùm tantum sermone differamus à bestiis: tamen ostenditur nobis quòd iuxta corporis fragilitatem pecora sumus. Sicut iumentum moritur: ita moritur & homo: & vnus omnibus flatus est, & aër iste quo alimur. Hoc enim ait: Et spiritus vnus omnibus: & amplius homini à pecore nihil est. Quod ne putaremus dici etiam de anima, intulit: Omnia facta sunt de terra, & reuertentur in terram. De terra autem nihil aliud nisi corpus factum est. Et signanter de corpore dicitur: Terra es, & in terram reuerteris. Quod autem videtur esse blasphemum: Quis cognoscit, spiritus filio-

Gene.37.g. & 44.g Iob.7.b. & 17.d Luc.16.g Gene.3.d — Gene.3.d

a Dixi ego in corde meo de loquela filiorū hominis: quia separat illos deus, vt ostendat, quia ipsi iumenta sunt: siue quia euentus filiorum hominum, & euentus pecoris, euentus vnus eis. Sicut mors huius, ita & mors illius, & spiritus vnus omnibus & amplius homini à pecore nihil est: quia omnia vanitas. Omnia vadunt ad locum vnum: omnia facta sunt de humo: & omnia reuertentur ad humum. Quis scit, spiritus filiorum hominis si ascendat ipse sursum, & spiritus pecoris si descendat ipse deorsum
b in terrā. Et vidi quia non est bonum nisi quòd lætetur homo in opere suo: quia hæc est pars eius. Quis enim adducet eum vt videat id quod futurū est post ipsum?

Caput IIII.

Et conuerti

Dixi in corde meo de filiis hominum, vt probaret eos deus, & ostenderet similes esse bestiis. Idcirco vnus interitus est hominis & iumentorum, & æqua vtriusque conditio. Sicut moritur homo, sic & illa moriuntur. Similiter spirant omnia, & nihil habet homo iumento amplius. Cuncta subiacent vanitati, & omnia pergunt ad vnum locum. De terra facta sunt: & in terram pariter reuertuntur. Quis nouit si spiritus filiorum Adam ascendat sursum, & si spiritus iumentorum descendat deorsum? Et deprehendi nihil esse melius, quàm lætari hominem in opere suo, & hanc esse partem illius. Quis enim eum adducet, vt post se futura cognoscat?

Caput IIII.

Verti

rum hominum, si ascendat ipse sursum: & spiritus iumenti, si descendat ipse deorsum in terram? non inter pecudes & hominem secundum animæ dignitatem nihil interesse contendit: sed adiiciendo, quis, difficultatem rei voluit demonstrare. Pronomen enim, quis in scripturis sanctis non pro impossibili, sed pro difficili semper accipitur: Vt ibi, Generationem eius quis enarrabit? Esa.53.c Et in psalmo quartodecimo: Domine quis habitabit in tabernaculo tuo, & in monte sancto tuo, & cætera quæ sequuntur: Et in Hieremia, licèt in Hebræo aliter sit: Et homo est, & quis cognoscet eum? Hiere.17.b. Inter homines igitur & bestias hæc sola est differentia, quòd spiritus hominis ascendit in cœlum, & spiritus iumenti descendit in terram,
L & cum carne dissoluitur: si tamen huius rei vir aliquis ecclesiasticus, & disciplinis cœlestibus eruditus: & quasi dubiæ rei certus assertor sit. Hęc interim iuxta literam. Quantum autem ad spiritualem intelligentiam pertinet, quoniam homines & iumēta saluos faciet dominus. Psalm.35.b Et in alio loco: Vt iumētū fum (inquit) apud te: & ego semper tecum. Ibdi.72.d Et in omnibus prophetis homines & pecora in Hierusalem saluanda dicūtur, & impleri terram repromissionis pecoribus & armentis: Quis scit vtrum sanctus, qui hominis appellatione dignus est, ascendat in cœlum: & vtrum peccator, qui iumentum vocatur, descendat in terram?
M Fieri enim potest vtrunq; pro incerto vitæ huius & lubrico statu, vt & iustus concidat, & peccator resurgat: & nonnunquā euenit, vt rationabilior & eruditus in scripturis, id est, homo, non circunspectè & vt scientiæ suæ dignū est, viuat, & deducatur ad inferos: & simplicior quisq; atque rusticior, qui iumentum hominis comparatione dicatur, melius viuat, & martyrio coronetur, ac paradisi sit colonus.
b ¶ Et vidi quia non est bonum nisi quòd lætetur homo in opere suo: quia hęc est pars eius. Quis enim adducet eum vt videat id quod &c.) Pro eo quod nos posuimus: Vt videat id quod futurum est post ipsum: apertius interpretatus est Symmachus dicēs: Vt videat antea quæ futura sunt post hæc. Nihil est ergo bonum in vita ista, nisi quòd lætatur homo in opere suo faciens eleemosynam: & futuros sibi thesauros in regno cœlorum præparans. Hanc solam habemus portionem, quàm nec fur, nec latro valet nec tyrannus auferre, & quæ nos post mortem sequatur. Nec enim possumus cum hæc vita fuerit dissoluta, rursum nostris laboribus perfrui, aut scire quæ futura sint in mundo postea. Aliter superiori errore turbatus, quòd putarem nihil interesse inter homines & bestias, Luc.6.d in hanc sententiam praua opinione deductus sum: vt nihil aliud dicerem boni, nisi præsentē carpere voluptatem. Neq; enim cùm semel nos dissoluisset interitus, posse his perfrui, à quibus recederemus ingrati. Alij de hoc quod ait: Quis enim adducet eū vt videat ea quæ sunt futura post se: ad illam intelligentiam retulerunt, vt dicerēt: melius esse suis

A suis hominem laboribus perfrui: quia hoc solum de substantia sua posset auferre. Cùm enim mors venerit, nescire quali sit herede moriturus: vtrum dignus, an indignus, suis opibus perfruatur.

Caput IIII.

a ET conuerti ego: & vidi vniuersas calūnias quę &c.) Post hanc cogitationem, illuc mentem meam oculosq; conuerti, vt viderem calūniatores & calumniam sustinentes: Et ecce hi qui iniustè à potentioribus opprimuntur, lachrymis, quas solū habere in calamitatibus licèt, rei inuidiam protestantes, cōsolatorem non queunt inuenire: Et quò maior miseria sit, & inconsolabilis dolor, calumniatores vident in suis iniquitati-
B bus fortiores. Et hæc est causa quòd non valeant consolari. Plenius hunc locum in psalmo septuagesimosecundo Dauid, & Hieremias in suo volumine exequuntur. b ¶ Et laudaui ego mortuos, qui iam mortui sunt, &c.) Ad comparationē miseriarum, quæ in hoc seculo mortales premunt, feliciores iudicaui mortuos quàm viuentes: secundum illud Iob de inferis disputantis: Ibi requieuerunt lassi corpore, cum his qui vincti fuerunt, iam securi nō audientes vocem exactoris. Melior autem his
C duobus, viuente videlicet & defuncto, qui necdum natus est. Alius enim adhuc mala patitur: alius quasi de naufragio nudus euasit. Porrò qui necdū natus est, in eo felicior est, quòd necdum mala mundi expertus est. Hoc autem dicit: non quò qui necdū natus est, anteq̄ nascatur, sit: & in eo felicior sit, quia necdum corpore prægrauatus est: sed quòd melius sit omnino non esse, nec sensum habere substantiæ, quàm infeliciter vel esse, vel viuere. Quomodo & de Iuda dominus loquitur,
Matt.26.c futura eius tormenta significans: Melius erat non nasci homini illi: quòd melius ei fuerit omnino non esse, quàm æternos cruciatus perpeti. Alij verò hunc locum ita intelligunt: Meliores dicentes eos qui mortui sunt, ab his qui viuunt: licèt ante fuerint peccatores. Viuentes enim adhuc esse in prælio & quasi clausos corporis ergastulo retentari: qui verò morte obierint, iam esse securos, & peccare desisse. Sicut & Ioā-
Matt.11.b nes: quo maior non fuit in natis mulierum: minor est eo qui minimus est in regno cœlorum: & corporis onere liberatus, nescit cum Apostolo dicere: Miser ego homo: quis me libe-
Roma.7.d. rabit de corpore mortis huius? Meliorem autem his duobus esse eum qui necdum natus est, nec vidit mala, quibus homines in mundo deprimuntur. Animas enim nostras antequam ad nostra corpora ista descēdāt, versari apud superos, & tandiu beatas esse, quādiu cœlesti Hierusalē, & choro perfruantur angelico. c ¶ Et vidi ego vniuersum laborem &c.) D
Conuerti me rursus ad alia: & vidi omnem fortitudinem & gloriam laborantium: & deprehendi bonum alterius, esse alterius malum: dum inuidus aliena felicitate torquetur & patet insidiis gloriosus. Quid enim vanius, quid instabilius, & sic nihil, quàm homines nō suas flere miserias, vel lugere propria peccata, sed melioribus inuidere.
d ¶ Stultus complexus est manus suas, & comedit carnes suas.) Hic est qui & in Prouerbiis piger describitur, Prou.24.d. continens manibus pectus suum. Cui tanquam citus cursor venit inopia, & propter nimiam famen (hyperbolicè vt dictum sit) comedit carnes suas. Qui melius putat esse vnum pugillum habere farris, & ociosum torpentemq; viuere, quàm laborantē manum vtranque complere. Totum autem quod disserit, hoc est vt ostendat & E
eum qui laborat & habet aliquid, in mundo patere inuidiæ: & rursum eum qui viuere vult quietè, inopia opprimi, & esse vtrunque miserabilem, dum alius propter opes periclitatur, alius propter inopiam egestate conficitur. Vel certe sic: Qui alienæ felicitati inuidet, & quasi spiritu furoris raptatur, & inuidiam in sinu suo receperit: nutrieritque eam in pectore suo, ille comedit animam suam, & carnes suas. Quanto enim eum cui inuidet, feliciorem viderit, tanto ipse amplius contabescit & deperit: & paulatim zelo & liuore distillat. Aliter: Manus crebro pro operibus ac- F
cipiuntur, sicut ibi: Verbum domini quod factum est in manu Aggei, siue illius, vel huius prophetæ, quòd talia opera gesserit, vt dignus existeret, in cuius opere fieret sermo domini. Huic congruit & illud Dauid: Qui docet manus meas ad prælium. Psal.143.a. Stultus igitur complexus est manus suas, id est contraxit & extendere noluit, vnde non comedit labores manuum suarum, quos nec habet, sed carnes suas viuens iuxta sapientiam carnis & carnis operibus vescitans. e ¶ Melior est plenus pugillus cum requie, quàm ple.&c.) Melius est modicum habere iustum, quam diuitias peccatorum multas. Psal.36.c Et in Prouerbiis: Melior est parua acceptio cū iustitia, Pro.16.b quàm multa genimina cum iniquitate. Eleganter iustitia requiem habet: iniquitas, laborem. Et quia singularis numerus in bono semper accipitur, duplex in malo: propterea vnus pugillus habet requiem, & duæ manus labore sunt plenæ. f ¶ Et conuersus sum ego, & vidi vanitatem sub sole. Est vnus & non est secundus, & quidem filius & frater non est ei: nec est finis omni labori eius. Et quidem &c.) Conuersus sum ad alios, & vidi eos plus quàm necesse est laborare: congregare per fas & nefas opes, & non vti congregatis: habere omnia, incubare diuitiis, & seruare alteri, & suo labore non perfrui, maximè cùm nec filium, nec fratrem habeat, nec propinquū, vt videatur labor necessarius reseruantis. Nihil itaque

a ET cōuerti ego, & vidi vniuersas calumnias quę fiunt sub sole, & ecce lachrymæ eorū qui calumnias sustinent, & non est qui consoletur eos: & in manibus calumniantium eos fortitudo, & non est eis consolator.
b Et laudaui ego mortuos qui iam mortui sunt, super viuentes quicunque ipsi viuunt vsque nunc. Et melior super hos duos qui nondū natus est, qui nondum vidit opus malum quod factum est sub sole.
c Et vidi ego vniuersum laborem, & simul omnem virtutem operis: quia æmulatio viri à sodali eius, & quidem hoc vanitas &
d præsumptio spiritus. Stultus complexus est manus suas, & comedit carnes su-
e as. Melior est plenus pugillus cū requie, quàm plenitudo manuum laboris & pręsumptionis spiritus.
f Et cōuersus sum ego, & vidi vanitatem sub sole. Est vnus & non est secundus, & quidem filius & frater non est ei: nec est finis omni

VErti me ad alia, & vidi calūnias, quę sub sole geruntur, & lachrymas innocentium, & neminem cōsolatorem: nec posse resistere eorum violentiæ cunctorum auxilio destitutos. Et laudaui magis mortuos, quàm viuentes: & feliciorem vtroque iudicaui. qui necdum natus est, nec vidit mala, quæ sub sole fiunt. Rursum cōtemplatus sum omnes labores hominum, & industrias animaduerti patere inuidiæ proximi. Et in hoc ergo vanitas, & cura superflua est. Stultus complicat manus suas, & comedit carnes suas, dicens: Melior est pugillus cum requie, quàm plena vtraq; manus cū labore, & afflictione animi. Considerans reperi & aliam vanitatē sub sole. Vnus est, & secundum non habet, non filium, non fratrē, & tamen laborare non cessat,

Ghil ſtaque eſſe vanſus deprehendi, quàm eum hominem qui diuitias congregat, cui eas relinquat, ignorans. Quod quidē poſſumus ſecundum ſuperiorem interpretationem & de his intelligere, qui libros conſcribunt, & eos faſtidioſis lectoribus derelinquunt. Quidam hunc locum ab eo quod ait: Eſt vnus & non eſt ſecundꝰ, ſuper ſaluatore interpretantur, ꝙ ſolus abſque vllo comite ad ſaluandum mundū deſcenderit. Et quanquā multi filij dei ſint, & fratres eius adoptione dicantur, tamen nullus dignus extiterit qui in hoc ei opere ſungeretur. Cuius laboris non eſt finis, portans noſtra vitia atque peccata, & ꝓ nobis dolet. Et oculus eius non ſatiatur diuitiis, ſemper noſtram cupiens ſalutem, & quanto plus peccare quem H viderit, tanto magis ad pœnitentiā cohortans.

a ¶ Meliores duo &c.) Poſt ſolicitudines & miſerias, in quibꝰ corruptus eſt ille qui in opibus cōquirēdis abſque certo hærede ſe cruciat. Nunc ad ſodalitatem ſermo confertur. Et dicitur quid boni habeat amicorū contubernium & commune ſolatium: quia & alterius ruina, alterīꝰ auxilio ſubleuetur, & curas domeſticas, ipſius quoque noctis requiē melius exigat ille qui fidum amicum habet, quàm qui ſolis opibus incubat acquiſitis. Qd̄ etſi robuſtior inimicus I quis contra vnum ſurrexerit, imbecillitatem alterius amici ſolatio ſuſtentari. Et quanto duo vno differant, ſi amore conjuncti ſint, tanto etiam trium contubernium plus valere. Etenim vera charitas, & à nullo violata liuore, quanto augeſ numero, tāto creſcet & robore. Et hæc interim ſimpliciter dicta ſint. Cæterum quia in ſuperiori loco ſuper Chriſto quorundam intelligentiam poſuimus, etiam reliqua eodem ordine differenda ſunt. Melius eſt duos pariter eſſe quàm vnum. Melius eſt enim habitantem in ſe habere Chriſtum, quàm ſolum patere inſidiis aduerſantis. Merces quippe contubernij ſtatim in ipſa ſocietatis vtilitate monſtratur. Si enim vnus ceciderit, Chriſtus erigit participem ſuum. Væ quippe ei qui cùm ruerit, Chriſtum in ſe non habet erigentem. Quòd ſi etiam vnus dormierit: hoc eſt, ſi morte diſſolutus fuerit, & ſecum Chriſtum habuerit, calefactus, & viuificatus citius reuiuiſcit. Et ſi aduerſus hominem robuſtior in expugnando diabolus extiterit, ſtabit homo, ſtabit & Chriſtus pro homine ſuo, pro ſodali ſuo. Non quòd ſolius Chriſti aduerſus diabolum virtus infirma ſit, ſed quòd liberum homini relinquatur arbitrium, & annitentibus nobis ipſe in præliando fortior fiat. Quòd ſi etiam pater & filius & ſpiritus ſanctus aduenerint, non citò rumpetur iſta ſodalitas. Quòd autem non citò rumpitur, tamen aliquando rumpetur. In Iuda enim Apoſtolo triplex fuit iſte funiculus: ſed quia poſt buccellam introiuit in eum ſatanas, funiculus iſte diruptus eſt. Porrò quod ſuperius ait: Et quidem ſi dormiant duo, etiam calor erit illis, & vnus quomodo calefiet? De Heliſæo ſumamus exemplum, quod & ipſe contraxerit ſe cum puero, & dormierit: & calefecerit corpuſculū ipſius, & ita viuificauerit reſurgentem. Niſi igitur nobiſcum Chriſtus dormierit, & in morte quieuerit, calorem æternæ vitæ accipere non valemus.

K loan.13.c.

4.Reg.4.f

mni labori eius. Et quidē oculus eius non ſatiatur diuitiis, & cui ego laboro & fraudo animam meam bonitate. Sed & hoc vanitas & diſtentio peſſima

a eſt. Meliorēs duo quàm vnus, quibus eſt merces bona in labore ſuo: quia ſi ceciderit vnus, eriget particeps ſocium ſuum. Et vę vni cùm ceciderit, & non eſt ſecundus qui erigat eum. Et quidem ſi dormient duo, etiam calor erit illis: & vnus quomodo calefiet? Et ſi inualuerit ſup eum vnus, duo ſtabunt aduerſus eum. Et funiculus triplex nó citò rumpitur.

b Meliōr eſt puer pauper & ſapiens, quam rex ſenex & ſtultus, qui neſcit proui dere in poſterū. Quoniam de domo vinctorum egre ditur vt regnet: quia etiā in regno eius natꝰ eſt pau per. Vidi vniuerſos viuentes qui ambulant ſub ſole cum adoleſcente ſecundo qui conſurget ꝓ illo. Nó eſt finis omni populo eiꝰ, vniuerſis qui fuerunt ante illos. Et quidem nouiſſimi non lætabuntur in eo: ſed & hoc vanitas & præſumptio

ceſſat, nec ſatiantur oculi eius diuitiis, nec recogitat, dicens: Cui laboro, & fraudo animam meam bonis? In hoc quoque vanitas eſt, & afflictio peſſima. Melius eſt ergo duos eſſe ſimul, quàm vnum: habent enim emolumentum ſocietatis ſuæ. Si vnꝰ ceciderit, ab altero fulcietur. Væ ſoli, quia cùm ceciderit, non habet ſubleuantem ſe. Et ſi dormierint duo, fouebuntur mutuo. Vnus quomodo calefiet? Et ſi quiſpiam prꝙualuerit contra vnum, duo reſiſtunt ei. Funiculus triplex difficile rumpitur. Melior eſt puer pauper & ſapiēs rege ſene & ſtulto, qui neſcit præuidere in poſterum. Quòd de carcere catenisq; interdū quis egrediatur ad regnum, & alius natꝰ in regno inopia cōſumatur. Vidi cunctos viuentes, qui ambulāt ſub ſole cum adoleſcēte ſecūdo, qui conſurget pro eo. Infinitus numerus eſt populi omnium qui fuerunt ante eum, & qui poſtea futuri ſunt non lætabuntur in eo. Sed & hoc vanitas & afflictio

L

M

hoſe, q de matris aluo natꝰ eſt, q neſcit recedere à vitio, & q de domo vinctorum de vtero videlicet materno ad hoc exiuit, vt regnaret in vitiis. Qui etiam in poſteritate ſua pauper effectus eſt, mala omnia perpetrando. Vidi eos qui in priore homine vixerunt: & cum ſecūdo homine poſtea verſati ſunt: eo videlicet qui priore deceſſore generatus eſt: intelligēsq; omnes in homine priore peccaſſe, antequam ſecundo naſcentе duo homines fierent. Quia verò ad meliora conuerſi, & poſt Y literam philoſophorum ſiniſtro tramite derelicto, ad dextrum apicem contenderunt, & ſecundum, id eſt nouiſſimum hominem ſunt ſecuti: non lætabuntur in eo: id eſt, in priore. Hos duos homines & Apoſtolus conteſtatur, & Leuiticus non tacet: Homo, homo ſi voluerit illud vel illud. Vir ſanctus Gregorius Ponti epiſcopus, Origenis adſutor in Metaphraſi eccleſiaſtę, ita hunc locum intellexit: Ego vero intelligo adoleſcentulum pauperem & ſapientem, rege ſene meliorem & ſtulto: cui nunquam venit in mentem, quòd poſſibile ſit quenquam de his quos vinxerat ad regnum exire de carcere: & ſeipſum de iniqua deinceps poteſtate ſua corruere. Euenit enim interdum vt hi qui ſub adoleſcentulo ſapiente

2.Theſſ.2.c
Leui.17.c

A ſapiente fuerint, abſque mœrore ſint: ita tamen vt ſub ſene rege autè verſati ſint. Qui eñ poſtea nati ſunt, quia mala præterita neſcierunt, nec adoleſcentulum laudare poſſunt qui poſtea conſurrexit, abducti opinione peruerſa & impetu ſpiritus aduerſantis. Laodicenus interpres res magnas breui ſermone exprimere contendens, more ſibi ſolito etiā hic locutus eſt: De commutatione, inquiens, bonorum in mala, nunc eccleſiaſtæ ſermo eſt, inſipientem hominem conantis exprimere, qui futura non cogitans, præſentibus & caducis quaſi magnis atque perpetuis delectatur. Et poſt diuerſa quæ ſolent hominibus accidere in vita ſua atque mutari: quaſi generalem infert de morte ſententiam, quòd innumerabilis multitudo intereat, & paulatim conſumatur & tranſeat, vnoquoque in ſuo loco alium relinquente, & rurſum ſucceſſore moriente. Origenes & Victorinus non multum inter ſe diuerſa ſenſerunt. Poſt generalem enim ſententiam, quæ omnibus patet: vt melior ſit adoleſcentulus pauper & ſapiēs, quàm rex ſenex & inſipiens, quod frequēter euenit: vt ille per ſapientiam ſuam etiam de carcere regis egrediens, impereret pro dominatore puerſo: & rex inſipiens perdat imperium quod detinebat: ſuper Chriſto & diabolo hunc locum interpretati ſunt, quod puerum pauperem & ſapientem, Chriſtum velint intelligere. Puerum, iuxta illud: Magnum tibi eſt vocari puerum meum. Pauperem verò quia pauper factus eſt, cùm dives eſſet. Et ſapientem: quia proficiebat ætate & ſapientia & gratia apud deum & homines. Iſte natus eſt in regno ſenis. Et idcirco dicit: Si eſſet de hoc mundo regnū meum, miniſtri vtique mei certarent pro me, vt non traderer Iudæis: Nunc autem non eſt de hoc mundo regnum meum. In illius itaque ſtulti ſenis regno: qui oſtendit ei omnia regna mundi, & gloriam eius natus eſt optimus puer de domo vinculatorum: de quibus Hieremias in lamentationibus loquitur: Vt humiliaret ſub pedibus eius omnes vinctos terræ. Proceſſit ad regnum, & abiit in regionem longinquam: & cōtra eos qui ſuper ſe regnare nolebant: poſt aliquantum temporis rex reuerſus eſt. Præſago itaque ſpiritu, vidit Eccleſiaſtes omnes viuentes qui poſſunt adoleſcentis participes eſſe dicentis: Ego ſum vita, vetere ſtulto rege dimiſſo, Chriſtum ſequi. Simulq; duo ex Iſrael populi ſignificantur. Prior qui in aduentu domini fuerit, & poſterior qui antichriſtum pro Chriſto ſuſcepturus eſt: quod prior non penitus ſit abiectꝰ. Prima quippe eccleſia ex Iudeis & Apoſtolis cōgregata eſt, & in fine Iudæi qui Antichriſtū pro Chriſto ſuſcepturi ſunt, non lætabūtur in Chriſto. a ¶ Cuſtodi pedem tuum cùm vadis in domum dei &c.) Præcepta vitæ dat, & non vult offendere euntes ad eccleſiam. Non enim ingredi in domum dei, ſed ſine offenſione ingredi, laudis eſt. Et ſi eſſet omnium

B

C

Eſa.49.b.
2.Cor.8.b
Luc 2.g.
Ioan.18.g.

Threñ. 3.d.
Luc.19.b

Ioan.14.a

a ſumptio ſpiritus. Cuſtodi pedē tuum cùm vadis in domum dei, & appropinqua vt audias. Super domum enim inſipientiū ſacrificium tuū, quia neſciunt quod faciunt malum.

Caput V.

b NOli feſtinare in ore tuo, & cor tuum non feſtinet ad ꝓferendum verbum in conſpectu dei, quia deꝰ in cœlo, & tu ſuper terram. Propter hoc ſint verba tua pauca, quia veniet ſomnium in multitudine ſolicitudinis, & vox ſtulti in multiplicatione ſermonū.

c Cùm vōtum voueris deo, ne moreris reddere illud: quia non eſt voluntas in inſipientibus. Quæcunque voueris, redde. Melius eſt non vouere, quàm vouere & non reddere.

d Non des os tuum vt peccare facias carnem tuam. Et ne dixeris in conſpectu angeli, quia ignorantia eſt, ne iraſcatur deꝰ ſuper

& afflictio ſpiritus. Cuſtodi pedem tuum ingrediēs domum dei, & appropinqua vt audias. Multo enī melior eſt obedientia, q̄ ſtultorū victimæ, qui neſciunt quid faciunt mali.

Caput V.

NE temerè quid loquaris, neque cor tuum ſit velox ad proferendum ſermonem coram deo. Deus enim in cœlo, & tu ſuper terram, idcirco ſint pauci ſermones tui. Multas curas ſequuntur ſomnia, & in multis ſermonibus inuenietur ſtultitia. Si quid vouiſti deo, ne moreris reddere. Diſplicet enim ei infidelis & ſtulta promiſſio. Sed quodcunque voueris redde. Multoque melius eſt non vouere, quàm poſt votum promiſſa non reddere. Ne dederis os tuum vt peccare facias carnem tuam, neq; dicas coram angelo non eſt prouidentia: ne fortè iratus dominus contra

qui ſunt in Eccleſia dei audire ſermonem: nunquam addidiſſet, appropinqua vt audias. Denique Moyſes ſolus propè accedebat ad audiendum deum: cæteri non valebant accedere. Quod ſtulti neſcientes remedium eſſe peccati, æſtimant oblatione munerum, deo ſatisfacere poſſe, & ignorant hoc quoque malum eſſe atque peccatum: non obedientia & operibus bonis, ſed donis & victimis emendare velle q̄ fecerint. Huic congruit illud quod alibi dicitur: Obedientia ſuper ſacrificium. Et: Miſericordiam volo, & non ſacrificium.

D Exod.19.c. 24.

1.Reg.15.e. Oſee.6.b

Caput V.

NOli feſtinare in ore tuo, & cor &c.) Plerique arbitrantur hoc in præſenti loco præcipi, ne coram deo facilè aliquid promittamus, & ſine conſideratione virium voueamus ea quæ explere nō poſſumus. Adeſſe quippe præſentem deum, & licēt ille in cœlo, nos eſſe videamur in terra, ita men audire quę loquimus, & inſipientiam noſtram argui ex multiplicatione ſermonum. Alij verò melius intelligentes, hoc præcipi affirmant, ne aut loquētes, aut cogitantes plus de deo quàm poſſumꝰ, opinemur: ſed ſciamus imbecillitatem noſtrā, quòd quantum diſtat cœlum à terra, tantum noſtra opinatio à natura illius ſeparetur: & idcirco debere verba noſtra eſſe moderata. Sicut enim qui in multis cogitationibꝰ eſt, ea ſomniat frequenter de quibus cogitat, ita qui plura voluerit de diuinitate differere, incidit in ſtultitiam. Vel certè ſic: Verba noſtra pauca ideo eſſe debere, quòd etiam ea quæ noſſe nos arbitramur, per ſpeculum videmus & in ænigmate: & velut ſomnium comprehendimus, quod tenere nos æſtimamus. Cumq; plura (vt viſum nobis fuerit) dixerimus, finē diſputationis noſtræ eſſe ſtultitiam. Ex multiloquio enim nos non effugere peccatum. c ¶ Cùm votum voueris deo, ne moreris reddere illud, quia non eſt voluntas in &c.) Simplex intelligentia interpretatione non indiget. Melius eſt nō promittere, quàm promiſſa non facere: quia diſpliceant deo, & inter inſipientes cōputentur, qui vota non expleant. Quod autem ait: Non eſt voluntas in inſipientibus: ſubauditur, dei ſuxta illud Apoſtoli: Et vtique non fuit voluntas, vt nunc venirem ad vos. Quòd ſi volumus & curioſius aliquid dicere, præcipitur Chriſtiano, vt fidem opere compleat, & non ſit ſimilis populo Iudæorum, qui ſpondentes atque dicentes: Omnia quæcunque dominus præcepit, faciemus: adorauerunt idola. Et poſt verberatos ſeruos, & lapidibus oppreſſos, nouiſſimè ipſum quoque patriſfamilias filium trucidauerunt. Melius eſt ergo ancipitem diu deliberare ſententiā, quàm in verbis facilem, in operibus eſſe difficilem. Seruus enim qui ſcit voluntatē domini ſui, & non facit eā, vapulabit multis. d ¶ Non des os tuum vt peccare facias carnem tuam. Et ne dixeris in conſpectu angeli, quia igno. &c.) Hebræus ita ſen-

E

F

1.Cor.13.c

1.Cor. 4. d.

Exod.24.b.

Luc.12.f.

G sit: Quod non potes facere, ne promittas. Non enim in ventum dicta transeunt, sed à præsenti angelo qui vnicuiq; adhæret comes, statim perferuntur ad dominum. Et tu qui putas ignorare deum quod pollicitus es, prouocas eum ad iracundiam, vt omnia opera tua dissipentur. Sed in eo quòd ait: Vt peccare facias carnem tuam, non diligenter euentilas: ita intellexit, quasi dixisset: Non des os tuum vt pecces. Nobis verò alter sensus videtur, quòd arguantur hi qui de vitio carnis queruntur, & asunt se corporis necessitate cõpulsos ea facere quæ nolint: secundum illud
Roma. 7. c Apostoli: Non enim quæ volo, hoc ago, sed quod nolo, & cætera. Nolli itaque, ait, vanas excusationes quærere & dare occasionẽ carni tuæ ad peccandum, & dicere:
H Non ego pecco, sed quod habitat in carne mea peccatum. Deniq; in eo loco vbi ait: Ne dixeris coram angelo: quia ignorantia est: Aquila interpretans verbũ Hebraicum שְׁגָגָה, pro ignorantia, ἀκουσίαν transtulit, id est, nõ spõtaneum. Si enim, inquit hoc dixeris, deum prouocas quasi authorem mali atque peccati vt iratus sit, & si quid videris boni habere, auferat de manib' tuis. Vel certè talia sentientem, tradat in reprobum sensum, vt facias ea quę nõ conueniũt. a ¶ Quia in multitudine somniorum &c.) Et hunc locum ita Hebræi edisserunt. Nec superiora facias, de quibus
I iam dictum est, ne facilè somniis credas. Cùm enim diuersa videris per nocturnam quietem, & variis anima fuerit exagitata terroribus, siue incitata promissis: tu ea contemne quæ somnij sunt. Et solum deum time. Qui enim somniis crediderit, vanitatibus se & ineptiis tradet. Aliter: Quia dixi ac præcepi: Non des os tuum vt peccare facias carnem tuã, & quæras varias excusationes. Hoc nũc infero: quoniam in somnio vitæ istius & in imagine vmbræ nubis qua viuimus, multa possumus inuenire, quæ nobis verisimilia videantur, & nostra excusare peccata. Propterea admoneo, vt id solum caueas: ne putes absentem deum, sed eum timeas, & scias cunctis operibus tuis adesse præsentem: teq; liberi arbitrij conditum non cogi, sed velle quod facias. b ¶ Si calumniam pauperis, & rusnam &c.) Christi tunica contexta desuper, nec à crucifigentibus scindi potuit, & eum à quo saluator dæmonia ejecerat, apostolorum indutum vestimentis abire præcepit. Itaque & nos nitamur ecclesiastæ nostri vestimenta non scindere: nec pro voluntate nostra opinationum pannos hinc inde consuere: sed vnum disputationis seruare textum, & eundem sensum & ordinem sequi. Suprà dixerat: Ne dixeris in
Ioan.19.d. Luc.8.c conspectu angeli, quoniam ignorantia est: ne irascatur deus super vocem tuam, & reliqua, & aduersus eos fuerat locutus qui negarent prouidentia dei res humanas regi. Quia igitur aduersus hoc præceptum suboriebatur quæstio: quare iusti calumniam sustinerent: & quare iniqua fiant in toto orbe iudicia, & non est vltor deus in illis: Nunc infert & soluit opinionem, quæ opponi potuerat dicens: Si videris calumniam pauperis, qui beatus in Euangelio prædicat, & res vigere, nõ iustitiam: ne mireris & tibi nouum aliquid esse videatur. Excelsus quippe super excelsum hæc respicit deus: qui angelos suos super iudices & reges terræ posuit: q possunt vtiq; prohibere iniustitiam, & magis in terra valere, q̃ quæuis hominum potestates. Sed quoniam seruat in finem iudicium, & in consummatione mundi, quando cùm matura seges fuerit, & messores venerint, iussurus est vt separetur triticum, & lolium tradatur incendio: ideo nũc expectat & differt sententiam, quandiu ager istius mundi excolit. Quòd autem ager interpretetur mundus: dominus in parabola ziza Matt.13.a
niorum & tritici exposuit. c ¶ Qui diligit argentum, non implebitur argento: &c.) Vbicunque argentum ponimus, secundum Græci sermonis ambiguitatem, potest & pecunia transferri: ἀργύριον quippe vtrunque significat. Porrò Tullius pecu- Pecuniosi.
niosos primùm dictos refert, qui plura habuisse peculia, id est, pecora designantur. Ita enim ea antiquitus appellabãt. Paulatim autem per abusionem, nomen ad aliud deo
M lutum est. Auarus igitur describitur, quòd nunquam opibus expleatur: & quanto plus habuerit, tanto plus cupiat. Flacci quoq; super hoc concordãte sententia, qui ait: Sẽper auarus eget. Et nobilis historici: q̃ auaritia, neq; inopia, neque copia minuatur. Nihil ergo, inquit Ecclesiastes, prosunt diuitiæ possidenti, nisi hoc solum vt videat quæ possidet. Quanto enim maior fuerit substantia, tanto plures ministros habebit, qui opes deuorent congregatas. Ille autem videat tantum quod habet, & plus quàm vnius hominis cibum capere non possit.
d ¶ Dulcis somnus operanti, &c.) Adhuc de diuite & auaro sermo est, & comparatur operanti & absque solicitudine dormienti, siue parum siue multum comederit, quòd ille operis & laboris sudore qualemuis cibum digerat, & dulci somno perfruatur: Diues verò distentus dapibus, & cogitationibus in diuersa laceratus, dormire non valeat, redundante crapula, & incocto cibo in stomachi angustiis eructuante. Porrò quia somnus, communis de hac vita exitus appellatur: melior erit requies eius qui operatur in præsenti, & secundum vires suas in bonis operibus conuersatur, quàm eorum diuitiæ, de quibus scribitur: Væ vobis diuitibus, quia recepistis Luc.6.d
consolationem vestram. Væ vobis qui saturati estis, quia esurietis. Væ vobis qui ridetis nũc, quia lugebitis & flebitis &c.
e ¶ Est languor pessimus quem vidi sub sole, diuitias custodiri in malum possidentis eas. &c.) Cum superiore iunge q̃d sequitur: Ecclesiaste diuitem describente, qui nec ipse possit suis diuitiis perfrui, & crebrò propter eas in discrimen veniat:

A men veniat: nec hæredi quod congregauit, relinquat: sed & ipse & filius eius, sicut venerunt nudi, ita nudi reuertãtur in terram: & nihil eos suorum bonorũ comitetur. Nonne em̃ languor est pessimus, pro diuitiis cogitatione torqueri, & pituras opes nec quas nobiscum possum' auferre morientes, in tristitia, in gemitu, in indignatione, in litibus casso labore conquirere? Et hæc secundum simplicem sensum. Cæterùm alti? eleuemur. De philosophis mihi videtur vel hæreticis dicere, qui congregant diuitias dogmatum in
B malum suum, & nec repertores vtilitatẽ possunt aliquam cõsequi, nec sectatoribus suis fructum relinquere ꝑpetuum: sed & ipsi & discipuli reuertuntur in terram, & perdũt diuitias ab eo qui dixit,
1.Cor.1.e Perdam sapientiam sapientium, & prudentiã prudentium reprobabo. Vbi sapiens, vbi scriba, vbi inquisitor huius seculi? Nonne stultã fecit deus sapiẽtiam huius mundi, & reliqua. Verè quippe sicut egressi sũt de vtero matris suæ, de sua peruersa videlicet ecclesia, eiusq; cõtraria, de qua scriptum est:
C Gala.4.d Quæ aũt sursũ est Hierusalem, libera est, quę est mater oim nostrũ.
Esa.54.a Et de qua scribitur: Lętare sterilis quæ non paris, erumpe & clama quę non parturis: quia multi filij desertæ magis, quàm eius quæ habet virum. Sic nudi vadunt in vẽtum, & nihil laborãtes doctrinę suę secũ ferẽt: Quia defecerunt scrutantes scrutinio, & feruntur omni
Psal.63.b. vento doctrinæ, nec habent lucem, sed in tenebris sua comedunt sacramẽta, semper in infirmitate. Semp in iracundia sunt, thesaurizantes sibi iram in die iræ: nec habentes propicium deum.
a ¶ Ecce quod &c.) Ad comparationẽ ei? qui opibus suis in curarum tenebris vescitur, & cum grandi vitæ tędio peritura comportat: meliorem dicit esse eum qui præsentibus fruitur. Hic enim vel parua voluptas est in fruendo: ibi verò solicitudinum tantummodo magnitudo. Et reddit causas, quare dei donũ sit frui posse diuitiis. Quoniam non multum recordabitur dierum vitæ suæ. Auocat quippe eum deus in lętitia cordis sui: nõ erit in tristitia, non in cogitatiõe vexabitur, adductus lætitia & voluptate præsenti. Sed melius est iuxta Apostolum, spiritualem escam & spiritualẽ potum à deo datum intelligi, & videre bonitatẽ in omni labore suo: qa ingẽti labore & studio vera possumus contemplari bona. Et hęc pars nostra, vt in nostro studio & labore lętemur. Quod licèt bonum sit, tamen donec Christus manifestetur vita nostra, nec dum plenè bonum est. Et ideo non multum recordabitur dierum vitæ nostræ. Notandum quoque q̃ hic περίστασις in meliori parte accipitur pro occupatione spiritualis veraq; lætitiæ. Caput VI.

in malum possidentis eas. Et perierunt diuitiæ illæ in distentione pessima. Et genuit filium, & non est in manu eius quicquam. Sicut exiuit de vtero matris sue, nudus reuertetur: vt eat sicut venit, & nihil accipit de labore suo, vt teneat in manu ipsius. Sed & hoc vanitas & languor pessimus: sicut enim adue nit, ita & abiit. Quæ abundantia eius qui in ventum laborat? Et quidem omnibus diebus suis in tenebris comedit, & luctu & iracundia multa, & languo-
a re, & insania. Eccè quod vidi ego bonum quod est optimum, comedere & bibere, & cernere iocunditatem in omni labore suo quo laborauit sub sole: numero dierum vitæ suæ, quos dedit ei deus: hæc quippe est pars eius. Sed & omnis homo cui dedit deus diuitias & substantiam, concessitq; ei vt vesceretur ex eis, & tolleret de labore suo: hoc dei donum est. Non enim multum recordabitur dierum vitæ suæ: quia deus occupat in lætitia cor eius.

Caput VI.

b ESt malũm quod vidi sub sole, & frequens apud homines. Vir cui dedit deus diuitias, & substantiam, & gloriam & nihil deest animæ eius ex omnibus quæ desiderauit, & non dedit ei deus potestatem, vt manducaret ex eo: sed vir alienus comedit illud. Hæc vanitas est, & languor pessimus. Si genuerit vir centũ liberos, & annis multis vixerit, & plures fuerint dies annorum eius, & anima eius non repleatur bonis, nec sepulchrum fuerit illi: dixi melius ab eo esse abortiuum. In vanitate quippe

in malum domini sui: pereunt enim in afflictione pessima. Generauit filium qui in summa egestate erit. Sicut egressus est nudus de vtero matris suæ, sic reuertetur, & nihil auferet secum de labore suo. Miserabilis prorsus infirmitas: quomodo venit, sic reuertetur. Quid ergo prodest ei quòd laborauit in ventum? Cunctis diebus vitæ suæ comedit in tenebris & in curis multis, & in ærumna, atque tristitia. Hoc itaque visum est mihi bonum, vt comedat quis & bibat, & fruatur lætitia ex labore suo, quo laborauit ipse sub sole numero dierum vitæ suæ, quos dedit ei deus, & hæc est pars illius. Et omni homini cui dedit deus diuitias, atque substantiam, potestatemq; ei tribuit, vt comedat ex eis, vt fruatur parte sua, & lætetur de labore suo, hoc est donum dei. Non enim satis recordabitur dierum vitæ suæ, eo quòd deus occupet delitiis cor eius.

Caput VI.

ESt & aliud malum q̃d vidi sub sole, & quidẽ frequens apud homines. Vir cui dedit deus diuitias & substantiam & honorem, & nihil deest animæ suę ex omnibus quæ desiderat: nec tribuit ei potestatem deus vt comedat ex eo, sed homo extraneus vorabit illud. Hoc vanitas, & magna miseria est. Si genuerit quispiam centum liberos, & vixerit multos annos, & plures dies ętatis habuerit, & anima illius nõ vtatur bonis substãtię suę, sepulturaq; careat: de hoc ego pronũcio q̃d melior illo sit abortiuus. Fruſtra enim

ESt malum quod vidi &c.) Describit auarum diuitem, & hoc malum frequens esse in hominibus asserit, quòd nihil eorum quæ in mundo putantur bona, ei desit & nihilominus stultissima parcitate se cruciet aliis deuoranda conseruans. Necnon & illud hyperbolicè dicit: quod etiam si centum liberos procreauerit, & non vt Adam prope mille, sed duob' milibus vixerit annis, & anima eius cupidita te & auaritia contabescat: multo deterioris conditionis sit abortiuo illo, qui statim vti natus videtur, interiit, Ille enim nec mala vidit, nec bona. Iste verò cùm bona posse-

derit,

G derit,semper tristitiis & cogitatione excruciatus est:magisq; requiem habeat abortiuus,quàm auarus ille longæuus: & tamen ambo æquali fine rapiuntur, dum hic & ille morte simili subtrahuntur. Potest hoc & de Israel accipi, quòd dederit illi deus legem,prophetas,testamentum, & repromissiones: & saluatore dicente: Mat.21.d Quia auferetur à vobis regnum dei, & dabitur genti facieti fructum eius: Lucæ.10.c. & qui ceciderit super lapidem istum,confringetur:super quem verò ceciderit, conteret eum. hæc omnia ad alienum & peregrinum de gentibus translata sint populum,& videant illi bona sua,&non fruantur. Multoq; nos conditionis esse melioris, qui quasi abortiui &nouelli putabamur ab eis, H quàm illi qui sibi in antiquitate applaudebāt de patribus gloriantes atque dicentes: Ioan.8.e. Pater noster est Abrahā, & tamen ad vnum locum & nos & illos ꝓperare, id est,ad iudicium dei. Quòd autem in medio ait: Equidem sepulchrum nō fuit ei: siue hoc significat, ꝙ diues ille de sua morte non cogitet, & cùm omnia possideat: etiam in extructione sepulchri auarus sit. Siue ꝙ sæpe propter istas diuitias occisus insidiis, insepultus abiiciatur. Siue quòd melius puto, nihil boni facinoris egerit, ex quo sibi queat apud posteros I memoriam comparare, & non vitam silentio transire velut pecudes,cùm habuerit materiam, per quam potuerit apparere quòd vixerit. a ¶ Omnis labor hominis in ore ipsius,& quidem anima &c.) Omne quod laborant homines in hoc mundo, ore consumitur, & attritum dentibus ventri traditur digerendum. Cumq; paululum gulam delectauerit, tandiu videtur tribuere voluptatem, quandiu gutture continetur. Cùm verò in aluum transierit,desinit inter cibos esse distantia. Et post hæc omnia non impletur anima comedentis,siue quòd rursum desideret,quod comedit. Et tam sapiens quàm stultus absque cibo nequeat viuere: & pauper nihil aliud querat,nisi quòd possit organum sui corporis sustentare,nec interire inedia. Siue quòd nullam vtilitatem anima ex refectione corpusculi capiat,& cibus tam sapienti quàm stulto communis sit:& illuc vadat pauper vbi opes esse perspexerit. Melius est autem hoc intelligi de ecclesiastico viro, qui in scripturis cœlestibus eruditus,omnem laborem habet in ore suo,& anima eius non impletur,dum semper cupit discere. Et in eo plus habet sapiens, quàm insipiens: quia cùm pauperem esse se sentiat:pauperem autem illum qui in euangelio beatus dicitur: properat ad ea comprehendenda quæ vitę sunt, & ambulat artam & angustam viam quæ ducit ad vitam,& pauper est à malis operibus,& scit vbi Christus qui vita est commoretur. K b ¶ Melior est aspectus &c.) Dilucidè hoc interpretatus est Symmachus dicens: Melius est ꝓuidere, quàm ambulare,vt libet: id est,melius est iuxta sensum cuncta agere, qui animæ est ocul⁹,quàm voluntatem cordis sequi: Hoc est enim ambulare in anima, sicut Ezechiel ait: Ezech.1. Qui ambulāt in volūtate cordis sui. Vel certè supbum & sibi placentem arguit, & meliorem dicit esse eum qui cuncta prouideat, quàm illum cui nihil placet, nisi quod ipse fecerit: quo nihil est deterius, & omni vento inanius. Rursum & hic pręsumptionem spirit⁹, Aquila & Theodotio, pastionem vēti,interpretati sunt. L Symmachus verò afflictionem spiritus. Porrò sciendum est,quod apud Hebręos,& spiritus,& ventus similiter appellentur, id est רוח. c ¶ Quid est quod futurum est, iam vocatum est nomē eius & cognitum &c.) Apertè de Saluatoris prædicatur aduentu: quòd qui futurus est, antequam in corpore cerneretur, iam vocatū est in scripturis nomen eius: & cognitum ꝓphetis & sanctis dei, quia homo sit, & iuxta hoc quod homo est,nō possit se conferre cum patre: & in euāgelio dicat: Ioan.14.d Qui me misit, maior me est. M Vnde & in consequentibus præcipitur,ne vltrà quàm de eo nobis scriptum est, requiramus, ne velit homo plus scire quàm scriptura testata est scire. Cùm eñ de statu nostro ignoremus,&vita nostra quasi vmbra transeat,& futura incerta sint:non nobis expedit vt maiora,quàm possumus, inquiramus. Nonnulli illud in hoc loco significari putant,quòd omnium qui futuri sunt, & hominum corpore circundandi, iam deus vocabulum nouerit: nec possit homo respondere cōtra artificem suum, quare ita vel ita factus sit. Quanto enim amplius quæsierimus, tanto magis ostendi vanitatem nostram & verba superflua, & non ex præscientia dei liberum tolli arbitrium, sed causas ante præcedere,quare vnumquodque sic factum sit. d ¶ Quia sunt verba multa multiplicantia vanitatem&c.)Cum,inquit, ignoret homo de statu suo, & quæcunque videtur scire & cernere:non vt se rei habet veritas,sed per speculum,& vmbram,& imaginem videat:nec futura cognoscat, & per multiloquium non effugiat peccatum:silentium ponat ori suo,& credat eum venisse qui scriptus est: quomodo,& quantus,& qualis venerit,non requirens.

Caput VII.

Bonum

te quippe venit & in tenebris vadit: &in tenebris nomen eius abscondetur. Et quidem solem non vidit,nec cognouit, requies huic magis quàm illi. Et si vixerit mille annos duplices, & bonitatem non vidit: nonne ad locum vnum omnia properant? a Omnis labor hominis in ore ipsius: & quidem anima eius non implebitur. Quid enim amplius sapienti à stulto: quid pauperi, nisi scire vt vadat contra vitam. b Melior est aspectus oculorum super ambulantem in anima. Sed & hoc vanitas & pręsumptio spiritus. c Quid est quod futurum est: iam vocatum est nomen eius, & cognitum,quia homo est, & non poterit iudicari cū fortiore se. d Quia sunt verba multa multiplicantia vanitatem. Quid plus homini? Quis enim cognouit quid sit bonum homini in vita? numerum dierum vitæ vanitatis eius, & faciet ea quasi vmbram: quia quis annunciabit homini qd sit post eum sub sole?

Caput VII.

Bonum

enim venit & pergit ad tenebras,& obliuione delebitur nomen eius. Non vidit solem,neq; cognouit distantiam boni & mali, etiā si duobus milibus annis vixerit, & non fuerit perfruitus bonis. Nōne ad vnum locum properant omnia? Omnis labor hoīs in ore eius,sed anima eius non īplebitur bonis. Quid habet ampli⁹ sapiēs à stulto,& quid paup, nisi vt ꝑgat illuc,vbi est vita. Melius est videre quod cupias, quàm desiderare quod nescias. Sed & hoc vanitas est,& præsumptio spiritus. Qui futurus est,iam vocatum est nomen eius, & scitur quòd homo sit, & non possit contra fortiorem se in iudicio contēdere. Verba sūt plurima multāq; ī disputādo habētia vanitatem. Cap. VII.

QVid necesse est homini maiora se quęrere, cùm ignoret qd cōducat sibi in vita sua & numero dierū peregrinationis suę, & tēpore quod velut vmbra præterit? Aut quis ei poterit indicare, quid post eum futurum sub sole sit?

Melius

a A Bonum est nomen super oleum bonum,&c.) Considera inquit,ô homo dies tuos breues, & quia citò esse soluta carne cessabis: fac tibi famam longiorem, vt quomodo vnguentum nares odore delectat:sic ad tuum vocabulum cūcta posteritas delectetur. Quod perspicuè interpretatus est Symmachus dicēs: Melius est nomen bonum, quàm vnguentum bene olēs. Siquidē moris est Hebræorum vnguentum bonum, oleum nuncupare. Quòd autem ait: Et dies mortis super diem natiuitatis eius:vel hoc ostendit,melius esse exire de seculo,& carere tribulationib⁹ atque incerto vitæ statu, quàm ingredientem mūdum hæc omnia sustinere. Vel certè quòd ī morte quales simus notum sit:In exordio verò B nascendi qui futuri simus, ignoretur. Aut quod natiuitas alliget corpore libertatem animæ,mors resoluat. b ¶ Melius est ire ad domum luctus, &c.) Vtilius est ad exequias funeris,quàm ad domum ire conuiuij:quia ibi recordatione conditionis nostræ & fragilitatis humanæ, ex præsenti cadauere cōmonemur. In conuiuij autem lætitia,etiam si quid timoris haberevidebamur, amittimus. Nouissimū versum apertius interpretatus est Symmachus,dicēs: Et qui viuit,respiciat ad mentem. Ex quibus approbatur in eo quòd superius cibum & potum visus est approbare, non eum voluptatem rebus præferre cunctis,vt pleriq; malè æstimant,sed ad comparationem auaritiæ & nimiæ parcitatis, C licèt breue sit plus esse,si vel ad momentum quis suis opibus perfruatur. Nunquam enim tristitiam luctus,festiuitati conuiuij prætulisset,si bibere & vesci alicuius putasset esse momenti. c ¶ Melior est ira,quàm risus &c.) Risus dissoluit sapientem,ira corripit & emendat. Irascamur & nobis,si quando peccamus,irascamur & aliis. Per tristitiam quippe vultus,melior fiet animus, vt interpretatus est Symmachus. Luc.6.d. Et idcirco: Væ nunc ridentibus,quoniam ipsi lugebunt. d ¶ Cor sapientis in domo luct⁹,&c.) Beati,inquit saluator, Matt.5.a. lugentes:quoniam ipsi consolabūtur. 1.Reg.16.a. Lugebat & Samuel regem Saulem omnibus diebus vitæ suæ. Et Paulus super eos 2.Cor.12.g. qui post peccata varia noluerant agere pœnitentiam,lugere se dicit: Cor igitur sapientis vadat ad domum talis viri q̄ se corripiat delinquentem,vt adducat ad lachrymas, qui pronocet propria lugere peccata,& non eat ad domum lætitiæ, vbi doctor adulatur & decipit:vbi non conuersionem audiētium,sed & plausus quærit & laudem. Talis præceptor plangitur,diues in sermone,non diues in opere: qui quia saturatus est,propterea recipit consolationem suam. Deniq; huic expositioni etiam sequentes verficuli concordant. Ait enim: e ¶ Melius est audire increpationem &c.) Melius enim est à sapiente corripi,quàm per adulationem decipi blandiētis. Prou.27.a. Cui simile est illud: Meliora sunt vulnera amici,quàm fraudulenta oscula inimici. Sicut enim vox spinarum sub olla ardentium,strepitum insuauem reddit: D ita suauia & palpantis magistri verba non proderunt:velut ad curas seculi,quę spinæ interpretātur,auditores suos cohortantis,vel futuro eos incendio præparantis. Symmachus pro eo quod nos posuimus:quia sicut vox spinarum sub olla,sic risus stulti:hūc sensum interpretās quem suprà disseruimus,ait: Per vocem imperitorū vinculis quispiam colligatur,hoc est,ad vocem talium præceptorum magis auditor innectitur,dum vinculis peccatorū suorū vnusquisq; constringitur. f ¶ Calumnia conturbat sapientē &c.) Nūc sapientem in profectu positum accipe,secundū illud: Prou.9.b. Argue sapientē,& diliget te. Sapiēs quippe perfectus,nulla argutione indiget, E nulla calumnia conturbatur. Vtamur hoc versiculo,si quādo iustum virum atq; sapientem videm⁹ calumniam sustinere, & turbari de iniquitate iudicij, nec deum statim subuenire præsentem. Pro eo verò quod Lxx. & Aquila,&Theodotio interpretati sunt, perdit cor εὐγενείας αὐτοῦ,id est fortitudinis, siue vigoris eius:Symmach⁹ ait: & perdit מתנה, id est, donum tam verbū Hebraicum, quàm interpretationem eius copulans,& faciens illū sensum,qui alibi scriptus est: Deut.16.d. Excæcant munera etiam sapientium oculos. g ¶ Melius est nouissimum &c.) Meliores sunt in dicendo epilogi, quàm exordium. In his enim dicentis sollicitudo finitur,in illo incipit. Vel certè sic: F Qui incipit audire sermonem, & ad præceptorem vadit, in principio est:qui verò extrema audit, consummatus est atq; perfectus. Sed & hoc modo intelligi potest: 1.Cor.13.c. Dum in isto seculo sumus,quod scimus,omne principium est:cùm autem venerit quod perfectum est,in nouissimis & consummatis erimus. Hebræus ita hunc locum cùm sequenti versiculo disseruit: Melius est te finem considerare negocij, quàm principium:& patientem esse, quàm impatientiæ furore raptari: Discimus itaq; ex hac sententiola,* nullam in hominibus esse sapientiam,cùm melius sit tacere quàm proloqui, & quia cùm finita fuerit oratio,intra semetipsum recogitat auditor quid sit dictum,cùm autem cœperimus loqui, necdum quid vtilitatis accepit. (*locū optimum in ho. esse patientiam,cum &c.) h ¶ Melior est patiens &c.)Quia superius iram concesserat,dicens: Melior est ira quàm risus, ne putaremus iram quæ in passione est laudari: nunc præcipit iram penitus esse tollendam. (Suprà eo.) Ibi enim pro correctione in peccantes,& eruditione in minores iram posuit,hic verò impatientiam refrenauit. Patientia autem nō solum in angustiis, sed & in lætiorib⁹ necessaria est:ne plus quàm cōdecet,exaltemur. Videtur mihi & qui nunc excelsus appellatur spiritu in euangelio pauperi spiritu esse contrarius,qui in beatitudine ponitur. i ¶ Ne festines in spiritu tuo,&c.)Non quòd concedat tardius irascendum,idcirco nunc dicit: Ne festines in spiritu tuo irasci,sed quòd cùm furens& recens fuerit ira dilata,facilius sedatam possit auferre. Et quia ira semper iūcta superbiæ,

a Bonum est nōmen super oleum bonū, & dies mortis super diem natiuitatis eius. b Meli⁹ est ire ad domum luctus, quàm ad domum conuiuij:in quo finis est omnis hominis,& qui viuit, dabit ad cor suum. c Melior est ira quàm risus,quia in mœrore vultus emendabitur cor. d Cor sapientis in domo luctus, & cor insipientis in domo lætitiæ. e Melius est audire increpationem sapientis,super virū audientem carmen stultorum. Quia sicut vox spinarum sub olla, ita risus stulti. Sed & hoc vanitas. f Calumnia cōnturbat sapientem,& perdit cor fortitudinis eius. g Melius est nouissimū sermonis, quā principium eius. h Melior est patiens super excelsum spiritu. i Ne festines in spiritu tuo, vt irascaris: quia ira in sinu stultorum requiescit.

Melius est nomen bonum, quàm vnguenta preciosa, & dies mortis die natiuitatis. Melius est ire ad domum luctus, quàm ad domum conuiuij. In illa enim finis cunctorum admonetur hominum, & viuens cogitat quid futurum sit. Melior est ira risu, quia per tristitiam vultus corrigitur animus delinquentis. Cor sapientium vbi tristitia est, & cor stultorum vbi lętitia. Melius est à sapiente corripi, quàm stultorum adulatione decipi: quia sicut sonitus spinarum ardentium sub olla, sic risus stulti. Sed & hoc vanitas. Calumnia conturbat sapientem, & perdet robur cordis eius. Melior est finis orationis, quàm principium. Melior est patiens arrogante. Ne sis velox ad irascendum:quia ira in sinu stulti requiescit.

G ćta superbiæ, desiderat vltionem, meliorem suprà patientem dixit esse, quàm eum qui excelsus est spiritu: & nunc signum insipientiæ dedit: quia quanuis aliquis potens existimetur & sapiens, si iracundus sit, insipiens arguitur. Ira quippe in sinu stultorum requiescit. a ¶ Ne dixeris, quid factum est: quia dies priores erant meliores quam isti: &c.) Ne vetus seculum præsenti præferas: quia vnus vtriusque est conditor deus: virtutes, bonos dies viuenti faciunt: vitia, malos. Ne dicas ergo meliores fuisse dies sub Moyse, & sub Christo, quàm modo sunt. Nam & illo tempore plures fuerunt increduli, & dies eorum mali facti sunt: & nunc credentes multi reperiuntur, de quib⁹ ait saluator: Ioan.20.g. Beatiores sunt qui me non viderunt & crediderunt. H Aliter: Sic debes viuere, vt semper præsentes dies meliores tibi sint, quàm præteriti: ne cùm paulatim decrescere cœperis, dicatur tibi: Galat.5.b. Currebatis bene: quis vos impediuit veritati non obedire? Et iterum: Incipientes spiritu, nunc carne consummamini. Ibid.3.a. Aliter: Ne dicas meliora tempora olim Moysi, quàm nunc Christi, legis fuisse quàm gratiæ. Si enim hoc volueris quærere, imprudenter facis: non videns quantum distet euangelium à veteri testamento. b ¶ Bona est sapientia cùm hæreditate, & amplius videntibus solem: quia quo. &c.) Maioris est gloriæ sapiens cũ diuitiis, quàm tantum sapiens. Alij enim sapientia indigent, alij opibus, & qui sapiens est & non diues, potest quidem docere quod bonum est, sed interdum non potest præstare quod petitur. Et idcirco ait. Quia sicut vmbra sapientiæ, ita vmbra pecuniæ: id est, quomodo protegit sapientia, sic interdum protegit & pecunia. Et ne videretur sapientiæ detraxisse, dum eam fortuito bono subiecit: Non enim in nostra potestate est habere diuitias, quas iniusti sæpe plus possident: propterea I maiorem esse sapientiam demonstrauit dicens: Et amplius scientia sapientiæ viuificabit se habentem. In eo inquit, maior est sapientia diuitiis, quòd absque vllis opibus viuificat eum qui se habuerit. Quidam hunc locum ita interpretantur: Hæreditatem, inquiunt, pro conuersatione bona posuit, per quam hæredes sumus dei, & cohæredes Christi.

Vult igitur Ecclesiastes docere quanto differant hi qui solem merentur videre iustitiæ, & habent sapientiam cùm conuersatione bona, ab his qui absq; sapientia, vitæ tantum & conuersationis studium commodarunt. Quod quidem & Daniel ostendit dicens: Dani.12.b. Intelligentes sermones meos fulgebunt vt luminaria cœli. Siue vt Theodotio interpretatus est: Quasi splendor firmamenti. Qui verò fecerint sermones meos, quasi stellæ cœli. Vmbram autem argenti, siue pecuniæ, illam secundum ἀναγωγὴν debemus accipere, Matt.25.b. Lucæ.19.b. de qua talenta & minæ in parabolis euangelij leguntur: vt cùm fuerimus sub vmbra sapientiæ, & sub vmbra talis argenti: Psal.120.b. Per diem sol non vrat nos: neq; luna per noctem. Sed & hoc Ioan.8.b. Thre.4.d. dici potest: quia vmbra est vita nostra super terram: & spiritus vultus nostri Christus dominus cui diximus: In vmbra eius viuemus in gentibus. Omnis nostra in hac terra protectio instar vmbræ est, siue sapientiæ, siue supradicti argenti, donec aspiret dies & amoueantur vmbræ. Symmachus more suo etiam in hoc loco manifestius interpretatus est

a requiescit. Ne dixeris qd factum est: quia dies priores erant meliores quàm isti: quia non sapienter interrogasti de hoc. b Bona est sapientia cum hæreditate, & amplius videntibus solem: quia quomodo vmbra sapientiæ, sic vmbra argenti: & quod plus est, scientia sapientiæ viuificabit habentem c se. Vide operã dei, quoniã qs poterit adornare, quẽ d deus peruerterit? In diẽ bonitatis esto in bono, & in die malo vide. Et quidem istud cõgruum huic fecit deus ad loquendum, vt non inueniat homo post eum

requiescit. Ne dicas, quid putas causæ est, quòd priora tempora meliora fuere quàm nunc sunt? Stulta enim est huiuscemodi interrogatio. Vtilior est sapientia cum diuitiis, & magis prodest videntibus solem. Sicut enim protegit sapientia, sic protegit pecunia. Hoc autem plus habet eruditio & sapientia, quòd vitam tribuũt possessori suo. Considera opera dei, quòd nemo possit corrigere quẽ ille despexerit. In die bona fruere bonis, & malam diem præcaue. Sicut enim hanc, sic & illam fecit deus: vt non inueniat homo contra eum

dicens: Quomodo protegit sapientia, similiter protegit pecunia. K Sequens autem versiculus perspicuè ad studium scientiæ cohortatur. c ¶ Vide opera dei, quoniam quis poterit adornare quem deus percuterit?) Et in hoc loco ita Symmachus transtulit: Disce opera dei: quia nemo poterit corrigere quod ille imminuit: id est, sufficiat tibi de scripturis sanctis, siue ex ipsa contemplatione elementorum scire & intelligere quæ facta sunt, non tamen causas rationesque perquirere, quare vnumquodq; sic factum sit, vel aliter fieri debuisse quã factũ est. Verbi gratia: Si quis velit querere cur Moysi ita loquatur deus: Exod.4.c. Quis fecit mutum & surdum, videntem & cæcum: nonne ego dominus deus? Et dicat L Cur cæcus & surdus & mutus ita creati sunt: & cætera his similia. Sumendum in hoc loco testimonium de septimodecimo psalmo, in quo ad dominum dicitur. Cùm sancto sanctus eris, & cùm peruerso peruerteris: Et dicendum est, sanctum dominum esse cùm eo qui sanctus est, & peruersum apud eum, qui sua voluntate fuerit antè peruersus. Iuxta illud quoq; quod in Leuitico scriptum est: Leui.26.c. Si ambulauerint ad me peruersi, & ego ambulabo ad eos peruersus in furore meo. Exod.4.e. Quod quidem & illud poterit exponere, quare indurauerit dominus cor Pharaonis. Quomodo enim vna atque eadem solis operatio liquefacit ceram, & siccat lutum: sed pro substantia sua & liquescit cera, & siccatur lutum: sic vna dei in Aegypto signorum operatio molliebat corda credentium, & incredulos indurabat: Roma.2.a. Quia iuxta duritiam suam & impœnitens cor, thesaurizabant sibi iram in die iræ ex his mirabilibus, quæ cùm viderent fieri, non credebant. d ¶ In die bonitatis esto in bono: & in die malo vide. Et quidem istud M congruum huic fecit deus ad loquendum, &c.) Scio me audisse in Ecclesia ab eo qui putabatur habere scientiam scripturarum, ita hos versiculos edissertos. Dum in hoc præsenti seculo es, & boni aliquid operis potes facere, labora, vt postea ipse securus in die malo, id est, in die iudicij torqueri alios videas. Sicut enim præsens seculum fecit deus, in quo nobis fructum bonorum operum possumus præparare, ita & futurum in quo nulla boni operis datur facultas: visus est quidem suadere cùm diceret audientibus. Sed mihi videtur alius esse sensus, quem & Symmachus transtulit dicens: In die bono esto in bono: diem verò malum intuere. Siquidem hoc simile huic fecit deus, vt non inueniret homo quod contra eum quereretur. Et bona, inquit, & mala prout tibi euenerint, sustine. Nec putes vel bonorum tantum aut malorum in mundo esse naturam, cùm ex diuersis mundus iste contrariis subsistat, calidis & frigidis, siccis & humectis, duris & mollibus, tenebrosis & lucidis, malis & bonis. Hoc autem fecit deus, vt habeat sapientia locum in eligendo bonum, & vitando malum, & liberum homini relinquatur arbitrium: ne se dicat insensibilem, & stolidum à deo esse generatum, sed eum ideo fecisse diuersa: vt homo queri de sua conditione non posset. Simúlq; hoc testimonium consequenter superioribus copulabitur, in quibus ait: Quis poterit adornare quod peruerterit deus?

Omnia vidi

A a ¶ Omnia vidi in diebus vanitatis meæ &c.) Huic quid Matt.10.d. simile in Euangelio ait saluator: Qui inuenit animam suam, perdet eam: & qui perdiderit animam suam propter me, inueniet eam. Machabæi pro lege dei atq; iustitia visi sunt in sua perire iustitia, & martyres qui sanguinem fudere pro Christo. Econtrariò qui ex illo tempore suillam carnem comederunt, & post aduentum domini sacrificauerũt idolis suis, hi visi sunt in hoc seculo viuere, & propter suam malitiam perseuerare longæui. Sed dei in occulto patientia est, & tribulare nunc sanctos, vt recipiant mala in vita sua, & peccatores non visitare pro scelere, & quasi ad victimam reseruare, vt & illis possit æterna bona restituere, & his mala inferre perpetua. B Hebræi iustos pereuntes in iustitia sua, filios Aaron suspicãtur, quòd dum putant se iustè agere, alienum ignem obtulerint. Et impium longæuum in malitia sua, Manassen dicunt, qui post captiuitatem restitutus in regno, longo deinceps vixerit tẽpore. b ¶ Noli esse iustus multum, &c.) Si quem rigidum & trucem ad omnia fratrum peccata conspexeris, vt nec in sermone peccanti, nec propter naturalem interdum pigritiam moranti, det veniam: hunc scito plus iustum esse, quàm iustum est. Lucæ.6.f. Iob.25.b. Cùm enim saluator præcipiat, dicens: Nolite iudicare, vt nõ iudicemini: & nullus sit absq; peccato: nec si vnius quidem C diei fuerit vita eius: inhumana iustitia est fragilitati conditionis hominum non ignoscens. Prou.20.b Noli ergo esse iustus multum, quia pondus grande, & pondus paruum abominatio coram domino. Vnde & apud philosophos, virtutes in meditullio positæ sunt: & omne quod nimium est, siue sursum, siue deorsum, reputatur in vitio. Quòd autem ait: Noli quærere amplius: ne turberis, siue ne obstupescas: mentem nostram scit perfectam comprehendere non posse sapientiam, & mensuram fragilitatis nostræ, iubet nos scire debere. Deniq; & Paulus ei qui plus quam homo scire cuperet, requirebat, dicens ei: Quid adhuc queritur? Voluntati enim Rom.9.d. eius quis resistit? Respondit: O homo tu quis es qui respondeas deo &c. Si enim causas quæstionis, ille qui interrogans introducitur, audisset ab Apostolo: stupore forsitan torpuisset, & gratiam sensisset inutilem. Quia est & donum, quod non prosit ei cui datum est, iuxta eundem Apostolum. Hebræi hoc mandatum, id est: Noli esse iustus multum: 1.Reg.15.c. super Saule interpretantur, qui Agag misertus est, quem dominus iusserat occidi. Matt.18.c. Sed & ille de Euangelio seruus cui ignouerat dominus, & ipse conseruo noluit ignoscere: huic potest versiculo coaptari, quòd fuerit iustus multum. c ¶ Ne impiè agas multum, & noli esse stultus, ne moriaris Ezec.33.c. in tempore non tuo.) Cùm dominus loquatur: Nolo mortem peccatoris, sed tantum vt reuertatur & viuat: & semel peccasse sufficiat, debemus nos erigere post ruinam. Si enim

post eum quicquam. O- a mniã vidi in diebus vanitatis meæ. Est iustus periens in iustitia sua, & est impius longæuus in ma- b litia sua. Nõli esse iustus multum: & ne quæras am- c plius, ne obstupescas. Nẽ impiè agas multum: & noli esse stultus, ne moriaris in tempore nõ tuo. d Bõnum est retinere iustum. Et quidem ab hoc ne dimittas manũ tuam: quoniam qui timet deum, e egredietur ad omnia. Sãpientia confortabit sapiẽtem, super decem potestatem habentes qui sunt in ciuitate: quia non est homo iustus in terra, qui faciat bonum, & non peccet. f Et quidẽm in omnes sermones quos loquẽtur impij, ne dederis cor tuũ, vt non audias seruum tuum maledicẽtem tibi. Etenim frequenter scit cor tuum, qa & tu maledixisti aliis.

Omnia

contra eum iustas querimonias. Hæc quoque vidi in die vanitatis meæ. Iustus peribit in iustitia sua, & impius multo viuit tempore in malitia sua. Noli esse iustus multum: neque plus sapias quàm necesse est, ne obstupescas. Ne impiè agas multum: & noli esse stultus, ne moriaris in tempore non tuo. Bonum est te sustentare iustum, sed ab illo ne subtrahas manum tuam: quia qui timet deum, nihil negligit. Sapientia confortauit sapientem, super decem principes ciuitatis. Non est enim homo iustus in terra, qui faciat bonum, & non peccet. Sed & cunctis sermonibus qui dicuntur ne accommodes cor tuum: ne fortè audias seruum maledicentem tibi. Scit enim conscientia tua, quia & tu crebrò maledixisti aliis.

Cuncta

iuxta eos qui de physicis disputant: nouit hirundo pullos D de succo oculare chelidoniæ, & dictamum capreæ appetunt vulneratæ: cur nos ignoremus medicinam pœnitentiæ propositam esse peccantibus? Quòd autem ait: Ne moriaris in tempore non tuo. Scimus Chore & Dathan, & Abiron Num.16.e. propter seditionẽ aduersum Moysen & Aaron, repẽtino terræ hiatu deuoratos: & ad emendationem malorũ, ante diem iudicij etiam in hac vita plurimos iudicatos. Quòd dicit ergo, tale est: Noli peccatis addere peccata, ne prouoces deum etiam hic tibi inferre iudicium. d ¶ Bonũ est retinere iustũ, &c.) Bonum est iustis benefacere: sed & peccatoribus benefacere, nõ iniustum est. Bonum est domesticos fidei sustẽtare: sed & omni petenti tribuere, præceptum est. E Timens quippe deum, & imitator conditoris sui, qui pluit sup iustos & iniustos, absq; respectu personarum omnib⁹ benefacere festinat. Aliter: Quia vita hæc miserabilis diuersis quotidie variatur euentibus: tam ad aduersa, quàm ad prospera, iusti animus præparetur, & poscat domini misericordiã: vt quodcunq; euenerit, librata mente sustentet. Qui enim timet deum, nec prosperis eleuatur nec opprimitur aduersis. e ¶ Sapientia confortabit &c.) Propterea sapiẽtia cõfortat iustum, & omnium principum ciuitatis super eum excedit auxilium: quia quanuis aliquis iustus sit: tamen dum in F hac carne est constitutus, subiectus est vitiis atq; peccatis, & maiore præsidio indiget. Aliter: Decem qui potestatem habent, & in vrbe consistunt, angeli sunt: qui ad perfectum numerum peruenere denarium, auxiliãtur humano generi. Sed si quis consideret omnia auxilia, maius est auxiliũ sapientiæ: id est, domini nostri Iesu Christi. Postquam enim dixerũt angeli: Curauimus Babylonem, & non est sanata: relinquamus Hiere.51.a. eã, & abeat vnusquisq; in terrã suam: tũc magister medicorũ ipse descẽdit, & respersos nos sanguine, & peccatorũ madẽtes cruore, Lucæ.8.f. qui omnẽ substantiam nostram expenderamus in medicos, tactu fimbriæ suæ sanauit. Sanauit aũt in ciuitate, hoc est, in mundo isto: & confortabit sapiẽtem, siue (vt Lxx. transtulerũt) adiuuabit. Omni enim qui habet, dabitur ei & adiicietur. Quia aũt indiguit homo posit⁹ in peccatis, & infixus in limo profundi peccati, maiore auxilio: idcirco venit ipsa sapientia. Aliter: Suprà dixerat, & domesticis & alienis bene esse faciendum. Poterat ergo aliquis respondere: Si omnibus benefacere voluero, nõ habeo vnde faciã. Nec potest iustus tantas habere diuitias, quæ solent magis peccatoribus abũdare: Propterea nũc ait: Quos non potes opibus, consilio adiuua, solatio foue. Plus enim potes in angustia constituto præstare sapiẽtia, quàm quilibet maximæ potestatis. Et hoc ipsum cũ prudẽtia facito. Grandis quippe libra iustitiæ est: & cui, & quantũ, & quandiu, & quali vel in re, vel in cõsilio tribuere. f ¶ Et quidem &c.) Fac quæ præcepta sũt tibi,

& sapiẽtiæ

G & sapientiæ auxilio confortat⁹,vel ad bona,vel ad mala prepara cor tuũ,& non cures quid de te loquãtur inimici,qualis foris opinio sit. Quomodo enim prudentis viri est, murmurantem famulum non audire,nec curiosè aurem apponere,quid de se loquatur absente:si enim hoc fecerit,semper in tribulatione erit,& ad

a Omniã hæc tentaui in sapientia,& dixi:Sapiens efficiar,& ipsa longiusfacta est à me,magis quàm erat & alta profunditas, quis

b inueniet eã? Circũiui ego cor meũ:vt scirem & considerarem,& quærerem sapiẽtiam & rationem,& vt cognoscerem impietatem stulti & imprudentium errorem.Et inueni ego amariorem morte mulierem, quę laqueus venatorũ est, & sagena cor eius:vincula sunt man⁹ eius . Bonus coram deo eruetur ab ea: & qui peccator est, capie-

c tur in illa.Eccè hoc inueni dixit Ecclesiastes , vnã ad vnã: vt inuenirem numerum quem adhuc quęsiuit anima mea,& nó inueni. Hominem vnum de mille inueni: & mulierem in omnibus his non inueni.Solũmodo hoc inueni, quia fecit deus hominem rectum : & ipsi quæsierũt cogitationes multas.

Quis ita

Cuncta tentaui in sapiẽtia. Dixi sapiẽs efficiar, & ipsa longius recessit à me,multo magisquàm erat.Et alta profunditas, quis inueniet eam?Lustraui vniuersa animo meo:vt scirem & considerarem,& quærerem sapientiam & rationẽ,& vt cognoscerem impietatẽ stulti & errorem imprudentium. Et inueni amariorem morte mulierẽ,quæ laqueus venatorũ est,& sagena cor eius.Vincula sunt man⁹illi⁹. Qui placet deo, effugiet illã:qui autẽ peccator est,capietur ab illa.Ecce hoc,inueni dixit Ecclesiastes:vnũ &alterũ:vt inuenirẽ rationem quã adhuc quærit anima mea,& nó inueni.Virũ de millevnũ reperi:mulierẽ ex omnibus non inueni. Solummodo hoc inueni: quòd fecerit de⁹ hominem rectũ,& ipse se ínfinitis miscuerit quęstionib⁹.Quis talis vt sapiens est?Et quis cognouit solutionem verbi?

Sapientia

K iuxta intelligentiam spiritualem:aut omne generaliter peccatum,mulierem nominamus & iniquitatem, quæ sub specie mulieris sedet in Zacharia super plumbi talentum: aut diabolum τροπικῶς mulierem accipimus, propter effœminatas vires:aut certè idololatriam, & vt propius accedamus, hæreticorum ecclesiam, quæ insipientem sensu ad se vocat, vt panes furtiuos, & aquã furtiuam,hoc est, falsum sacramentum,& pollutum baptismum indoctus accipiat.

Zach.5.c.

c ¶ Ecce hoc inueni dixit Ecclesiastes, vnam &c.) Hoc, inquit, reperi, vniuersa diligenter euentilans, quod paulatim peccando,& ad vnum delictum aliud apponendo, grandem nobis summam efficimus peccatorum.Hesebon quippe , quod omnes voce consona λογισμοὺς , transtulerunt secundum Hebræi sermonis ambiguitatem , & numerum possumus,& summam,& rationem, & cogitationem dicere. Sed & hoc ait: requisiuit anima mea, an recta mulier inueniatur . Et cùm vix paucos de viris bonos inuenerim : ita vt de mille vnum potuerim inuenire:mulierem bonam omnino inuenire non potui. Omnes enim me ad luxuriam , & non ad virtutem deduxerunt . Et quia appositum est cor hominum diligenter ad malitiam ab adolescentia,& penè omnes offenderunt deum: in hac ruina generis humani , facilior ad casum est mulier. De qua poeta gentilis ait: Varium & mutabile semper fœmina.Et Apostolus : Semper, ait, discentes, & nunquam ad scientiam veritatis peruenientes.Et ne videretur commune hominum damnare naturam , & deum autorem mali facere, dum talium conditor est qui malum vitare non possunt : argutè præcauit & ait:bonos nos à deo creatos : sed quia libero sumus arbitrio delicti,vitio nostro ad peiora labi: dum maiora quærimus , & vltra vires nostras varia cogitamus. Aliter:Quotidie mecum vnusquisquę rei rationem ponens, nullum inuenire cogitatum potui,qui non cogitatione peruersa extrinsecus turbaretur . In mille autem viris inuenti hominem,qui iuxta imaginem conditoris est conditus: & in mille non quibuslibet , sed viris : quorum numerum mulier non potuit implere.Et in mille qui non appropinquauerunt ad mulierem: & propterea puríssimi permanserunt. Hæc omnia Tropologicè accipienda.In multis quippe studiosis & quotidiana meditatione sudantibus , vix inuenitur cogitatus purus , & viri dignus vocabulo . Possumus & cogitatus pro viris accipere, mulieres pro operibus : & dicere, quod difficilè cogitatio alicuius pura inueniri queat. Opera verò quia per corpus administrentur, aliquo semper errore commixta sint . Pro eo autem quòd supra sermonem Hebræum interpretantes diximus : Vnam ad vnam,vt inueniatur

L חֶשְׁבּוֹן

Gene.8.d

M

Vergil.4. Aeneid.

2.Tim.3.b

Tropologi

A niatur numerus,siue summa, siue ratio, aut cogitatio : apertius interpretatus est Symmachus , vnam ad vnam inuenire rationem . Quod enim nos solemus absolutè & neutraliter appellare,id est,hoc quæsiui,illud quod volui inuenire: Hebræi fœminino genere pronunciant,sicut in psalmo : Vnam petij à domino,hanc requiram : pro eo quod est,vnum.

Psal.26.b

Caput VIII.

a

Quis ita vt sapiens,& quis nouit solutionem verbi?Sapientia hominis illuminabit &c.) Suprà docuerat difficilè bonum hominem inueniri , & venientem contra eliserat quæstionem : à deo bonos homines conditos, sed sponte sua ad peccatũ delapsos:nunc quid

B boni hominí dederit deus,quasi gloriabundus,enumerat: sapientiam scilicet , atq; rationem prouidentiæ, occulta dei nosse mysteria , & arcana eius sensu cordis intrare. Obliquè autẽ de se loquitur, quod nemo ita fuerit sapiens vt ipse, & nullus sic fecerit problematum solutiones, & sapientia eius à cuncto laudata sit populo , quæ non solum intrinsec⁹ latuerit,sed & in superficie corpo-

Caput VIII.

a

Quis ita vt sapiens: & quis nouit solutionem verbi? Sapientia hominis illuminabit vultum eius: & fortis faciem suam

b commutabit.Egò os regis custodio, & loquelam iuramenti dei.Ne festines à facie eius abire: & ne stes in verbo malo : quoniam omne quod voluerit faciet.Sicut dixerit rex,potestatem habet:&quis dicet

c ei, quid facis ? Qui custodit mandatum, non cognoscet verbum malum: & tempus & iudicium co-

d gnoscit cor sapiẽtis . Quia omni negocio est tempus & iudicium . Afflictio quippe hominis multa super eum:quia nescit quod futurum est : sicut enim erit quis annunciabit ei?

Non est

dedit filio . Qui rex filius deus,patris regis est filius . Huius itaq; filij custodienda præcepta sunt,huius voluntati parendum. Et hoc est quod in Tobiæ libro scribitur:Mysterium regis abscondere bonum est. Et præcipuè monet ne tractemus quare deus vnumquodq; præceperit: sed quodcunq; viderit esse mandatum, hoc pia mens hominis implere festinet: Et sit in lege domini volũtas eius. Quia verò Lxx.aliter transtu- Psal.1.a
lerunt dicentes:καὶ περὶ λόγου ἔρκος θεῦ μὴ σπεύδῃς ἀπὸ προσώπου αὐτοῦ περπατῆσαι, id est,& de verbo iuramenti dei ne festines à facie eius ambulare. Sciendum iuramentum dei in diuinis voluminibus esse conscriptum. Hoc itaq; iuramentum, de dei verbo sacrum & arcanum , non debemus quibuscunq; narrare & proferre in medium , & E
citam de eo proferre sẽtentiam : Neq; vt Moyses festines videre faciem dei,sed tandiu sustine donec ipse pertranseat , & tantum eius posteriora cõspicias. Necnon & illud quod sequitur : Ne stes in verbo malo &c.super eo intelligamus qui hæreseos errore præuentus est: vel super illo qui cùm ecclesiæ fidem habeat: tameu peccatis vincitur vt non sit fidelis. Ne psseueres in detractione, Exod.33.d.

Tobiæ.12.b

nec in turpiloquio,luxuria,auaricia,libidine. Quòd si perseueraueris:rex vitiorum atq; peccati diabolus operabitur perditionem in te, & faciet quodcunq; voluerit.

c ¶ Qui custodit mandatum,non cognoscet verbum &c.) Notandum quod , non cognoscet verbum malum , positum est pro eo quod est, non patietur, aut non erit in eo. Siquidem & de saluatore sic scriptum est : Qui non nouerat pec- 2.Cor.5.d.
catum,pro nobis peccatum fecit.Pro verbo quoq; Symmachus rem,interpretatus est dicens : Qui custodierit mandatum,non experietur rem malam. Præcepit autem, regis imperium:id est, Christi conseruandum, & scire quid, & quare,& quo tempore, iubeat. F

d ¶ Quia omni negocio est tempus & iudicium . Afflictio quippe hominis &c.) Licèt diuersa eueniant , & non possit iustus scire quid ei futurum sit:nec singularum rerum causas rationesq; cognoscere: Nemo enim est conscius futurorum:tamen scit à deo cuncta in vtilitatem hominum fieri , & non absq; eius voluntate disponi. Est enim magna afflictio generi humano, quia vt poeta ait:Nescia mens hominum fati sortisq; futuræ: aliud spe- »
rat,aliúdq; euenit:de altero loco expectat hostem, & alterius iaculo vulneratur.Pro eo autem quod Lxx. interpretes & Theodotio dixerunt,ὅτι γνῶσις τοῦ ἀνθρώπου ἐπ' αὐτὸν:id est,quia scientia hominis multa super eũ: in Hebræo malitiam habet,non scientiam,sed quia ר res & ד daleth literæ Hebraicæ excepto paruo apice similes sunt,pro רָעָה legerunt רְעוּת:id est,pro malitia,scientiam. Hoc melius sciet qui eiusdem linguæ habuerit noticiam.Illud quoq; quod in fine horum versuũ scriptũ est: Quia nescit quod factum sit: & quid futurum sit post eum,quis annunciabit ei: de verbo ad verbum nunc ex sermone Hebræo transtulimus , vt esse sensum alterum nouerimus: quod scilicet nec ea quæ præterierunt scire possumus,nec ea quæ futura sunt, ita vt sunt futura,

3.Reg.3.b. &.4.d.

Roma.5.

Titũ.3.d.

Psal.20.a.

Ibid.71.a.

Ioan.3.d.

G futura, cognoscere. a ¶Non est homo potestatem habens in spiritum,&c.) Non est in potestate anima nostra ne auferatur à nobis, & egredientem ad imperium domini spiritum prohibere. Nihil prodest ora concludere,& vitam retinere fugientem. Cùmq; interitus, inimicus vitæ nostræ & hostis aduenerit:indu cias accipere non possumus. Nec regesquòdam in seculo, & omnia nostra impietateva stantes, obuias mortiferre manus: sed in cinerem terramq; soluemur. Non est ergo lugendum si futura scire non possumus,& sæpe ab iniquis potentioribus opprimamur,cùm morte omnia finiatur, & superbus & potens qui cuncta populatus est,non valeat animam suam retinere cùm rapitur. Aliter: Spiritus, qui vniuersa dispen-

H sat, non potest à quoquam hominum prohiberi,& leges accipere spirandi. De quo & supra dictum est: Gyrans gyrando vadit spiritus. In die mortis non sumus potentes: in die enim vitæ facilè vitatur inimicus. Similiter qui in bello est, & dei pacem non habet, quæ superat omnem intellectum: non habebit emissionem,de qua sponsæ dicitur: Emissiones tuæ paradisus malorum granatorum cùm fructu pomorum. Et quia impietas non saluabit habẽtem se:pietas è regione saluabit. Potest impietas diabolus appellari,& pietas dominus noster Iesus Christus.

Non est homo potestatem habens in spiritum, vt prohibeat spiritum: & non est potens in die mortis, & non est emissio in die belli: & non saluabit impietas habentem se.

Omnia hæc vidi: & dedi cor meum in omne opus quod factum est sub sole, & dominat⁹ est homo homini vt affligeret eum. Et tuncvidi impios sepultos, & venerũt: & de loco sancto egressi sunt,& laudati sunt in ciuitate, quia sic fecerunt:sed & hoc vanitas & præsumptio spirit⁹. Quia enim non est contradictio facientibus malum citò : ideo repletum est cor filiorum hominũ in eis vt faciant malum.

Cũia peccator facit malum centies, & elongat ei deus. Ex hoc cognosco ego quòd erit bonum timentibus deum,qui timebũt à facie eius. Et bonũm non sit impio,& non prolonget dies quasi vmbra qui non timet à facie dei.

Est vanitas

Suprà.1.a.

Cant.4.d.

a

Psal.9.d.

I b ¶Omnia hæc vidi &c.) Dedi,inquit, cor meum vt omne quod sub sole geritur intuerer: & hoc vel maximè, quòd homo accepit in homines potestatem, vt quoscunq; vult affligat atq; condemnet. Cùm itaq; mentem meam ad hæc intuenda dirigerem : vidi impios cùm tali opinione mortuos & sic sepultos,vt sancti æstimarentur in terra:qui & cùm viuerent putabantur digni esse ecclesiæ principes,& templo dei: & insuper ambulantes tumidi,laudabantur in malis suis. Sicut scriptum est:Laudatur enim peccator in desideriis animæ suæ,& qui iniqua gerit benedicitur. Hoc autem propterea euenit : quia nemo peccantibus episcopis audet contradicere:nec statim deus scelus vlciscitur, sed differt pœnam dum expectat pœnitentiam. Peccatores autem,quia non statim arguti atq; correpti sunt:putantes nequaquam futurum esse iudicium,in scelere perseuerant. Possumus hoc testimonium accipere aduersus episcopos,qui acceperunt in ecclesia potestatem, & scandalizant eos magis, quos docere & ad meliora debuerant incitare. Hi frequenter post mortem laudantur in ecclesia, & beati in his quæ non probabiliter fecerant, publicè siue à successoribus, siue à populis prædicantur. Et hoc itaque vanum est : quia non vt egerunt sic audiunt : nec statim corripiuntur in peccato suo. Nemo quippe audet accusare maiorem : propterea quasi sancti & beati, & in præceptis domini ambulantes, augent peccata peccatis. Difficilis est accusatio in episcopum. Si enim peccauerit, non creditur: & si conuictus fuerit,non punitur. K

c ¶Quia peccator facit malum centies &c.) Ex eo quòd peccanti plurimum, hoc quippe significat centies, dat deus locum pœnitentiæ : non eum statim punit in scelere, sed expectat vt conuertatur ab iniquitate sua: Ego itelligo quàm benignus & misericors super eos futurus sit deus,qui habent timorem eius,& adverbum illius contremiscunt. Symmachus hunc locum ita transtulit:Peccans enim malus mortuus est,lõga ætate*cõcessa ei. Porrò egoscio quia erit bene timẽtibus deum qui timuerunt à facie eius. Bonũ verò non erit iniquo, neq; longo superbit tempore : quia non timuit à facie dei. Et ꝙa manifestũ est quid iste transtulerit: hoc dicendum est quod verbum Hebraicũ מֵאֲשֶׁר, quòd Lxx. ἀπὸ τότε: id est, ex tunc,transtulerunt, & nos centies posuimus: Aquila & Symmachus & Theodotio, mortu⁹ est interpretati sunt:vt si quis peccauit & fecit malum,mortu⁹ est: in eo enim quòd peccauit,statim mortuus est. Si autem iuxta Lxx. interpretes,ꝓ eo quod est,mortuus est,legerimus,ex tũc:iuxta quod dã hic erit sensus:Peccator non tũc primùm peccat quãdo videtur facere peccatum, sed iam antè peccauit. Ab- L

*longanimitate.

alienati sunt enim peccatores à vulua,errauerũt à ventre,& quærunt hoc quod sequitur:locuti sunt falsa:quomodo possit exponi:simplex enim intelligentia habere consequentiam non videt. Paruulos peccatores statim vt devulua ejecti sunt mẽdacium loqui. d ¶Et bonũ non sit impio: & non prolonget dies quasi vmbra qui non timet &c.) Imprecatur male his qui non habent timorem dei: & optat ne diu differantur à pœna, sed statim morte subtracti, cruciatus recipiant quos merentur. Simile quid & Apostolus loquitur : Vtinam præcidantur qui vos conturbant. Et alibi: Alexander ærari⁹ multa mihi mala ostendit:reddat illi dominus secundum opera eius. Quæ quomodo clementer dicta sint,requirendum est. Hæc iuxta sensus Hebraici veritatem. Si quis verò Lxx. interpretes sequitur:qui quasi ab alio sensu incipientes dixerunt: Et ego cognosco quia erit bonum timentibus deum vt timeant à facie eius,& bonum non erit impio, & non prolongabit dies in vmbra:quia non est timens à facie dei: Hoc poterit dicere. Fient quidem & illa de quibus paulo antè tractaui:ego tamen manifestissimè cognosco,quia bene erit his qui timent à facie dei. Vultus enim domini super facientes mala: Et impio non erit bene:non enim timet à facie dei : & non prolongabit dies in vmbra: hoc est dies vitæ suæ,q quasi vmbra viuentibus sunt. Non enim hi qui multo tempore viuunt,prolongant dies suos:sed qui grandes eos faciũt bonorum operum magnitudine. Vnde & Iacob quasi se peccatorẽ confitens M

Galat.5.b. 2.Tim.4.c.

Psal.33.c.

A confitens dicit:Paruí & mali dies mei:sicut & in psalmo cõfitens: Dies,inquit,mei sicut vmbra declinauerũt: & ego sicut fœnum aruí. Non quòd longam vitam quæserit in præsenti,in quo omne quod viuimus breue & vmbra est,& imago: In imagine enim perambulat homo : sed quod de futuro timeat,ne longitudovi tæ ipsius vbi vera estvita breuietur. a ¶Est vanitas quæ fit super terram,&c.) Inter cæteras vanitates quæ in mundo vario feruntur euẽtu,etiam hoc deprehẽdi : quòd iustis ea frequenter eueniunt quæ impiis euenire debuerãt:& impij tam feliciter in hoc mũdo degũt vt eos putes esse iustissimos. Docet exemplũ euangelicũ diuitis purpurati,& pauperis Lazari . Septuagesimus quoq; secundus psalm⁹ de hac re disputat:cur iustis interdũ mala , & impiis eueniant bona. Pro eo autẽ quòd nos posuimus : Est vanitas quæ fit sup terrã: Symmachus absolutè transtulit dicens: Est difficile cognitu quod fit super terram. Hebræi, iustos quibus eueniũt mala,& impios quibus accidunt opera iustorum,filios Aarõ interpretãtur & Manassen: quòd illi sacrificantes perierint : & iste post tanta mala& captiuitatem in imperium restitutus sit. b ¶Et laudaui ego lætitiã &c.) Hoc plenius suprà interpretati sum⁹:& nũc strictim dicimus: licet breuem & citò finiendam præferre eum vescendi & bibendi voluptatem angustiis seculi,& his quæ fieri videtur iniquè in mundo: ꝙ solum hoc homo de labore suo haberevideatur,si vel modico fruatur refrigerio. Verũm hæc interpretatio ieiunantes,esurientes,sitiẽtes atq; lugentes: quos beatosin euangelio dominus vocat:si sic accipitur vt scriptum est, miseros approbabit. Et cibum ſtaq; & potum spiritualiter accipiam⁹, & super eis lætitiam quam in labore vitæ nostræ vix possum⁹ inuenire. Quòd autem hæc ita sentienda sintvt diximus:demõstrat sequens versiculus,in quo ait:Dedi cor meum vt viderem sapientiam & occupationem:quòd scilicet occupentur homines super terram, & diebus ac noctibus in scripturarũ meditatione versentur : ita vt plerunq; pro inuestigatione veri ab oculis somnus aufugiat. c ¶Quapropter dedi cor meum vt cognoscerem sapientiam &c.) Qui quærit causas rationẽsq; rerum : quare hoc vel illud factum sit : & quare mundus variis gubernetur euentibus:cur alius cæcus, alius debilis,alius videns nascatur & sanus : hic paupertatem habeat,ille diuitias:iste sit nobilis,ille inglorius : Nihil aliud proficit,nisi in sua tantum quæstione torqueri, & disputationem pro tormento habere,nec tamen inuenire quod quærit. D

Gene.47.b Psal.101.b.

Psal.38.b.

Lucæ.16.c.

B

C

Matt.5.a.

Et est alia vanitas, quæ fit super terram. Sũt iusti quibus mala proueniunt,quasi opera egerint impiorũ : & sunt impij qui ita securi sũt, quasi iustorum facta habeant. Sed & hocvanissimum iudico. Laudaui igitur lætitiam,quòd non esset homini bonũ sub sole, nisi quòd comederet,& biberet, atq; gauderet: & hoc solum secum auferret de labore suo omnibus diebus vitæ suæ, quos dedit ei deus sub sole. Et apposui cor meũ, vt scirem sapiẽtiam,& intelligerem dissensionem,quæ versatur in terra. Est homo qui diebus & noctibus somnũ non capit oculis. Et intellexi quòd omnium operũ dei nullam possit homo inuenire rationem eorum,quæ fiunt sub sole. Et quanto plus laborauerit ad quærendum tanto minus inueniat. Etiã si dixerit sapiens se nosse, non poterit reperire.

Caput IX.

OMne hoc dedi in corde meo vt considerarem vniuersa:quia iusti & sapiẽtes,& opera eorum in manu dei. Et tamen neſcit homo vtrũ amore,an odio dignus sit,sed omnia in futurũ seruãtur incerta,eo quòd vniuersa æquè eueniãt iusto, & impio,bono & malo,mũdo & immũdo,immolãti victimas,& sacrificia cõtemnẽti. Sicut

Est vanitas quæ fit super terram: quia sunt iusti super quos veniunt quasi facta impiorum: & sunt impij ad quos perueniunt quasi facta iustorum. Dixi quia hoc vanitas est.

b Et lãudaui ego lætitiam: quia non est bonum homini sub sole nisi comedere,& bibere, & lætari . Et ipsum egredietur cum eo de labore suo diebus vitæ suæ,quos dedit ei deus sub

c sole. Quapropter dedi cor meum vt cognoscerem sapientiam, & viderem occupationem quæ facta est super terrã. Quia & in die & in nocte somnium í oculis suis non est videṡ. Et vidi omnia opera dei: qa non poterit homo inueni re opus quod factum est sub sole: in quo laborauit homo vt quæreret & non inueniet. Si quidẽ & si dixerit sapiens se cognoscere,non poterit inuenire.

Caput IX.

d OMne hoc dedi in corde meo vt considerarem vniuersa:quia iusti & sapiẽtes,& opera eorum in manu dei. Et quidem charitatem,& quidem odium:nõ est cognoscens homo o-

e nia in facie eorum. In õmnibus euẽntus vnus: iusto & impio, bono & malo, mundo & polluto, sacrificanti & non sacrificanti.

Sic bonus

Et cùm hæc dixerit se cognouisse : tunc ignorationis habere principium & in profundo errore versari:subostendit tamẽ esse causas rerum omnium & iustitiam: cuare vnumquodq; sic fiat : sed in occulto eas latere , & non posse ab hominibus comprehendi.

Caput IX.

OMnia hæc tractaui in corde meo,vt curioſe intelligerem. Sunt iusti, atque sapientes, & opera eorum in manu dei. Et tamen neſcit homo vtrũ amore,an odio dignus sit,sed omnia in futurũ seruãtur incerta,eo quòd vniuersa æquè eueniãt iusto, & impio,bono &malo,mũdo & immũdo,immolãti victimas,&sacrificia cõtemnẽti. Sicut

E

F

nent:vtrum per amorem dei sustineant,vt Iob : an per odiũ, vt plurimi peccatores , nunc habetur incertum.

e ¶In omnibus euentus vnus: iusto & impio, bono & malo &c.) Ea quæ per se nec bona nec mala sunt,sed à sapientib⁹ huius seculi media nuncupantur:quia æqualiter & iustis eueniunt & iniustis,simplices quoq; conturbant, cur ita eueniant:& propterea non putant esse iudicium, cùm omnium rerum in futuro discrimen sit: & hic confusa sint omnia. Quòd autem ait:Euentus est vnus omnibus , iusto & impio, siue angustiarum,siue mortis, significat euentum : & idcirco nec charitatem dei eos in se nosse nec odium. Sacrificans quoq; &

G quoq; & non ſacrificans &c. quæ contraria enumerata ſunt, ſpiritualiter accipienda: ſecundum illud: Sacrificium deo ſpiritus contribulatus, cor contritum & humiliatum deus non &c. a ¶Hoc eſt peſſimum in omni quod factum eſt ſub ſole: quia euentus vnus omnibus &c.) Et hoc apertius more ſuo interpretat' eſt Symmachus dicens: Sed & cor filiorum hominum repletur malitia & procacitate iuxta cor eorum in vita ſua: Nouiſſima autem eorum veniunt ad mortuos. Quis enim poteſt in ſempiternum perſeuerare viuens? Eundē autem ſenſum ſcriptura repetit, de quo paulo antè tractauim⁹: quòd cùm omnia æqualiter eueniant vniuerſis: & nulla ſit in bonis ſuſtinendis maliſve diſcretio: vel certe æquali de hoc ſeculo ſubtrahamur euentu: nihilominus erroribus & procacitate & malitia replearmur: & poſt hęc omnia ſubito rapiamur interitu, nec vltra poſſim⁹ cum viuentibus habere cōſortium. Vel certe ſic: Quoniam communes anguſtiæ & iuſtos & iniuſtos premūt: idcirco ad peccata homines prouocantur: & tamen poſt omnes conatus quibus fruſtra niſi ſunt, dum ignorāt ad inferna deſcendunt.

Pſal.50.d.

Sic bonus vt peccator: ſic iurans ſicut iuramentum a timens. Hōc eſt peſſimum in omni quod factum eſt ſub ſole: quia euentus vn⁹ omnibus. Sed & cor filiorum hominum repletum eſt malitia: & errores in corde eorum in vita ſua: & poſt hæc ad mortuos. Quia quis eſt qui communicet in omnes viuentes? b Eſt cōfidentia, quoniam canis viuens melior eſt leone mortuo: quia viuentes ſciunt quòd moriantur, & mortui neſciūt qcquam: & non eſt eis amplius merces. In obliuiōe enim venit memoria eorum. Sed & dilectio eorū & odium eorū, & zel⁹ eorū, iam periit: & pars non eſt eis adhuc in ſeculo in c omni qđ fit ſub ſole. Vāde & comede in lętitia panem tuū: & bibe in corde bono vinū tuum: quoniā iam cōplacuerūt deo opera tua.

Sicut bonus, ſic & peccator: vt periurus, ita & ille qui verum deierat. Hoc eſt peſſimum inter omnia quæ ſub ſole fiūt, quia eadem cūctis eueniunt. Vnde & corda filiorum hominum implētur malitia, & contemptu in vita ſua, & poſt hæc ad inferos deducentur. Nemo eſt qui ſemper viuat, & qui hui⁹ rei habeat fiduciam. Melior eſt canis viuus leone mortuo. Viuentes enim ſciunt ſe eſſe morituros, mortui verò nihil nouerunt amplius: nec habent vltra mercedē, quia obliuioni tradita eſt memoria eorum. Amor quoq; & odium, & inuidię ſimul perierunt, nec habēt partē in hoc ſeculo, & in opere quod ſub ſole geritur. Vade ergo, & comede in lætitia panem tuum, & bibe cum gaudio vinum tuum, quia deo placēt opera tua.

Matt.9.c.

Num.23.d.

Pſal.138.d.

Pſal.72.d

eorum iuxta quem Phinees zelatus eſt, & Mattathiæ intremuerunt poplites. Perſpicuum eſt autem quòd & pars eorum non eſt in ſeculo. Non enim poſſunt dicere: Pars mea dominus. c ¶Vade & comede in lætitia panem tuum, &c.) Vſq; ad eum locum in quo ait: Sicut piſces qui tenentur in captione peſſima: & ſicut volucres quæ capiuntur in laqueo: ſimiliter capientur filij hominum in tempore peſſimo, cùm ceciderit ſuper eos ſubitò. Antequam de ſingulis diſputemus: breuiter conſtringenda ſunt omnia, vt appareat quo ſimul ſenſu cuncta dicantur. Quia in ſuperiori capitulo fuerat prælocutus, quòd poſtquam mortui fuerint homines, à corde viuentium excidant: & nec dilectionem quis in eos habeat nec odium: ſecundum illud poetæ: Nullum cùm victis certamen & æthere caſſis: & quia ſub ſole vltrà nihil poſſint, nunc quaſi errorem humanum & conſuetudinem qua ſe ad fruenda huius ſeculi bona inuicem hortantur inducit, & προσωποποιίαν facit more rhetorum & poetarum, dicēs: O homo, quia ergo poſt mortem nihil es, & mors ipſa nihil eſt: audi conſilium meum: & dum viuis in hac breui vita, fruere voluptate: vtere dapibus: vino curas opprime, & intellige quoniam à deo nobis donata ſunt ad vtendum. Cā didis veſtibus ornatus incede: vnguentis ſpiret caput tuum: quæcunq; tibi placuerit fœminarum, eius gaude complexu: & vanam hanc & breuem vitam, vana & breui voluptate percurre. Nihil enim extra hæc habebis amplius, quo poſſis frui, quodcunq; te delectare poteſt, feſtinus carpe ne pereat. Neq; enim friuola debes formidare commenta, quòd ſingulorum operum, vel bonorum, vel malorum, apud inferos tibi

exponi: vtiliorem eſſe quanuis indoctum, & eum qui adhuc viuat & doceat, præceptore perfecto qui iam mortuus eſt. Verbi cauſa, vt canem intelligeret vnum quemlibet de pluribus præceptorem: & leonem Moyſen aut alium quemlibet prophetarum. Sed quia nobis hæc expoſitio non placet, ad maiora tendamus: Et Chananæam illam, cui dictum eſt: Fides tua te ſaluam fecit: canem eſſe iuxta euangelium dicamus. Leonem verò mortuum, circunciſionis populum, ſicut Balaam propheta dicit: Ecce populus vt catulus leonis cōſurget: & vt leo exultans. Canis ergo viuens nos ſumus ex nationibus: leo autem mortuus, Iudæorum eſt populus à domino derelictus. Et melior eſt apud dominū iſte canis viuens, quàm leo ille mortuus. Nos enim viuentes cogno-ſcimus patrem, & filiū, & ſpiritum ſanctum: illi verò mortui nihil ſciunt: neq; expectant aliquam repromiſſionem atq; mercedem: ſed cōpleta eſt memoria eorum: Neq; ipſi meminerūt quæ ſcire debuerant: neq; illorum iam dominus recordatur⁹ eſt. Dilectio quoq; qua aliquādo deum diligebant periit, & odiū de quo audacter loquebā tur: Nonne odientes te domine odiui: & ſuper inimicos tuos tabeſcebam? Nec non & zelus

Ioan.8.c.

A ros tibi reddenda eſt ratio. Non eſt enim in morte aliqua ſapientia: nullus poſt diſſolutionem vitæ huius ſenſus. Et hæc iaquit, aliquis loquatur Epicurus, & Ariſtippus & Cyrenaici & cæteræ pecudes philoſophorum. Ego autem mecum diligenter retractans, inuenio non, vt quidam æſtimant malè, omnia fortuitò geri, & variam in rebus humanis fortunam ludere, ſed cuncta iudicio dei fieri. Neq; enim velox pedibus, ſuum debet curſum putare ſi currat. Neq; fortis in ſuo confidat robore, nec ſapiens diuitias & opes æſtimet prudentia congregari, nec eloquens & doctus per eloquentiam & doctrinam apud populum inuenire ſe poſſe gratiam, ſed omnia deo fieri diſponente. Et niſi ille ſuo cuncta arbitrio rexerit, & ædificauerit domum: inuanum laborant qui ædificant eam. Niſi ille cuſtodierit ciuitatem, inuanum vigilant qui cuſtodiunt eam. Non eſt itaq; vt illi putant vnus euentus, & incertus vitæ huius ſtatus: quia quando nō æſtimant, repentina morte ſubducti ad iudiciū venient. Et quomodo piſces hamo capiuntur & retibus: & aues per æ rem liberæ laqueo dum neſciunt alligantur, ſic & homines pro merito ſuo ad æterna ſupplicia deducentur, cùm repentè mors venerit, & iudicium in eos qui putabant incerto ſtatu omnia volutari. Hæc iuxta eum ſenſum quo breuiter voluimus vniuerſa cōprehendere: nunc quaſi non ex alterius', ſed ex ſua perſona loquatur interpretanda ſunt ſingula. Vade comede in lætitia panem tuum &c. Quia didiciſti quòd morte omnia finiantur, & in inferno non ſit pœnitentia, nec aliquis ad virtutes recurſus: dum in iſto ſeculo es, feſtina, contende agere pœnitentiam: dum habes tempus labora. Libenter enim ſuſcipit deus pœnitentem. Aliter: Simpliciter intellectum prodeſt, iuxta illud: Siue manducetis, ſiue bibatis, ſiue aliquid faciatis, omnia in nomine domini facite. Et in alio loco: Cùm conſilio vinum bibe. Non enim habet veram lætitiam & cor bonum qui creaturis ſupra modum abutitur. Melius autem eſt ſic ſentire: Cuius placuerunt opera coram deo, nequaquam indigere poterit vero pane & vino, quod calcatum eſt de vinea Sorech. Dato nobis itaq; præcepto quod dicit: Deſideraſti ſapientiam, ſerua mandata, & dominus miniſtrabit tibi eam, & ſi ruemus mandata, & panem, & vinum ſpiritualia inuenire poterimus. Qui autem mandata non ſeruat, & in panis & vini abundantia gloriatur, dicitur ei per Eſaiam: Ne dicas etiam cognoſco eam, neq; cognouiſti, neq; ſcis, neq; à principio aperuit tibi aures: Scio enim quia contemnens contemnis. Porrò quod in Septuaginta interpretibus dicitur: Δεῦρο φάγε ἐν εὐφροσύνῃ· πῦθι ἄρτου σου, καὶ πῖε ἐν καρδίᾳ ἀγαθῇ οἶνόν σου: id eſt, Veni comede in lætitia panem tuum, & bibe in corde bono vinum tuum. Eius eccleſiaſtæ vox eſt, qui in euangelio loquitur: Qui ſitit veniat ad me & bibat. Et in Prouerbiis: Venite comedite panes meos, & bibite vinum meum. 2 ¶In omni tempore ſint veſtimenta tua candida.) Habeto, inquit, corpus mundum, & eſto miſericors. Vel ita: Non ſit tempus in quo candida non habeas veſtimenta, caue ne quando pollutis veſtibus induaris. Populus quippe peccator in veſtibus fuſcis luxiſſe deſcribitur. Tu autem induere lucem, & non maledictionem quæ ſuper Iudam ſcripta eſt: Induatur maledictione ſicut veſtimentum Induere viſcera miſericordiæ, benignitatis, humilitatis, man ſuetudinis, patientiæ. Et cùm expoliatus fueris veterem hominem cum operibus eius, induere nouum qui renouatur de die in diē. Quod autem ait.

a ra tua. In omni tēpore ſint veſtimenta tua candi b da: & ōleum de capite tuo c non deſit. Vidē vitam cū muliere quam dilexiſti omnibus diebus vitæ vanitatis tuæ, qui dati ſunt tibi ſub ſole: Quia hæc eſt pars tua in vita & in labore, quo tu laboras ſub d ſole. Omniā quæ inuenit manus tua vt facias, in virtute tua fac: quia non eſt opus, & cogitatio, & ſcientia, & ſapientia in inferno, quo tu vadis illuc. Cōuērti me, & vidi ſub ſole quoniam non eſt velocium curſus: nec fortium prælium: nec ſapientiū panis: nec prudentium diuitiæ: nec ſcientium gratia: quoniam tempus & euentus occurret omnib⁹ illis.

Et quidem

tua. Omni tempore ſint veſtimenta tua candida, & oleum de capite tuo nō deficiat. Perfruere vita cū vxore, quam diligis cunctis diebus vitæ inſtabilitatis tuæ, qui dati ſunt tibi ſub ſole, omni temporevanitatis tuæ. Hæc eſt enim pars in vita, & in labore tuo, quo laboras ſub ſole. Quodcunq; facere poteſt manus tua, inſtanter operare, quia nec opus, nec ratio, nec ſapientia, nec ſcientia erunt apud inferos quo tu properas. Verti me ad aliud, & vidi ſub ſole nec velocium eſſe curſum nec fortium bellū, nec ſapientium panem, nec doctorum diuitias, nec artificum gratiam, ſed tempus caſumq; in omnibus.

Neſcit

Pſal.108.c.

Col.3.b.

b ¶Et oleum de capite tuo non deſit.) Sciendum naturam hanc eſſe olei, vt & lumen alat, & feſſorum reſoluat laborem. Eſt oleum ſalutare & ſpirituale: oleum exultationis: de quo ſcribitur: Propterea vnxit te deus deus tuus oleo exultationis præ participibus tuis. Hoc oleo vultus noſter exhilarandus eſt. Hoc ieiunantes ad vngendum caput habent, quod peccatores habere nō poſſunt, quibus dicitur: Non eſt malagma imponere, neq; oleum, neq; alligaturas. Habent autem oleum contrarium, quod vir iuſtus deteſtatur, dicens: Oleum autem peccatoris non impinguet caput meum. Hoc oleum hæretici habent, & eo cupiunt deceptorum capita perfundere. c ¶Vide vitam cùm muliere quam dilexiſti &c.) Sapientiam ſequere & ſcientiam ſcripturarum: & hanc tibi in coniugium copula: de qua in Prouerbiis dicitur: Ama illam & ſeruabit te, amplexare illam & circundabit te. Dies autem vanitatis, dies huius ſeculi nequā ſignificant. De quo & Apoſtolus non tacet. Quòd autem ait: Vide vitam cùm muliere quam dilexiſti: ambiguè dictū eſt, ſiue vide & contemplare vitam & ipſe & vxor tua tecū: non enim poteris ſine tali vxore ſolus videre vitam. Siue vtrunq; conſidera, & vide vitā, & mulierem diebus vanitatis tuæ. Et pulchrè præcipit, vt in diebus vanitatis noſtræ, veram vitam cum ſapientia vxore quæramus. Hæc enim pars noſtra eſt, & hic laboris fructus, ſi in hac vita vmbratili vitam verā inuenire valeamus. d ¶Omnia quæ inuenit manus tua vt facias in virtute &c.) Fac quodcūq; nunc potes & labora: quia cùm ad infernū deſcenderis, locus non erit pœnitētiæ. Huic quid ſimile à ſaluatore præcipitur: Operamini dum dies eſt: ueniet nox quando nemo poterit operari. Quod autem ait: In inferno quo tu vadis illuc. Nota vt Samuelem quoq; verè in inferno credas fuiſſe: & ante aduentum Chriſti, quanuis ſanctos, omnes inferni lege detentos. Porrò quod ſancti poſt reſurrectionem domini nequaquam teneantur in inferno, teſtatur Apoſtolus dicens: Melius eſt diſſolui & eſſe cum Chriſto. Qui autem cum Chriſto eſt, vtiq; non tenetur in inferno. e ¶Conuerti me & vidi ſub ſole &c.) Qui vinctus eſt compedibus ferreis, & grauibus plumbi nexibus prægrauatur: Iniquitas enim ſedet ſuper plumbeum talentum. Et in pſalmo loquitur: Sicut onus graue grauatæ ſunt ſuper me: non eſt aptus ad curſum illum, de quo dicitur: Curſum conſummaui, fidem ſeruaui. Qui autem leuis eſt, & anima illius non gravatur: nihilominus & ipſe abſq; adiutore deo ad calcem non poteſt peruenire. Sed & cùm prælium fuerit aduerſus contrarias poteſtates: de quo ſcriptū eſt: Sāctificate bellum: licēt

Pſal.44.b.

Eſaiæ.1.b.

Pſal.140.b.

Prou.4.b.

Ephe.5.d.

Ioan.9.a.

Philip.2.c.

Zach.5.c.

Pſal.37.a.

2 Tim.4.b

Hiere.6.a.

Glum:licèt robustus,tamen propriis viribus vincere non valebit.Perfectus quoq; in filiis hominum & sapiens,viuentem panem atq; cœlestem habere non poterit,nisi per sapientiam cohortantem: Venite comedite panes meos. Et quoniam nõ
1.Tim.5. desunt diuitiæ,de quibus Apostolus ait:Diuites fieri in operibus bonis. Et alibi:
1.Cor.4.b. Diuites facti estis in omni sermone & in omni scientia: Sciendum prudentem virum has non posse diuitias congregare,nisi eas à domino acceperit, cuius ipse diuitiæ sunt. De
Prou.13.b. quibus & alibi dictum est:Redemptio animæ viri,propriæ diuitiæ. Gratia quoq; nisi scientiam comitata fuerit, & concessa à deo, quanuis eruditus vir, eam non poterit inuenire.Quod Paulus scien-
1.Cor.15.b. H ens:Plus,inquit,omnibus illis laboraui: non autem ego, sed gratia dei quæ mecum est.Et iterum:Gratia eius nõ fuit vacua in me.Et ad extremum nescitur ab homine quando tempus adueniat in quo varius euentus & finis omnium subsequatur. Hæc secundum ἀναγωγὴν. Cæterum vt simplicius disseramus: Epistola ad Romanos
Rom.9.c. huic loco congruit: quia non volentis neq; currentis, sed miserentis dei sit. Quòd autem ait: Non est sapientibus panis, multorum quotidie probatur exemplo,qui cùm sapientissimi sint,necessariis indigent.Et illud:Non est scientibusgratia. Videas enim in ecclesia imperitissimos quosq; florere: & quia nutrierunt frontis audaciam, & volubilitatem linguæ consecuti sunt, dum non recogitant quid loquantur,
I prudentes se & eruditos arbitrantur: maximè si fauorem vulgi habuerint: qui magis dictis leuioribus delectatur & commouetur: Et econtrario eruditum virum latere in obscuro, persecutiones pati: & non solum in populo gratiam non habere,sed inopia & egestate tabescere. Hæc autem fiunt,quia incerto statu feruntur omnia:& non est in præsenti retributio meritorum,sed in futuro. a ¶Et quidem nescit homo tempus &c.) Iam & suprà diximus,quòd dum nesciant homines:eis aut angustiæ veniant aut interitus.Porro
Matt.13 f. secundum Allegoriam est sciendum,regnũ cœlorum simile esse sagenæ missæ in mari.Econtrario habere sagenam hæreticos per quam pisces capiant ad interitum. Sagena eorũ, est sermo affabilis,blandum eloquium, simulata aut coacta scientia,vestis humilis,virtutum imitatio. Quòd si cœperint de superioribus disputare,& in sublime leuare os suũ,& dei altitudines quærere,laqueũ ponũt in excelsis.Quomodo igitur pisces & volucres citò capiuntur à tali sagena & istiusmodi laqueo:sic cùm multiplicata fuerit iniquitas & refri-
Matt.24.b. xerit charitas multorum:& signa facta fuerint atq; portenta,ita vt seducantur si possibile est etiam electi. Sciendũ est ecclesiasticos quosq; viros,qui filij hominũ appellantur, & sunt modicæ fidei, citò posse corruere. Notandum etiam quod per totum librum vbicunq; dicitur, filij hominum, in Hebræo habet בְּנֵי הָאָדָם, id est filij hominis:hoc est filij Adam.Et omnis penè scriptura hoc idiomate plena est, vniuersum genus hominum,Adam filios vocans. b ¶Sed &

hanc vidi sapientiam sub sole,& magna est &c.)Aliis omnia K
incerta dicentibus,& iustum ab iniusto nihil amplius habere,ego sapiẽtiam etiam in hoc maximam comprobaui,quòd crebrius euenit vt parua sit ciuitas,& habitatores pauci in ea,& innumerabilium hostium cingatur exercitu,& ab obsidione & fame populus intus necetur: & repentè contra omniũ suspicionem inueniri virum humilem & pauperem,qui habet sapientiam maiorem cunctis diuitibus, magnis & potentib⁹ & superbis in periculo positis: & ad obsidionem pauentib⁹, cogitat & inquirit & inuenit quomodo à malis eruat ciuitatem. Et ô ingrata hominũ obliuio, postquam fuerint liberati, & soluta captiuitas, & reddita patriæ libertas:nemo meminit sapi L
entis illius pauperis, nemo refert gratias ℞ salute,sed omneshonorant diuites,qui in periculo nihil subuenire potuerunt. Aliter Hebræus hũc locũ interpretat⁹ est.Ciuitas parua, homo est, inquit, q etiã apud philosophos mund⁹ minor vocatur. Et viri pauci in ea,mẽbra de quibus ipse homo cõtexitur. Cùm autem venerit aduersus eam rex magnus diabolus (diabolus serpens est lubricus:cui⁹ si capiti,id est pri Inclusa hæc non habentur in veteri exemplari.
mæ suggestioni non resistitur,totus interna cordis dum nõ sentitur illabitur,tentationum diabolicarum initia flagitia sunt:non est immissor,sed incensor vitiorum. Vnde Dauid: Tu fregisti caput draconis) & quæsierit locum per quem Psalm.73.c.
possit irrumpere,inuenitur in ea humilis & sapiens & quietus interioris hominis sensus:& eruet vrbem quæ obsessa ab M
hostibus cingebatur. Cùmq; homo de periculo siue persecutionis,siue angustiarum,siue cuiuscunq; aduersæ rei atq; peccati fuerit erutus:homo ille exterior qui inimicus est illius pauperis hominis & sapientis, non recordatur interioris hominis: nec subditse consiliis eius,sed rursum sua fruitur libera voluntate. Aliter:Parua ciuitas est, & viri in ea pauci, ad comparationem totius mundi, ecclesia est, aduersus quam sæpe consurgit rex magnus diabolus: non quòd magnus sit, sed quòd magnum se esse iactet, & circundat eam obsidione siue persecutionis, siue alio angustiarum genere. Et inuenit in ea virum pauperem & sapientem, dominum Iesum Christum, qui pro nobis pauper factus est: & est ipsa sapientia, & ille vir pauper liberat vrbem in sapientia sua. Quotiens videmus sedentem leonem in insidiis cum
2.Cor.8.b. diuitibus,hoc est cùm senatoribus & principibus huius seculi, & aduersus ecclesiam molientem, pauperis istius sapientia corruisse? Cùmq; pauper hic vicerit,& vrbs pacì fuerit restituta', vix aliquis eius meminit, vix illius mandata considerat, sed totos se luxuriæ & voluptatibus concedentes quærunt diuitias,quæ in necessitate non liberant.
c ¶Et dixi ego meliorem esse sapientiam super fortitudine &c.)Quanquam nullus meminerit sapientis pauperis illius cùm læta sint omnia, sed vniuersi diuitias & potentiam admirentur:Ego tamen secũdum omnes interpretationes magis honoro contemptam sapientiam,& verba quæ null⁹ audire digna-

A dire dignatur. a ¶Verba sapientium in quiete audiuntur &c.) Quemcunq; videris in ecclesia declamatorem, & cum quodam lenocinio ac venustate verborũ excitare plausus,ac risus excutere,audiẽtes in affectus lætitiæ concitare: scito signũ esse insipientiæ,tam eius qui loquitur, quàm eorum qui audiunt. Verba quippe sapientium in quiete & moderato audiuntur silentio:qui verò insipiens est,quanuis sit potens,& clamorem siue suæ vocis, siue populi habeat acclamantis,inter insipientes computabitur.
b ¶Melior est sapientia super vasa belli: & peccãs vnus perdet bonitatem &c.) Nunc quoque sapientiam præfert fortitudini, & dicit plus eam valere in prœliis,quàm arma pugnantium.
Quod si vnus insipiens
B fuerit,quanuis paruus & nihil sit: crebro tamen per illius stultitiam,opes magnas dignitasq; subuerti.Quia verò in Hebræo potest legi: Et qui peccat vnum,perdet bonitatem multam: etiam sic sentiendum est,quòd propter vnum peccatum, multæ iustitiæ retro pereant: & inuicem se virtutes sequi: & qui vnam habuerit, habere omnes. Et q in vno
Iaco.2.b. peccauerit,cum omnibus vitiis subiacere.

a Vẽrba sapientium inquietè audiũtur,plusquam clamor potestatem habentis
b in stultis. Meliõr est sapientia super vasa belli: & peccãs vnus perdet bonitatem multam.

Caput X.

c MVscę mórituręex terminant oleum cópositionis: preciosa est super sapientiam & gloriam stultitia par-
a ua. Cõr sapientis in dextera eius: & cor stulti in sinistra illius.Sed & invia cùm stultus ambulat, cor eius minuitur: & dicit, omnis insipiens est. Si spiri
c tũs habentispotestatem ascenderit super te, locum tuum ne dimiseris:quia sanitasrequiescere facit pec
f cata magna. Est mãlũ qđ vidi sub sole,quasi ignorãtia egrediens à facie potẽtis:dari stultum in sublimitatibus magnis, & diuites in humilitate sedẽtes. Vidi

c Caput X.

MVscæ morituræ exterminant oleum compositionis:preciosa est super sapientiam & gloriam &c.)
C Exemplum superioris sensus dedit,in quo ait:per vnum stultum multa bona subuerti : quod sic malus mixtus bonis contaminet plurimos : quomodo muscæ si moriantur in vnguento,perdant odorem illius & saporem. Et quia sæpe calliditati mixta est sapientia,& habet maliciam prudentia, præcipit vt sapientiam simplicem requiramus: mixtaq; sit cùm innocentia columbarum, prudentes simus ad bonum, simplices autem ad malum. Et est sensus. Iusto enim conuenit habere parum simplicitatis, & propter nimiam patientiam dum vltionem reseruat deo, stultum videri, quàm statim se vindicantem sub velamento prudentiæ exercere malitiam. Aliter: Muscæ quæ secundum Esaiam
Esaiæ.7.c. principantur partifluminis Aegypti, perdunt olei suauitatem, in vnoquoq; credentium, relinquentes immunditiæ suæ odorem atq; vestigia. Ab his muscis etiam princeps
Matt.12.b. appellatus est dæmoniorum Beelzebub, qui interpretatur, aut idolum muscarum, aut vir muscarum, aut habens muscas. d ¶Cor sapientis in dextera eius, & cor stulti in sini-
Matt.6.a. stra illius.&c.) Et in euangelio præcipitur, vt nesciat sinistra quid faciat dextera sapientis. Et quando percutimur
Ibidé.5.f. in maxillam dexteram, non iubemur sinistram genam præbere percutienti, sed alteram dexteram. Iustus enim sinistram in se non habet, sed totum in eo dextrum est. Et cùm
Matt.25.c. ad iudicandum saluator venerit,agni stabunt à dextris, hœdi verò à sinistris erunt. Et in Prouerbiis scribitur: Dextras
Prou.4.d. vias nouit dominus : quæ autem peruersæ sunt', à sinistris

sunt. Qui ergo sapiens est,semper de futuro seculo cogitat D
quod ducit ad dextram. Qui verò insipiens est, de præsenti quod positum est in sinistra.Quæ quidem secutus idem philosophus & Poeta,ait:Dextera quæ magni Ditis sub mœnia »
» ducit.Hac iter Elysium nobis,at læua malorum Exercet pœ »
» nas, & ad impia tartara mittit. Firmianus quoq; noster in præclaro institutionum suarum opere. y. literæ meminit: & de dextris ac sinistris: hoc est de virtutibus & vitiis plenissimè disputauit.
Nec putemus huic sententiolæ illud esse contrarium, in quo dici-
Prou.4.d. tur:Ne declines in dextram neq; in sinistrã: Hic enim pars dextera pro bono accipitur: ibi verò non tam dextera quam declinatio dextræ accusatur: ne
plus sapiamus quàm sapere nos necesse est: E
quia virtutes in medio sunt:& nimietas omnis in vitio est. Sequentis autem versiculi in quo ait: Sed & in via cùm stultus ambulat,cor eius indiget & dicit:omnis insipientia est siue insipiens: hic est sensus:Stultus vt ipse peccat,sperat omnes peccare similiter, atq; ex suo ingenio vniuersos iudicat. Deniq; Symmachus ita interpretatus est: Sed & in via stultus cum ambulat, ipse insipiens, suspicatur de omnib⁹ quia stulti sunt. Lxx. verò alium fecere sensum quo dicerent: Omnia quæ insipiens cogitat esse vanissima. e ¶Si spiritus habentis &c.) Principem mundi istius & rectorem tenebrarum harum,& operantem in filiis diffidentiæ,cuius & Apo- F
Ephe.2.a. & 6.b. stolus meminit,nunc scriptura significat.Quod si in cor nostrum ascenderit,& animus malæ cogitationis vulnus acceperit,non debemus locum vltro tribuere, sed pugnare contra cogitationem pessimam, & liberari à peccato maximo, ne scilicet cogitationem opere compleamus:quia aliud est cogitatione,aliud opere peccare. De quo grandi peccato &
Psal. 8.d. in psalmo scribitur:Si mei non fuerint dominati,tunc immaculatus ero , & emundabor à delicto maximo . Symmachus verbum Hebraicum מִרְפָּא quod omnes ἴαμα: hoc est sanitatem vel curationem similiter transtulerunt, interpretatus est ad sensum & ait : Si spiritus principis irruerit tibi, de loco tuo ne recedas, quia pudicitia cõprimit peccata magna: id est, si titillauerit mentem tuam diabolus, & te ad libidinem concitauerit,ne sequaris cogitationem pessimam & blãdientem voluptatem:sed sta fortis & rigidus: frigore castitatis,flãmam voluptatis extingue. Hebræus in hoc loco tale nescio quid suspicatus est. Si aliquam in mundo acceperis dignitatem:& ordinatus fueris maior in populis, noli relinquere priora opera tua,& antiquarum virtutum ne incipias obliuiscì,laborem q; pristinum non habere , quia peccatorũ tuorum remedium ex conuersatione bona nascitur, & non ex tumenti & superflua dignitate. f ¶Est malum quod vidi sub sole &c.) Pro eo quod nos posuimus : quasi ignorantia egrediens à facie potẽtis: Aqla & Theodotio & Lxx.

G interpretati sunt: ὡς ἀκούσιον ἐξῆλθεν ἀπὸ προσώπου τ̄ ἐξουσιάζοντος, id est, quasi non spontaneum exiuit à facie potestatē habentis. Cui subnectens Symmachus ait: Positum stultum in sublimitate magna, diuites autem sedere humiles. Et hanc ergo iniquitatē se in seculo perspexisse commemorat, quod videatur iniustum esse dei iudiciū: & siue per ignorationem, siue absq; eius fieri voluntate, vt vel in mundi potestatibus, vel in ecclesię principatu, sedeant hi qui diuites sunt in sermone atq; sapientia, diuites etiam in operib⁹ bonis, ignobiles sedeant, & imprudens quisq; in ecclesia principatum teneat. Hoc autē fieri apostolus non tacet à diabolo, qui i seculo habet potestatem vt potentes quosq; & doctos viros premat: H nec eos in populis apparere permittat. Illos verò quos scit imprudentes esse, in ecclesiis faciat esse maiores, vt cæci à cæcis ducantur in foueam. In hunc sensum facit & illud quod sequitur: Vidi seruos sedere super equos: & principes quasi seruos super terram. Quòd hi qui serui sunt vitiorum atq; peccati, siue tam humiles, vt serui ab hominibus computentur, subita à diabolo dignitate per flagitia publica sublimentur, quos vulgo lubricos appellant: magister autem nobilis quisq; & prudens, paupertatē oppressus, gradiatur itinere officioq; seruorum. Hebræus potentem & principem, à cuius facie ignoratio videatur egredi, deum exposuit, quod putent homines in hac vita inæqualitate rerum, illum non iustè & vt æquum est iudicare. Porro alij cùm superioribus æstimant esse iungendum: Vt ipse sit potens, de quo ante hos versus dicitur: Si spiritus habentis potestatem ascenderit super te, locum tuum ne dimiseris. Non simus itaq; tristes, si in hoc seculo humiles esse videamur, scientes à facie diaboli stultos subleuari, & diuites deiici, seruos insignia habere dominorum, & principes seruorum ingredi vilitate. I Notandum autem quod & hic equus in bonam partem accipitur, vt ibi: Et equitatio tua salus. [Abacuc. 3.b]

Vidi seruos in equis, & principes ambulātes quasi seruos super terram. a Qui fodit foueam, in ipsam incidet: & qui dissipat sepem, mordebit eum b serpens. Qui subtrahit lapides, dolebit in eis: & qui scīdit ligna, periclitabitur c in eis. Si retusū fuerit ferrū: & hoc nō vt prius, sed cōturbatum fuerit: virtutib⁹ corroborabitur: & reliquū fortitudinis sapien- d tia est. Si mōmorderit serpens in silētio, nō est am- e plius habenti linguā. Verba oris sapientis gratia, & labia

Vidi seruos in equis, & principes ambulantes super terram, quasi seruos. Qui fodit foueam, incidet in eam: & qui dissipat sepem, mordebit eum coluber. Qui transfert lapides affligetur in eis: & qui scīdit ligna, vulnerabitur ab eis. Si retusum fuerit ferrum, & hoc nō vt pri⁹, sed hebetatū fuerit, multo labore exacuetur: & post industriā sequetur sapiētia. Si mordeat serpens in silē tio, nihil eo minus habet, qui occultè detrahit. Verba oris sapientis gratia, & labia

a ¶ Qui fodit foueā, in ipsam incidet &c.) Ex parte simplex & ex parte mysticus intellect⁹ est. Siquidem & alibi ipse Salomon ait: Qui statuet laqueum, capietur in illo. Et in psalmo septimo, [Eccle.26.d.] Lacum aperuit, & effodit eum: & incidit in foueam quam fecit. Sepis autem maceriæq; euulsio, ecclesiastica dogmata sunt, & institutio ab apostolis prophetisq; fundata, quæ q dissoluerit & voluerit præterire, in eo ipso quo negligit, à serpente percutitur. De quo serpente & in Amos scriptum est, [Amos.9.a.] Si descenderit in infernum, mandabo serpenti & mordebit eos. b ¶ Qui subtrahit lapides, dolebit in eis &c.) Voluuntur & in Zacharia [Zach.9.d.] sancti lapides super terram. Non enim firma in ea statione consistunt, sed prætereunt, & semper ad altiora nitentes, hinc abire festināt. De his viuis lapidib⁹ & in Apocalypsi, [Apoc 21.c.] vrbs saluatoris extruitur, & ecclesiam ędificari Apostolus nō tacet. Si quis ergo hęretica arte peruersus de ecclesiæ ædificio istos abstulerit lapides, vnde & signanter Aquila & Symmachus pro eo quod nos posuimus, Qui subtrahit lapides, dolebit i eis: dixerūt, Qui transfert lapides, dilacerabitur in eis: postea tormenta patietur. Quia verò absolutè scriptura ait, Qui subtrahit lapides: siue qui transfert lapides: & nō adiecit, bonos siue malos, propterea & econtrario intelligendum, quod ecclesiasticus vir, [Leuit.14.f.] episcopus videlicet & presbyter, si iuxta mandatum Leuitici, de leprosa domo lapidem abstulerit, in cinerem & puluerem conterendum, dolebit in eo ipso quòd de ecclesia Chri- K sti lapidem auferre cogitur, dicens secundum Apostolū, [Rom.12.d.] Flere cùm flentibus, lugere cùm lugentib⁹. Et, [2.Cor.11.g.] Quis infirmatur, & ego non infirmor? quis scandalizatur, & ego non vror? Ligna quoq; scindens, periclitabitur in eis. Hæretici ligna infructuosa sunt, & salt⁹ absq; vtilitate pomorum. Vnde & in tēplo dei prohibetur plātari nemus, & vana foliorum, id est verborum tantū sonantium spernunt vmbracula. Quāuis igitur sit prudēs & doctus vir, qui gladio sermonis sui hęc ligna conscindat, periclitabitur in eis, nisi diligēter attenderit, maximè si ei quod sequitur, acciderit. Si retusum fuerit ferrum, & faciem eius turbauerit, id est si disputatio eius infirmior fuerit inuenta, nec acumen habuerit ingenij, L quo contraria quæq; desecet, sed principale cordis eius hebetetur: in partem transibit aduersam, & confirmabit eum fortitudo peruersa. Hoc enim est, quod Septuaginta interpretes transtulerunt: Et fortitudine confortabitur: & superflua roboratus sapientia, incipiet, inquit, fortitudinem habere, & sapientiam quæ superflua est, & non adiuuat possidentem. c ¶ Si retusum fuerit ferrum: & hoc non vt prius, sed conturbatum fuerit, virtutibus corroborabitur: & reliquum fortitudinis sapientia est.) Si se, inquit, aliquis viderit per negligentiam amisisse scientiam scripturarum: & acumen ingenij eius fuerit obtusum: & conturbatus nequaquam manserit, qualis esse iam cœperat: Euenit quippe interdum, vt cùm modicum scientiæ quis habuerit, elatus in superbiam, discere desistat & legere, & paulatim ex eo quod nihil ei additur, subtrahatur, & vacuum disciplinis pectus remaneat, ferrúmq; quod acutum fuerat, hebetetur: ocium enim & desidia quasi quædam rubigo sapientiæ est. Si igitur quis hoc passus fuerit, non desperet remedium sanitatis, sed vadat ad magistrum, & rursum instruatur ab eo, & post laborem & industriam sudorem'q; nimium, valebit sa- M pientiam recipere quam amiserat. Hoc est, quod in Hebræo significantius dicitur: Et fortitudinibus corroborabitur, id est, labore & sudore, & industria, & quotidiana lectione, sapientiam consequetur: & fortitudo ipsius habebit hunc finem, vt accipiat sapientiam. d ¶ Si momorderit serpens in silentio, &c.) Simplex hic sensus est: Serpens & detractor, æquales sunt. Quomodo enim ille occultè mordens, venenum inserit: sic iste clam detrahens, virus pectoris sui infundit in fratrem, & nihil habet à serpente amplius. Cùm enim lingua hominis ad benedicendum deum, & ædificationem proximi sit creata, ille eam serpenti æqualem facit, dum virtutibus eius in peruersum abutitur. Aliter: Si quem serpens diabolus occultè momorderit, & nullo conscio eum peccati veneno infecerit: si tacuerit qui percussus est, & non egerit pœnitentiam, nec vulnus suum fratri & magistro voluerit confiteri: magister qui linguam habet ad curandum, facilè ei prodesse non poterit. Si enim erubescat ægrotus vulnus medico confiteri, quod ignorat medicina non curat. e ¶ Verba oris sapientis gratia, &c.) Stultitia, si sua esset rusticitate contenta, minus aliquid haberet mali. Nunc autem contra sapientiam bellum gerit, & quicquid prudentiæ in docto viro viderit, zelo stimulata non recipit. Loquitur enim vir sapiens verba scientiæ, & verba gratiæ, quæ vtilitatem possunt præbere audientib⁹, &

aures

A aures stulti non ita suscipiunt quæ dicūtur, vt dicta sunt, sed econtrariò virum prudentem supplantare conantur, & sui similem facere. Et reuera præcipitatur vir sapiens, quando in aurem loquitur imprudentis, & verba eius in profundo, vt ita dicam, gurgite pereunt. Vnde beatus ille est, qui in aurem loquitur sapiētiū.

& labia insipientis præci- a pitabunt eum. Initiūm verborum stulti insipientia, & nouissimū oris eius error pessimus. Et stultus multiplicat verba. Ignorat homo quid sit, quod factū est: & quod futurum est post eum quis annūciabit b ei? Labor stultorum affligeet eos, qui nesciunt ire in ciuitatem. Væ tibi terra c cuius rex adolescens est, & principes tui mane comedunt. Beata terra cuius rex tuus fili⁹ ingenuorum, & principes tui in tēpore comedunt: in fortitudine, & non in cōfusione: d In pigritiis hūmiliabitur contignatio, & in infirmitate manuum stillabit do- e mus. In risu faciūnt panē & vinum,

& labia insipientis præcipitabunt eum. Initium verborum eius stultitia, & nouissimum oris illius error pessimus. Stultus verba multiplicat. Ignorat homo, quid ante se fuerit: & quid post se futurū sit, quis ei poterit indicare? Labor stultorum affliget eos, qui nesciūt in vrbem pergere. Væ tibi terra, cuius rex puer est, & cuius principes mane comedūt. Beata terra, cuius rex nobilis est, & cuius principes vescuntur in tempore suo ad reficiēdum, & non ad luxuriam. In pigritiis humiliabitur contignatio: & in infirmitate manuum perstillabit domus. In risu faciūt panem & vinum,

a ¶ Initium verborum stulti insipientia &c.) Adhuc ei de stulto disputatio est, cuius labia præcipitant sapientē, siue iuxta aliam interpretationem, stultum ipsum corruere faciūt. Initium enim sermonis eius, & finis stultitia est & error pessimus: siue vt Symmach⁹ transtulit, tumultus, & quædā verborum inconstantia: dum non manet in sententia, sed putat in multiplicatione sermonum effugere peccatum se posse. Cùm B enim nec præteritorum meminerit, nec futura cognoscat, & ignorantiæ tenebris voluetur, falsam sibi scientiam repromittens: in eo doctum se putat esse & sapientem, si verba multiplicet. Potest hoc & de hæreticis accipi, qui prudentium virorum dicta non capiunt, sed se ad disputationes contrarias præparantes, & initium, & finem loquendi vanitate, cùm multo errore conuoluunt: & cùm nihil sciant, loquuntur plura quàm norunt.

b ¶ Labor stultorum affliget eos, qui nesciunt ire in ciuitatem.) Cùm superioribus etiam hos iunge versiculos, aut generaliter de omnibus stultis qui ignorant deum, aut specialiter de hæreticis disputationibus. Lege Platonem: Aristotelis reuolue versutias: Zenonem & Carneadem diligentius intuere, & probabis verum esse quod dicitur: Labor stultorum affliget eos. Veritatem illi quidem omni studio quæsierunt: sed quia non habuerunt ducem, & præuium itineris, & humanis sensibus rati sunt se comprehendere posse C sapientiam, ad ciuitatem minimè peruenerunt. De qua in psalmo dicitur: Domine in ciuitate tua imaginem ipsorum [Psal.72.c.] dissipabis. Omnes enim vmbras & diuersas imagines atque personas, quas sibi in variis dogmatibus induerunt, in vrbe sua dominus dissipabit. De qua & alibi scribitur: Fluminis [Psal.45.a.] impetus lætificat ciuitatem dei. Et in euangelio: Non potest [Matt.5 b.] ciuitas abscondi supra montem posita. Et in Esaia: Ego ciui- [Esa.26.a.] tas firma, ciuitas quæ oppugnatur. Siquidem hanc veritatis & sapientiæ ciuitatem cùm firma sit & robusta, omnes sapientes seculi & hæretici impugnare conantur. Et quod de philosophis diximus, hoc idem & de hæreticis sentiendum, quòd frustra laborent & affligantur in studio scripturarum, cùm ambulent in deserto, & ciuitatem inuenire non valeant. De quorum errore & psalmista commemorat dicens: Errauerunt in deserto & in inaquoso, viam ciuitatis [Psal.106.a.] habitaculi non inuenerunt. c ¶ Væ tibi terra cuius rex adolescens est, &c.) Videtur quidem reprobare iuuenum principatum, & luxuriosos iudices condemnare: quòd in altero per ætatem sit infirma sapientia, in aliis matura ætas delitiis eneruetur. Et econtrariò principem probare bonis moribus, & liberaliter institutum: & eos iudices prædicare, qui nequaquam voluptatem negociis ciuium præferant, sed post multum laborem & administrationem reipublicæ, cibum capere quasi necessitate cogātur. Verùm mihi sacratius quid latere videtur in litera: quòd iuuenes dicantur in D scriptura, qui à veteri authoritate desciscunt, & cana præcepta parentum contemnunt: qui neglecto dei mandato, cupiunt statuere traditiones hominum. De quibus & in Esaia Israeli dominus comminatur: [Esaiæ.8.b.] eo quòd noluerit aquam Siloe quæ vadit cùm silentio: & veterem piscinam auerterit, eligens sibi fluenta Samariæ, & gurgites Damasci. [Esaiæ.3.a.] Et dabo, inquit, iuuenes principes eorum, & illusores dominabuntur eis. [Danie.7.b.] Lege Daniel: Vetustum dierum inuenies deum. [Apoc.1.c.] Lege Apocalypsim Ioannis: Et caput saluatoris candidum vt niuem, & quasi lanam albam reperies. [Hiere.1.b.] Hieremias quoq; quia sapiens erat, & cani eius in sapientia reputabantur, prohibetur iuuenem esse se E dicere. Væ ergo terræ cuius est diabolus rex, qui semper nouarum rerum cupidus, etiam in Abessalon aduersus parētem rebellat, quæ iudices & pricipes eos habet, qui amant hui⁹ seculi voluptates: Qui antequam dies mortis adueniat, dicunt: [Esaiæ.22.d.] Manducemus & bibamus, cras enim moriemur. Econtra beata terra ecclesiæ, cuius rex est Christus filius ingenuorum: de Abraham, Isaac, & Iacob, prophetarum quoq; & sanctorum omnium stirpe descendens, quibus peccatum non fuit dominatum: & ob id verè fuerunt liberi: ex quibus nata est virgo liberior sancta Maria: nullum habens fruticem, nullum germen ex latere, sed totus fructus eius erupit in florem, loquentem in Canticocanticorum: [Cant.2.a.] Ego flos campi, & lilium conuallium. Principes quoq; eius sunt apostoli & omnes sancti, qui regem habent filium ingenuorum, filium liberæ: non de ancilla Agar, sed de Saræ libertate generatum. Nec comedunt manè, nec velociter. F Non enim in præsenti seculo quærunt voluptatem: sed tempore suo manducabunt, cùm retributionis tempus aduenerit: & manducabunt in fortitudine, & non in confusione. Omne bonum præsentis seculi confusio est, futuri verò perpetua est fortitudo. Tale quid & in Esaia dicitur: [Esaiæ.65.c.] Ecce q seruiunt mihi, bona manducabunt, vos autem esurietis. Et iterum: Ecce qui seruiunt mihi, lætabuntur: vos autem pudebit. d ¶ In pigritiis humiliabitur contignatio, & in infirmitate manuum stillabit domus.) Domus nostra quæ cum statu hominis erecta est, & habitatio quam habemus in cœlis: si pigri sumus, & ad bona opera tardiores, humiliabitur. Et omnis contignatio quę debet culmen portare, in sublime ad terram corruens, habitatorem suum opprimit. Cúmq; auxilium manuum virtutúmq; torpuerit, omnes desuper tempestates, & nimborum, & ad nos turbo prorumpit. Porrò quod in homine vno interpretati sumus, melius potest super ecclesia accipi: quod per negligētiam principum, omnis ei⁹ corruat altitudo: Et ibi vitiorum illecebræ sint, vbi tegmen putabatur esse virtutum. e ¶ In risu faciunt panem & vinū, vt epulentur viuētes.* Et argento obediunt omnia.) Existimo ex superioribus pendere quod sequitur. In pigritia enim & in socordia magistrorum humiliari ecclesiā: & culmen eius concidere & tigna perflui, suprà exposuimus. Nūc ergo de eisdem magistris loquitur. Et quia visus fuerat accusare eos

*al. bibētes.

cusare eos

Gcusare eos cur tacerent, & non vterentur officio magistrorum: & episcopi, & presbyteri in ecclesia constituti, non laborarent in sermone & doctrina, quod & Titus commonetur vt faciat, & Timotheo præcipitur, ne gratiam negligat
1.Tim.4.d. quam per impositionem manuum acceperat: sed & in eo se æstimarent presbyteros & episcopos, vt salutaria acciperent, &
*al.bibêtes. vti præceptores honorem duplicem quærerent, qui laborantibus in doctrina & sermone debetur: Nunc econtrariò accusat eos qui loquuntur quidem in ecclesia, & docent populos, sed ea docêt quę populum audire delectet, quòd peccatores palpent in vitio, & strepitus concitent audiêtium. Nonne quando in ecclesia lasciuit orator, & beatitudinem, &
H regna cœlorum multitudini pollicetur: videtur tibi in risu facere panem, & vinum ad lætitiam miscere viuẽtium? * Siue quod ipsi
*al.bibêtiũ. qui docent, diuitias, & cibos, & opes per delectabilia promissa conquirant. Siue quòd ecclesiæ panem, qui panis lugentium est, &
Luc.6.d. non ridentium (Beati quippe lugentes, quoniam ipsi ridebunt) in lætitia gaudioque conficiant. Quod autem sequitur: Pecuniæ vel argento obediunt omnia, dupliciter accipiendum. Vel ipsos doctores postquam adulatione ditati sint, regnum in populos exercere. Vel certè quia argentum pro sermone semper accipiatur: Eloquia enim domini, eloquia casta: argentum igne
Psalm.11.b examinatum, probatum terræ, purgatum septuplum: hoc asseuerat, quòd eloquentiæ & orationi, quæ verborum sit fronde composita, facilè vulgus cedat ignobile. Aliter: Qui
I habent apud se sponsum: & propterea lugere & ieiunare prohibentur, in risu faciunt panem. A quo risu nomen Isaac
*al.bibẽtũ. accepit, & in lætitia viuentium * vinum præparant. Omnis itaq; vir sanctus, qui vt Christus præcipit, magister ecclesiæ est, in risu & lætitia panem facit: & vini pocula ministrat in gaudio. Argentum quoq; cui obediunt omnia, quin-
Matt.25.b. que illa de euangelio, & duo, & vnum patisfamilias sunt talenta, & decem mnæ: quæ seruis in negociatione creduntur. a ¶In mente tua regi ne maledixeris: & in secreto cubilis tui, ne maledixeris diuiti: quia volucres cœli auferent vocem tuam: & habens pennas, annunciabit verbum.) Simplex præceptum ædificat audientes: ne ira & furore superati, in maledictum, & in detractionem regum, & principum prorumpamus: Quia contra spem interdum euenit: vt his quibus maledixímus, nuncietur, & incurramus periculum immoderatione linguæ. Quòd autem ait: Volucres cœli auferent vocem tuam, & habens pennas annunciabit verbum: Hyperbolicè intelligendum: quomodo solemus dicere: etiam ipsos parietes, quibus conscíis loquimur, quæ audierint non cælaturos. Sed melius est sic audire præceptum, vt sciamus nobis esse mandatum: non solum contra Christum temerè nihil loquendum: verùm etiam in arcanis cordis, quanuis variis tribulationibus coarctemur, nihil blasphemum, nihil impium sentiendum. Et quia dilectionem quam Christo exhibemus, debemus & proximo: Diliges quippe dominum deum tuum, sed & proximum tuum tanquam teipsum: etiam nunc iubemur, ne post regem desan-

& vinum, vt epulentur viuentes. † Et argento o-
a bediunt omnia. In mẽte tua regi ne maledixeris, & in secreto cubilis tui ne maledixeris diuiti: quia volucres cœli auferent vocem tuam, & habens pennas annunciabit verbum.

Caput XI.

b MIttẽ panem tuum super faciem aquæ: quia in multitudine dierum inueni-
c es illum. Dá partem septem, & quidem octo: quia nonscis quid futurum malum sit super ter-
d rã. Si rẽpletæ fuerint nubes, imbrem super terram effundent. Et si ceciderit lignum ad Austrũ, aut ad Aquilonem:

& vinum, vt epulentur bibentes. Et pecuniæ obediunt omnia. In cogitatione tua regi ne detrahes, & in secreto cubiculi tui nó maledixeris diuiti: quia & aues cœli portabunt vocem tuam, & qui habent pennas annunciabunt sententiam.

Caput XI.

Mitte panem tuum super transeuntes aquas, quia post tempora multa inuenies illum. Da partes septem, necnon & octo: quia ignoras quid futurum sit mali super terram. Si repletæ fuerint nubes, imbrem super terram effundent. Si ceciderit lignum ad Austrũ, aut ad Aquilonem:

ctis quoq; facilè detrahamus: & eos quos viderimus sapientia, scientia, virtutibúsq; ditatos, linguæ mordacitate rodamus: quia angeli qui terram circumeunt, & sunt administratorij spíritus: & in Zacharia loquuntur: Circumiuimus terram, & ecce omnis terra habitatur & silet: ad instar auium, Zach.1.e
nostra verba, & cogitatiões ad cœlum perferunt: & quod clam cogitamus, dei scientiam non latere.

Caput XI.

b MItte panem tuum super faciem aquę quia ĩ multitudine dierum inuenies illum.) Ad eleemosynam cohortatur, quod omni petenti sit dandum, & indiscretè faciendum bene. Quomodo enim qui super irrigua semínat, fructum sementis expectat: ita qui largitur egentibus, non gra
L nũ seminis, sed ipsum panem serit, fœnore quodã multiplicationem illius præstolans: & cùm dies iudicij aduenerit, multo amplio quàm dederat receptu-
rus. Aliter: In quocũq; homine illam aquã víderis, de qua dicit: Flu Ioan.7.f.
mina de vẽtre eius fluẽt aquæ viuæ: ne te pígeat panem sapientiæ, panem rationalem, panem præstare sermonis. Si enim hoc frequenter feceris, inuenies te non incassum doctrinarum iecisse sementem. Talè quid & in Esaia di Esa.32.d.
ctum puto: Beatus qui seminat super aquam, vbi bos & asinus calcant: Quod ille magister beatitudine dignus habeatur, qui super irriguum pectus seminat audientium, tam ex Iudæis, quàm ex gentium populo congregatum.

c ¶Da partem septem, & quidem octo: quia non scis quid Ezech.4.
futurum malum sit super terram.) Et in Ezechiele septem
M & octo gradus ad templi leguntur ascensum. Et post ethicum illum psalmũm, id est, centesimum octauum & decimum, quindecim graduum psalmi sunt: per quos primùm erudimur in lege: & septenario numero expleto, postea per ogdoadem ad euangelium scandimus. Præcipitur ergo vt in vtrunq; instrumentum, tam vetus scilicet quàm nouum, pari veneratione credamus. Iudæi dederunt partem septem, credentes sabbatum: sed non dederunt octo, resurrectionem diei dominicæ denegantes. Econtrariò hæretici, Marcion, & Manichæus, & omnes qui veterem legem rabido ore dilaniant: dant partem octo, susciptiẽtes euangelium: sed eandem septenario numero non tribuunt, legem veterem respuentes. Nos igitur vtriq; instrumento credamus. Non enim possumus dignos cruciatus, dignamq; pœnam iam nunc mente cõprehendere: quæ reposita est his qui versantur in terra, Iudæis atq; hæreticis, è duobus alterum denegantib⁹. Hebræi ita hunc locum intelligunt: Et sabbatum & circuncisionem serua: ne si hoc fortè non feceris, inopinatum tibi superueni at malũ. d ¶Si repletæ fuerint nubes, imbrem super ter. &c.) Serua mandata quæ tibi superi⁹ sunt præcepta, vt nubes super te effundant imbrem suum. Vbicunq; enim tibi locum præparaueris, futuramq; sedem, siue ad Austrũ, siue ad boreã: ibi cùm mortu⁹ fueris, permanebis. Aliter: Propterea suprà diximus: Mitte panem tuum super faciem aquæ, & omni petenti te tribue: quia & nubes cùm plenæ fuerint, diuitias suas mortalibus largiuntur: & tu quasi lignũ, quanuis longæuus sis, non eris in perpetuum: sed subita vi ventorũ, ita mortis

A ita mortis tempestate subuersus: vbicunq; ceciderís, ibi iugiter permanebis: siue te rigidum & trucem, siue clementem & misericordem, vltimum inuenerit tempus. Aliter: Dicitur
Psal.35.b. in psalmis ad deũ: Veritas tua vsq; ad nubes. Et in Esaia, pec-
Esaiæ.5.b. canti deus vineæ comminatur: Mandabo nubibus, ne pluant super eam imbrẽ. Nubes igitur sunt prophetæ, & omnis vir sanct⁹: qui cùm plures in corde suo congregauerit disciplinas, tunc valebit præcepta plueredo ẽtrinarum, & dicere:
Deut.32.a. Expectetur sicut pluuia sermo meus, & effundent super terram imbrẽ: Ad quam dictũ est: Audiat terra verba oris mei. Quod autem sequitur. Et si ceciderit lignum ad Austrũ, aut ad Aquilonem: in locum vbi ceciderit lignum, ibi erit: Illud de Habacuc sumamus exemplum, in quo scribitur: Deus de Theman veniet: quod alij interpretes ediderunt, deus ab Austro veniet. Et quantum ego exístimo, semper in bonam partem accipitur Auster. Vnde & in Cãticocanticorum dicitur: Exurge Aquilo: hoc est, recede, & abi: & veni Auster. Lignum igitur quod in hac vita corruerit, & conditione mortalitatis fuerit inciſum, aut peccauit antè dum staret: & in Boreæ parte postea ponitur: aut si dignos Austro fructus attulerit, in plaga iacebit Australi. Nec est aliquod lignum, quod aut ad Aquilonem non sit, aut ad Austrum. Hoc idem significat & illud quod scriptum est in Esaia: Dicam Aquiloni, adduc: & Aphrico, noli prohibere. Nũ quam enim Austro & orientali vento præcipitur vt adducant: quia apud alias plagas esse eos oportet, qui ad Orientem & Austrum postea deducantur. Aquilo igitur ad Austrum adducit: & Aphricus ad Orientem habitatores suos. Nec enim possunt proficere, si in pristinis sedibus perseuerent. a ¶Qui obseruat ventum, non seminabit: & qui aspicit nubes, non metet.) Qui considerat cui benefaciat, &
Lucæ.6.c. non omni petenti se tribuit, læpe præterit eum qui meretur accipere. Aliter: Qui tantum eo tempore dei verbum prædicat, quo populus libenter auscultat, & secunda aspirat aura rumoris, sator negligẽs & ignauus agricola est. In ipsis enim
2.Tim.4.a. prosperis, dum nescimus, aduersa consurgũt. Sed opportunè importunè, suo tenore, dei sermo est prædicandus: nec fidei tempore aduersarjarum nubium consideranda tempestas.
Pro.26.a. De qua in Prouerbiis dicitur: Sicut pluuia vehemens & inutilis: sic qui derelinquunt sapientiam, & impietatem laudant. Absq; consideratione ergo nubium & timore ventorum, in mediis tempestatibus seminandum est. Nec dicendum illud tempus commodum, hoc inutile: cùm ignoremus quæ via, & quæ voluntas sit spiritus vniuersa dispensantis. b ¶Quomodo non cognoscis tu quæ sit via spíritus: & sicut ossa in vtero prægnantis, sic nescis opera dei qui facit omnia.) Sicut nescis viam spíritus & animæ ingredientis in paruulum: & ignoras ossium & venarum varietates in ventre prægnantis: quomodo ex vili elemento corpus hominis in diuersas effigies artúsq; varietur: & de eodem semine, aliud mollescat in carnibus, aliud durescat in

Aquilonem: in locũ vbi ceciderit lignum, ibi erit.
a Qui obseruat vẽtum, non seminabit: & qui aspicit
b nubes, nó metet. Quómodo non cognoscis tu quæ sit via spíritus: & sicut ossa in vtero prægnantis, sic
c nescis opera dei qui facit omnia. In mãtutino semina semen tuũ: & ad vesperum ne dimittas manum tuam: quoniam nescis quid placeat: aut hoc, an illud. Et si vtrũq;, quasi vnum bonum est. Et dulce lumen, & bonum oculis videre solẽ: quia si annis multis vixerit homo, in omnibus his lætetur: & meminerit dies tenebrarum, quia plurimæ erunt. Omne quod venturũ est, vanitas.

Caput XII.

Lætare

ossibus, aliud in venis palpitet, & aliud ligetur in neruis: D
ita dei opera scire non poteris, qui factor est omnium. Ex quo docet contraria non timenda: nec temerè de ventis & nubibus, quas suprà diximus, iudicandum: cùm suo tempore & curſu debeat sator pergere, & euentum domini sententiæ reseruare. Non
Roma.9.c. enim volentis neq; currentis, sed dei miserentis est. c ¶In matutino semina semen tuum, & ad vesperum ne dimittas manum tuam: quoniam nescis quid placeat, &c.) Ne eligas cui bene facias: sed & cùm benefeceris, nunquam à bono opere desistas. Matutinam iustitiam vesper inueniat. Et vesperi misericordiam, solis ortus accumuler. Incertũ est enim quod opus magis placeat deo: & ex quo tibi fructus iustitiæ præparetur. Potest autem accidere: vt non vnum, E
sed vtrumq; placeat deo. Aliter: Et in adolescentia, & in senecta, æquus tibi labor sit. Nec dicas: dũ potui, laboraui: debeo in senectute quiescere. Nescis enim vtrum in iuuentute, an in ætate longæua placeas deo. Nec prodest adolescentiæ frugalitas, si senecta ducatur in luxu. In quacunq; enim die erra-
Ezec.33.e. uerit iustus, veteres eum iustitiæ à morte liberare non poterunt. Quòd si iuxta vtramq; interpretationem semper benefeceris: & omni ætate æqualem cursum habueris, videbis deum patrem dulcissimum lumen: videbis Christum solem iustitiæ. Porrò si & multis annis vixeris, & omnia bona habueris, vel bona opera perpetraris, & scieris te semper esse moriturum, & antè oculos tuos tenebrarum semper versetur aduentus: præsentia quasi fluxa, fragilia & ca-F
duca contemnes. Symmachus finem huius sententiæ ita interpretatus est: Si annis multis vixerit homo, & in omnibus his lætatus fuerit, recordari debet & dierum tenebrarum, quia multæ erunt: in quibus omnibus veniet esse definere.
Deut.11.b. Aliter: Repromittit in alio scripturæ loco deus dicens: Dabo vobis pluuiam temporaneam & serotinam: Vetus scilicet testamentum & nouum, & vtroq; vos imbre irrigabo. Vnde & nunc admonemur, vt sic legamus legem veterem, ne euangelium contemnamus: sic quæramus spiritualem in veteri instrumento intelligentiam, ne in euangelistis & apostolis hoc tantum putemus sonare quod legitur. Ignorare enim nos in quo magis scientia nobis à deo tribuatur & gratia, fœlicemq; eum esse, qui vtrumq; in commune sociauerit, & quasi vnum corpus effecerit. Quod qui fuerit consecutus, videbit lucem: videbit Christum solem iustitiæ. Et si annis pluribus vixerit, in summa lætitia & delectatione versabitur, habens scientiam scripturarum: & magis ad hunc laborem recordatione futuri iudicij compelletur: quia perpetuum tenebrarum tempus aduenit, & æternæ pœnæ præparabuntur eis qui non seminauerint mane & ad vesperam, & nequaquam vtrunq; sociauerunt: nec viderunt lucem, nec solem, vnde ipsum lumen egreditur.

Caput XII.

a G Laetare adolescens in iuuentute tua, & in bono sit cor tuum in diebus adolescentiæ tuæ,&c.) In hoc capitulo,diuersa omnium explanatio fuit,& tot penè sententiæ,quot homines. Vnde quia longum est opiniones omnium recensere,& argumenta quibus sententias suas approbare voluerint, explicare, propè res vnius voluminis est,sufficiat prudentibus significasse quid senserint,& quasi in quadam breui tabella,situs pinxisse terrarum: totiúsq; orbis vastitatem& ambitum Oceani,angusto monstrasse compendio. Hebræi ad Israel æstimāt pertinere mandatum: cui præcipitur,vt fruatur diuitiis suis, antequam ei captiuitatis tēpus adueniat,& adolescentiam senectute cōmutet: quicquid dele-
H ctabile vel iocundum tam cordi, quàm oculis apparuerit:eo dum in promptu est, abutatur:ita tamen vt se nouerit in omnibus iudicandum,& tam cogitationes malas, quàm libidines fugiat, sciens stultitiam adolescentiæ copulatam: recordetúrq; semper creatoris sui,antequam veniat dies Babyloniæ,ac Romanæ captiuitatis,in quibus non poterit habere voluptatem. Et totum hunc locum ab eo quod ait: Antequam tenebrescat sol,& luna,& stellæ: vsq; ad eum locum,in quo scriptura commemorat: Et conuertetur puluis in terram suam sicut erat, & spiritus reuertetur ad dominum qui dedit illum: super statu suæ conditionis explanant. Quæ quia vt suprà diximus,laciniosa sunt & prolixa: strictim à nobis breuiterq; tangentur. Lætare ergo in iuuentute tua ô Israel,& fac illa vel illa, de quibus iam dictum est, antequam captiuitas adueniat, & à te tuus honor recedat & gloria: & iudices, & sancti tui
I (quos in sole,& luna, & stellis intelligi volunt) auferantur à te. Antequam veniat Nabuchodonosor, siue Titus Vespasiani filius,accitus à prophetis,& eorum vaticinia compleātur. In die qua angeli templi præsides recedent,& turbabūtur robustissimi quiq; in exercitu tuo, & ociosa erunt eloquia magistrorum:& prophetæ, qui de cœlis solebant visionum suarum lumen accipere, contenebrescent: quando claudentur templi ianuæ, & humiliabitur Hierusalem, &
Hiere.9.c. Chaldæus veniet quasi cantus volucris:ita Hieremiæ vocibus prophetatus: & conticescent filiæ cantici in templo psallentium chori: Illo tempore quando aduenientes Hierosolymam:ipsi quoq; hostes dei pertimescent magnitudi-
Esaiæ.37.g. nem:& in via dubij,Sennacherib interitum formidabunt. Hoc enim dictum putant,& ab excelso timebunt, & formidabunt in via. In illis diebus florebit amygdalum:ille bacu-
Hiere.48.a lus & virga quam Hieremias in prophetiæ suæ vidit exordio: & impinguabitur locusta, Nabuchodonosor cùm suo exercitu, & dissipabitur capparis, amicitia dei cùm Israel. Quid sibi autem velit capparis, cùm de singulis cœperimus dicere,plenius explicabitur. Hoc autem totum eueniet Israeli: quia abiturus est homo in domum æternitatis suæ, &à præsidio dei ad cœlestia reuersurus: quo abeunte in tabernaculum suum,circumeunt in platea plangentes atq; flentes,& hostium obsidione vallati. Lætare ergo Israel in iuuentute tua,antequam rumpatur funiculus argenteus: hoc est,donec gloria vestra vobiscum est,antequam recurrat vitta aurea: id est, antequam arca testamenti auferatur: K priusquam conteratur hydria ad fontem,& conuoluatur rota super lacum: est, donec intra sancta sanctorum præcepta legis & sancti spiritus est gratia,& antequam reuertaris in Babylonem,vnde in lumbis egressus es Abrahæ,& incipias in Mesopotamia cōteri, vnde & quondam profectus es: omnisq; gratia prophetiæ, qua quondam fueras inspiratus, reuertatur ad datorem suum. Hæc Iudæi vsq; hodie disserunt,& ad personam suam intelligētiam huius capituli trahunt. Nos autem ad superioris disputationis ordinem reuertentes, singula conabimur explanare. Lætare iuuenis in adolescentia tua &c.) Dixerat lucem mundi huius esse dulcissimam,& lætari debere hominem in die- L bus vitæ suæ, omniq; studio carpere voluptatem: Ingruere enim noctem mortis æternam, quando non liceat perfrui congregatis,& quasi vmbram vniuersa quæ habuimus pertransire. Nunc autem hominem cohortatur, & dicit: O adolescens antequam tibi senectus & mors ingruat,lætare in iuuentute tua,& quicquid tibi corde bonum,aspectu iocundum videtur,assume,fruere,vt libet mundi rebus. Rursum ne putaretur hæc dicens hominem ad luxuriam prouocare,& in Epicuri dogma corruere, suspicionem hanc abstulit, inferens: b ¶ Et scito quoniam super omnibus his adducet te deus in iudicium.) Sic, inquit, abutere mundi rebus,vt scias te in vltimo iudicandum.

a Laetarē adolescēs in iuuentute tua: & in bono sit cor tuum in diebus adolescentiæ tuæ, & ambula in viis cordis tui, & in intuitu oculorū
b tuorum. Et scitō hoc,quia super omnib⁹ his adducet
c te de⁹ in iudicium. Et rēpelle iram à corde tuo, & aufer malitiā à carne tua: quia adolescentia & stul-
d titia vanitas est. Et mēmēto creatoris tui in diebus iuuentutis tuæ: antequam veniant dies malitiæ,& appropinquent anni in quibus dices: Nō est mihi in illis voluptas. An-
e tēquam obtenebrescat sol & lumē,& luna, & stellę, & reuertantur nubes post pluuiam.

Lætare ergo iuuenis in adolescētia tua,& in bono sit cor tuū in diebus iuuentutis tuæ,& ambula in viis cordis tui,& in intuitu oculorum tuorum:& scito quòd ꝑ omnib⁹ his adducet te deus in iudiciū. Aufer irā à corde tuo,& amoue malitiā à carne tua. Adolescētia enī,& volūtas, vana sūt. Cap. XII.

Memento creatoris tui in diebus iuuentutis tuæ: antequam veniat tempus afflictiōis tuæ, & appropinquent anni, de quibus dicas: non mihi placēt. Antequam tenebrescant sol & lumē,& stellæ & luna, & reuertantur nubes post pluuiam.

c ¶ Et repelle iram à corde tuo, &c.) In ira, omnes perturbationes animi comprehendit. In carnis malitia, vniuersas significat corporis voluptates. Sic ergo,inquit,bonis seculi huius fruere:ne aut desiderio aut carne delinquas. Relinque antiqua vitia,quibus in adolescētia tua vanitati stul- M titiæq; seruisti:quia iuuentus insipientiæ copulata est.
d ¶ Et memento creatoris tui &c.) Semper memento creatoris tui,& sic adolescentiæ tuæ viam gradere,vt mortis vltimæ recorderis: Antequam tibi tempus adueniat, quo tristia quæq; succedant. e ¶ Antequam obtenebrescat sol, & lumen,& luna,& stellæ,&c.) Si de generali consummatione mundi accipimus,verbis domini hoc capitulum congruit,in quibus ait: Erit tribulatio magna & angustia, qua-
Matt.24.b. lis non fuit ab initio creaturę,sed neq; fiet. Sol enim tenebrescet,& luna non dabit lumen suum:& stellæ cadent de cœlo, & virtutes cœlorum commouebuntur,quę sunt custodes domus,ita vt domus intelligatur hic mundus: viri verò fortes, errore decepti,& dissipandæ contrariæ fortitudines. Quòd si specialis vniuscuiusq; consummatio, ad vitæ huius finem refertur, & sol, & luna, & stellæ, & nubes, & pluuiæ ei esse cessabunt,qui mortuus fuerit. Aliter: Lætarē adolescens, ô popule Christiane, & fruere bonis quæ à deo tibi concessa sunt,& in his omnibus scito te à domino iudicandum. Nec putes,quia priores rami fracti sunt,& tu insertus es in radicem bonæ oliuæ, idcirco te esse securum: sed aufer iram à corde tuo, & à corpore tuo voluptates:& cæteris vitiis derelictis, memento creatoris tui, antequam tibi dies malitiæ adueniat & insanabilis,in qua peccantibus pœnæ sunt præparatæ:ne cùm peccaueris,occidat tibi sol iustitiæ meridie: & scientiæ

A & scientiæ lumen intereat, & splendor lunæ: id est,ecclesiæ
Philip.2.b subtrahatur,& stellæ occidant,de quibus scriptū est: In quibus lucetis sicut luminaria in hoc mundo,rationem vitæ ha-
1.Cor.15.c bentes. Et alibi: Stella à stella differt in claritate. Antequam reuertantur nubes post pluuiam, ne prophetæ qui corda credentium, suo sermone suisq; pluuiis irrigant: postquam te imbre suo indignum esse perspexerint, reuertantur ad sedem suam: ad eum scilicet à quo missi sūt.
a ¶ In die quo commoti fuerint custodes domus, & perierint viri fortitudinis.) Custodes domus, aut sol intelligitur,& luna,& reliquus astrorum chorus,aut angeli qui huic mundo præsident. Viri verò fortitudinis siue fortes, vt interpretatus
B est Symmachus,qui peribunt: siue vt Aquila, qui transtulit, errabūt: dæmones sentiuntur, à forti diabolo etiam ipsi fortium sortiti vocabulum. Quem superans dominus & ligans,iuxta euangelij sententiam vastat domus eius. Ali-
Luc.11.c. ter: Custodes domus, qui ad corpus hominis referunt cuncta quę scripta sunt, costas significari putant,quòd ab ipsis intestina vallentur,& tota ventris mollitudo seruetur. Viros verò fortes, crura æstimant Solem,& lunam,& stellas,ad oculos,aures,nares,& totius capitis sensus coaptant. Hoc autem ideo: quia inferius necessitate coguntur: non de angelis & dæmonibus,sole,& luna,& stellis,sed de hominis membris intelligere quę sequuntur. b ¶ Et cessabunt molentes: quoniam imminutæ sunt, & contenebrescent quæ vident in foraminibus.) In consummatione mundi cùm refrixerit charitas multorum, & imminutæ fuerint animæ magistrorum,quæ possunt cœlestem cibum prębere credentibus,translatæq; in cœlestia: tunc incipient hi qui ex parte in hoc mundo intuebantur lumen scien-
Exo.33.d tiæ inuolui tenebris. Si enim Moysi dicitur: Ponam te in fo-
C ramine petræ: & sic posteriora mea videbis: quantomagis vnaquæque anima per foramen, & quasdam tenebrosas ca-
Matth.24.d uernas aspicit veritatem? Aliter: Duæ molentes sunt,ex quibus vnam recipi,& alteram relinqui,euangelium non tacet. Quæ cùm imminutæ fuerint atque cessauerint,necesse est vt omne lumen scientię auferatur ex oculis. Aliter: Cessare molentes,quia imminutæ sint,de dentibus dictum putant. Quòd cùm extrema senectus aduenerit: dentes quoq; aut atterūtur, aut decidunt: de quibus moliti cibi in aluum transmittuntur. Tenebrescere autem videntes in foraminibus, oculos arbitrantur: quòd ætate confectis,caliget acies, & intuitus obscuretur. c ¶ Et claudent ostia in platea in humilitate vocis molentis,&c.) Cùm vox molētis fuerit infirmata,& magistrorum doctrina cessauerit,consequenter cessabunt omnia: inter quæ & ostia claudentur in platea, vt iuxta fatuas euan-
Matt.25.a gelij virgines,vnusquisq; habeat clausas suæ plateæ ianuas, & illæ oleum emere non possint. Vel certè fatuis virginibus circumeuntibus in platea: claudent cubiculum sponsi,quæ
Matth.7.b cum eo intrauerint. Si enim arcta & angusta via est quæ ducit ad vitam,& lata & spatiosa via est quæ ducit ad mortem: rectè refrigerata charitate multorum, ostium doctrinarum clauditur in plateis. Sequēti autem versiculo in eo quòd ait: Et consurget ad vocem volucris,siue passeris: vtemur in tempore, si quando viderimus peccatorem ad vocem episcopi siue presbyteri per pœnitentiam consurgentem. Potest quoque hoc extraordinariè, tametsi contextum capituli non se- D quamur,& de vltima resurrectione accipi,quando ad vocem archangeli resurgent mortui. Nec mirandum si angeli tubā passeri comparemus, cùm omnis vox ad Christum comparata sit tenuis. Et quantum ego possum animo recordari,nūquam passerem in malam partem legisse me noui. Loquitur in decimo psalmo iustus: In domino confido: quomodo dicitis animæ meę,transmigra in mōtem sicut passer. Et ali-
bi: Vigilaui, & factus sum sicut passer solitarius in tecto. Psal.101.b.
Necnon & in alio loco: Etenim passer inuenit sibi domū. Ibid.83.a.
Aliter: Clausas in plateis ianuas,infirmos senis gressus accipi volunt: quòd semper sedeat, & ambulare non E possit. Humilitatem autem vocis molentis, de mandibulis interpretantur: quòd cibum terere nequeat, & vix spiritu coarctato, vox ei⁹ tenuis audiatur. Porrò consurgere eum ad vocem volucris: ostendit quòd frigescente iam sāguine & humore siccato, quibus materiis sopor alitur, ad leuem sonitum euigilet: noctisq; medio cùm gallus cecinerit,festinus exurgat: nequaquam valens strato sæpius membra conuertere. Obmutescere quoque, siue vt melius habet in Hebræo, surdescere filias carminis,aures significat: quòd grauior senum auditus fiat,& nulla inter voces valeant scire discrimina, nec carminibus delectari. Quod quidem & Berzellai loquitur ad Da-
uid,nolens transire Iordanem. d ¶ Sed & ab excelsis time 2.Reg.19.c
bunt & formidabunt in via.) Id est, ardua ingredi non valebunt; & lassis poplitibus,ac trementi vestigio,etiam in plano itinere fluctuantes, offensam gressuum formidabunt.
e ¶ Et florebit amygdalum,& impinguabitur locusta,& dissipabitur capparis,&c.) Per metaphoram etiam nunc de mēbris hominis Ecclesiastę sermo est: Quòd cum senectus aduenerit,capillus incanuerit,tumuerint pedes,libido refrixerit, F & homo morte fuerit dissolutus: tunc reuertetur in terram suam,& in domum ęternitatis suę: sepulchrum exequiis quęrat celebratis,plangentiumq; funus turba præcedat, Florem autem amygdali, quem nos pro canis posuimus: quidam sacram spinam interpretantur, quòd decrescentibus natium carnibus,spina succescat & floreat. Porrò quòd ait: Impinguabitur locusta: sciendum vbi in nostris codicibus legitur, locusta: in Hebręo scriptum est, חגב hagab: quod verbum apud eos ambiguum est. Potest enim ἀττέλεβος, & locusta transferri: Quomodo igitur in Hieremię principio,verbum שקד soced,si varietur accentus,& nucem significat & vigi-
lias. Et dicitur ad eum: Quid tu vides Hieremia? Et respon- Hiere.1.c
dit: Baculum muceum. Et ait dominus ad eum: Bene vidisti: quia vigilabo ego super verbum meum, vt faciam illud vel illud: Et habet etymologiā nucis: quòd vigilaturus sit deus, & retributurus populo quod meretur, sermonis occasio est: Ita & nunc ambiguitas verbi per etymologiam eius, indicat senum crura tumentia, & podagræ tumoribus prægrauata. Non quòd omnibus senibus hoc fiat, sed quòd plerunq; accidat, συνεκδοχικῶς à parte id quod totum est, appelletur. In eo verò vbi nos habem⁹, capparim: in Hebræo habet אביונה abiona: quod & ipsum ambiguum est, interpretaturq; amor, desiderium, concupiscentia: vel capparis significatur, vt supra diximus, quòd senum libido refrigescat,& organa coitus dissipentur

a pluuiam. In diē quo commoti fuerint custodes domus, & perierint viri for-
b titudinis. Et cēssabunt molentes, quoniam imminutę sunt,& contenebrescēt quæ vident in foramini-
c bus. Et clāudent ostia in platea í humilitate vocis molentis,& consurget ad vocem volucris, & obmutescent omnes filię carmi-
d nis. Sēd & ab excelsis ti-
mebunt, & formidabunt
e in via. Et florēbit amygdalum, & impinguabitur locusta,& dissipabitur capparis: quoniam ibit homo in domū æternitatis suæ,& circumibūt in platea plangentes

pluuiam. Quando commouebuntur custodes domus, & nutabuntur viri fortissimi: & ociosę erunt molentes in minuto numero, & tenebrescent videntes per foramina: & claudent ostia in platea in humilitate vocis molētis,& consurgent ad vocē volucris: & obsurdescent omnes filię carminis. Excelsa quoque timebunt,& formidabunt in via. Florebit amygdalus: impinguabitur locusta, & dissipabitur capparis. Quoniam ibit homo in domum æternitatis suæ, & circūibunt in platea plangentes

G dissipentur. Hoc autem ideo: quia hæc verba ambigua, cum in vocabulis suis, & amygdalum, & locustam, & capparim sonent, in aliud deriuata significant, & per figuram ad sensus qui seni conueniunt, deriuantur. Sciendum quoque quòd vbi nunc Septuaginta interpretes posuerunt τὸ ἀμύγδαλον, ipsum verbum sit שָׁקֵד soced, quod in Hieremię principio est, sed ibi in nucem versum est, hic in amygdalum. Symmach⁹ nescio quid in hoc loco sentiens, multo aliter interpretatus est. Ait enim: Super hæc etiam de excelso videbunt, & terror erit in via, & obdormient vigilantes, & dissoluetur spiritus fortitudo. Ibit enim homo in domum æternitatis suæ, & circumibunt in platea plãgētes. Cuius interpretationem Laodicenus secutus, nec Iudæis placere potest, nec Christianis: dum & ab Hebręis procul est, & sequi Septuaginta interpretes dedignatur.

a ¶ Antequam rumpatur funiculus argenti, &recurrat vitta aurea, &conteratur hydria super &c.) Reuertitur ad superiora, & post grande hyperbaton: quod ab eo loco iteriecerat, in quo ait: Et memento creatoris tui, in diebus iuuentutis tuæ: antequam veniat dies malitiæ, & antequã tenebrescat sol & luna, & stellæ, & cætera: in die qua mouebũtur custodes domus: Nunc cœptã sententiam, simili fine concludit, dicens: Antequam rumpatur funiculus argenti, & illud vel illud fiat. Funiculus autem argenti, candidam hanc vitam, & spiramen quod nobis de cœlo tribuitur, ostendit. Recursus quoq; vittę aureæ animam significat: quæ illuc recurrit, vnde descenderat. Porrò duo reliqua quæ sequuntur: contritio hydrię super fontem, & confractio rotę super lacũ: per metaphoram, mortis ænigmata sunt. Quomodo enim hydria quæ conteritur, cessat haurire: & rota per quam de lacu & puteis leuantur aquæ, si confracta fuerit: siue vt alij interpretes voluerũt, in suo funiculo conuoluta, aquæ vsus intercipitur: ita & cum funiculus argenti, si fuerit interruptus, & animæ riuus recurrerit ad fontem, interibit homo. Et vt manifestius sequitur: conuertetur puluis in terram suam: vnde sumptus est, & spiritus reuertetur ad dominum qui dedit illum. Ex quo satis ridendi sunt qui putant animas cum corporibus seri: & non à deo, sed à corporum parentibus generari. Cùm enim caro reuertatur in terram, & spirit⁹ redeat ad deum qui dedit illum: manifestum est deum, patrem animarum esse, non homines. Post descriptionem interitus humani, pulchrè exordium libri sui repetens ait: Vanitas vanitatum, dixit Ecclesiastes, omnia vanitas. Cum enim cũctus mortalium labor, de quo in toto volumine disputatum est, huc perueniat: vt reuertatur puluis in terram suam, & anima illuc redeat vnde sumpta est: magnæ vanitatis est in hoc sęculo laborare, & nihil profutura cõquirere. b ¶ Et amplius quia factus est, &c.) Sapientiam qua præiuit Salomon omne hominũ genus: nunc quoque in fine opusculi sui profitetur, quòd non fuerit veteris legis institutione contentus, sed in profundas se vltrò demerserit quæstiones: & ad docendum populum, prouerbia, & parabolas composuerit: aliud habentes in medulla, aliud in superficie pollicentes. Prouerbia quippe non hoc sonare quod scriptum est, etiam in euãgeliis edocemur: cũ dominus populo in parabolis & prouerbiis sit locutus: secretò autem Apostolis dissoluerit ea. Ex quo manifestũ est, & prouerbiorum librum, non vt simplices arbitrantur, patientia habere præcepta, sed quasi in terra, aurũ: in nuce, nucleus: in hirsutis castanearum operculis, absconditus fructus inquiritur: ita in eis diuinum sensum altius perscrutandum. Super hæc addidit causas naturasq; rerum se voluisse cognoscere, & dei dispositionem & prouidentiam: quare vnũquodque vel quomodo factum sit, scire voluisse: vt quod Dauid post dissolutionem corporis & animæ, ad cœlos recursum se sperat esse visurum, dicens: Videbo cœlos tuos, opera digitorum tuorum: hoc nunc in præsenti Salomon nisus fuerit inuenire: *& veritatem soli deo cognitam, corporis vallata septo, mens humana comprehendere non potest.

c ¶ Verba sapientum vt stimuli, &c.) Ne videretur post legem dei temerarius subitò præceptor erumpere: & sibi vindicare doctrinã, quam Moyses non tam sua sponte, quàm deo irascente * primum, dehinc inspirante susceperat: dicit verba sua, verba esse sapientium, quæ in similitudinem stimulorum corrigant delinquentes, & pigros mortalium gressus, aculeo pungente commoueant: sic q; sint firma quasi claui in altum solidumq; defixi: nec authoritate vnius: sed consilio atq; consensu magistrorum omnium proferantur. Et ne contemneretur omnium *sapientia: ait eam ab vno pastore concessam: id est, licèt plurimi doceant, tamen doctrinæ huius author vnus est dominus. Facit hic locus aduersus eos, qui alium legis veteris, alium euangelij existimant deum, quòd vnus pastor conciliũ prudentium instruxerit. Prudentes autẽ tam prophetæ sunt, quàm apostoli. Simul & hoc notandum est, q; dicantur verba sapientium pungere, non palpare: nec molli manu attrectare lasciuiam, sed errantibus, &(vt supra diximus) tardis, pœnitentiæ dolores, & vulnus infigere. Si cuius igitur sermo non pungit, sed oblectationem facit audientibus: iste non est sermo sapientis. Verba quippe sapientium vt stimuli. Quæ quoniam ad conuersionẽ prouocant delinquentem, & firma sunt, & à concilio sanctorum data, atque ab vno pastore concessa, & solida radice fundata sunt. Hoc stimulo necdum Paũlum, sed adhuc Saulum puto in via confossum erroris audisse: Durum tibi est calcitrare contra stimulum dei. d ¶ Et amplius ab ipsis &c.) Exceptis his verbis quæ ab vno pastore sunt data, & à concilio atque consensu prolata sapientium: nihil facias, nihil tibi vendices: maiorum sequere vestigia, & ab eorum authoritate non discrepes. Alioqui, quærenti multa, infinitus librorum numerus occurret: qui te pertrahat ad errorem, & legentem multa, frustra faciet laborare. Vel certè docet breuitati studendum, & sensum magis sectandũ esse quàm verba, aduersus philosophos & sęculi huius doctores, qui suorum dogmatum falsitates conantur afferere varietate ac multitudine sermonum. Econtra scriptura diuina, breui circulo

tea plangẽtes. Antequàm rũpatur funiculus argenti, & recurrat vitta aurea, & conteratur hydria super fontem, & confringatur rota super lacum. Et reuertatur puluis in terrã suam sicut erat: & spiritus redeat ad deum qui dedit illum. Vanitas vanitatũ, dixit Ecclesiastes, vniuersa vanitas. Et ămpli⁹ quia factus est Ecclesiastes sapiens: adhuc docuit scientiam populum, & audire eos fecit: & scrutans composuit prouerbia. Multũ quæsiuit Ecclesiastes, vt inueniret verba voluntatis, & scriberet rectè verba veritatis. Vẽrba sapientium vt stimuli, & quasi claui in altum defixi, habentibus cœtus, data sunt à pastore vno. Et ămplius ab ipsis fili mi ne

gentes. Antequam rumpatur funis argenteus, & recurrat vitta aurea, & cõteratur hydria super fontem, & confringatur rota super cisternam, & reuertatur puluis in terram suam vnde erat, & spiritus redeat ad deum qui dedit illum. Vanitas vanitatũ, dixit Ecclesiastes, & omnia vanitas. Cumq; esset sapientissimus Ecclesiastes: docuit populum, & enarrauit quæ fecerat, & inuestigãs composuit parabolas multas. Quæsiuit verba vtilia, & conscripsit sermones rectissimos, ac veritate plenos. Verba sapiẽtium sicut stimuli, & quasi claui in altum defixi, quæ per magistrorũ cõsilium data sunt à pastore vno. His amplio fili mi ne

ab ipsis fili mi caue faciẽdi libros multos: quibus non est finis: & meditatio plurima labor est carnis.

a Finis sermõnis verbi vniuersi, auditu perfacilis est Deum time, & mandata eius custodi. Hoc est enim omnis homo: quia omne factum deus adducet in iudicium de omni abscondito, siue bonum, siue malum sit.

Prouerbia Ioan.10.a. & 16.f.g

Pſal.8.a.

*al.vt veritatẽ sol. &c. mens humana comprehenderet.

*iubente.

*humana.

Actо. 9.a

Animæ origo.

A circulo coarctata est: & quantum dilatatur in sensibus, tantum in sermone constringitur. Quia consummatus breuiatumq; sermonem fecit deus super terram, & verbum eius iuxta est in ore nostro, & in corde nostro. Aliter: Frequens lectio, & quotidiana meditatio, animæ solet magis labor esse quàm carnis. Quomodo enim quicquid manu & corpore fit, manus & corporis labore cõpletur: ita quod ad lectionẽ pertinet, magis est labor mẽtis. Ex quo mihi videtur, superiora de multitudine librorũ aliter sentienda quàm plerique existimant. Moris est scripturarũ: quanuis plures libros, si inter se non discrepent, & de eadẽ re scribantur, vnum volumen dicere. Siquidem & euangelium, & lex domini immaculata, conuertens animas, singulariter appellantur, cùm plura euangelia & multa sint mandata legis. Sic & volumen in Esaiæ sermone signatum, omnis scriptura diuina est, & vno capitulo libri, Ezechiel, Ioannesq; vescuntur. Saluator quoque omnium retrò sanctorum vocibus prophetatus ait: In capitulo libri scriptum est de me. Iuxta hunc igitur sensum arbitror nunc præceptum, ne plures libri fiant. Quicquid enim dixeris, si ad eũ referatur, qui in principio erat apud deum, & deus erat verbum, vnum volumẽ est: & innumerabiles libri, vna lex, vnum euangelium nominãtur. Quòd si diuersa & discrepantia disputaueris, & curiositate nimia huc atque illuc animum deduxeris: etiam in vno libro, multi libri sunt. Vnde dictũ est: Ex multiloquio non effugies peccatum. Talibus igitur libris non est finis. Bonum enim omne & veritas certo fine concluditur: malitia verò atq; mendacium, sine fine sunt. Et quanto plus requiruntur, tanto maior eorum series nascitur. Hac in re, studium atq; meditatio, labor est carnis. Carnis inquam, non spiritus. Habet siquidem & spiritus laborem suum, iuxta illud qđ ait Apostolus: Plus aũt illis omnibus laboraui: non autem ego, sed gratia dei quæ mecum est. Et saluator: Laborauí clamans. a ¶ Finis sermonis &c.) Aiunt Hebręi cùm inter cætera scripta Salomonis quæ antiquata sunt, nec

fili mi ne requiras. Faciendi plures libros nullus est finis. Frequensq; meditatio, carnis afflictio est. Finem loquendi pariter omnes audiamus. Deũ time, & mandata eius obserua. Hoc est omnis homo. Cuncta quæ fiunt, adducet deus in iudicium pro omni errato, siue bonũ, siue malum sit.

in memoria durauerunt, & hic liber obliterandus videretur, eo quòd vanas asserat dei creaturas, & totũ putaret esse pro nihilo, & cibum, & potum, & delitias transeuntes præferret omnibus: ex hoc vno capitulo meruisse authoritatem, vt in diuinorum voluminum numero poneretur, quòd totã disputationem suam, & omnem catalogum suum hac quasi ἀνακεφαλαιώσει coarctauerit, & dixerit finem sermonum suorũ auditu esse promptissimum, nec aliquid in se habere difficile: vt scilicet deum timeamus, & eius præcepta faciamus. Ad hoc enim natum esse hominem, vt creatorem suum intelligens, veneretur eum metu, & honore, & opere mandatorum. Siquidem cùm iudicij tempus aduenerit: quicquid à nobis gestum est, stare sub iudice, & ancipitem diu expectare sententiam: & vnumquemque recipere pro opere suo, siue mali quid gesserit, siue boni. Pro eo autem quod nos posuim⁹. De omni abscondito, siue bonũ, siue malũ sit: Symmachus & Septuaginta interpretati sunt, de omni contemptu: vel certè de omni ignoratu, quod etiam de ocioso verbo, & non voluntate, sed ignoratione prolato, redditurí simus rationem in die iudicij. Aliter: Quia timor seruorum est, & perfecta dilectio foras mittit timorem, & in scriptura diuina tam insipientium quàm perfectorum duplex appellatus est metus: nunc de cõsummato in virtutibus metu dici puto, secundum illud: Nihil deest timentibus eum. Vel certè qui adhuc homo est, & necdum nomen dei accepit: hanc habet rationem substantiæ suæ, vt in corpore positus deum timeat. Quia omne factum: id est omnes homines deus adducet in iudiciũ super vniuersis quæ aliter quàm ab eo dispositа sunt, & dicta senserunt, siue in hanc partem, siue in illam. Væ quippe his qui dicunt bonum malum, & malum bonum.

1.Ioan.4.d.

Pſalm.33.b

Eſa.5.a

Diui Hieronymi Commentariorum in Ecclesiasten finis.

Roma. 9.f. Deuter.30.c.

Pſal.18.b.

Eſa.29.d Ezech.2.d. & Apoca. 10.d.

Pſal.39.b.

Ioan.1.a

Eccli.20.a

1.Cor.15.c Pſal.68.a

ORIGENIS IN CANTICA CANTICORVM HOMILIARVM QVATVOR PRAEFATIO.

Epithalamium.

EPithalamium libellus, id est, nuptiale carmen, in modum mihi videtur dramatis à Salomone cõscriptus: quem cecinit instar nubentis sponsæ, & erga sponsum suum, qui est sermo dei, cœlesti amore flagrantis. Adamauit enim eum, siue anima quæ ad imaginem eius facta est, siue ecclesia. Sed & magnificus hic ipse atque perfectus sponsus, quibus verbis vsus sit ad coniunctam sibi animam vel ecclesiam, hæc ipsa scriptura nos docet. Sodales quoque sponsæ adolescentulæ, cum ipsa sponsa positæ, quæ dixerint, quæq; etiam amici ac sodales sponsi: ex eodem nihilominus libro, qui Cantica canticorũ intitulatur cognoscimus. Possibilitas enim data est etiam ipsis amicis sponsi aliqua dicere: ea duntaxat quæ audierant ab ipso sponso, lætantes de coniunctione sponsæ. Fit ergo sermo ab ipsa sponsa, non solum ad sponsum, sed etiam ad adolescentulas: & rursum sponsi sermo, non tantummodo ad sponsam, sed etiam ad amicos dirigitur sponsi. Et hoc est quod supra diximus, carnem nuptiale in modũ dramatis esse conscriptum. Drama enim dicitur, multarum personarum cantilena: vt in scenis agi fabula solet, vbi diuersæ personę introducuntur, & aliis acceden tibus, aliis etiam discedentibus, à diuersis & ad diuersos, textus narrationis expletur. Quæ singula suo ordine scriptura hæc continet, totumq; corpus eius, mysticis formatur eloquiis. Sed primo scire nos oportet, quoniam sicut puerilis ætas non mouetur ad amorem possibilium: ita nec ad capiendum quidem verba hæc, paruula & infantilis interioris hominis ætas admittitur: illorum scilicet qui lacte in Christo aluntur, non cibo forti, & qui nunc primum rationabile, & sine dolo lac

Drama.

Cantici cãti corũ lectio.

1.Cor.3.a & Heb.5.d 1.Pet.2.a

Glo lac concupiſcunt. In verbis enim Cantici canticorũ
Heb.5.d. ille cibus eſt,de quo dicit Apoſtolus: Perfectorum autẽ
eſt ſolidus cibus.Et tales requirit auditores,qui pro poſ
Ibidem ſibilitate ſumendi, exercitatos habeant ſenſus ad diſcre
tionem boni & mali.Et quidem paruuli quos diximus:
ſi veniant ad hæc loca , poteſt fieri vt nihil quidem ex
hac ſcriptura proficiant:nec tamen valde lędantur,vel
ipſa quæ ſcripta ſunt legentes, vel quæ ad explanationẽ
eorum dicenda ſunt recenſentes.Si verò aliquis acceſ-
ſerit, qui ſecundum carnem tantummodo vir eſt: huic
tali non parum ex hac ſcriptura diſcriminis periculiq;
naſcetur. Audire enim purè,& caſtis auribꝰ amoris no
mina neſciens , ab interiori homine ad exteriorem &
carnalem virum,omnem deflectet auditum: & à ſpiri-
tu conuertetur ad carnem:nutrietq; in ſemetipſo con-
cupiſcentias carnales,& occaſione diuinæ ſcripturę cõ
moueri & incitari videbitur ad libidinem carnis . Ob
hoc ergo moneo , & conſilium do,omni qui nondum
carnis & ſanguinis moleſtiis caret, neque ab affectu na
turæ materialis abſcedit:vt à lectione libelli huius, eo-
H rumq; quæ in eo dicẽtur,penitus temperet. Aiunt enim
obſeruari etiam apud Hebræos, quòd niſi quis ad ætatẽ
perfectam maturamq; peruenerit, libellũ hunc ne qui-
dem in manibus tenere permittatur. Sed & illud ab eis
accepimus cuſtodiri . Quandoquidem moris eſt apud
eos: omnes ſcripturas à doctoribus & à ſapientibus tra
di pueris:ſimul & eas quas ἀναγωγὰς appellant:ad vl-
timum quatuor iſta reſeruari:id eſt,principium Gene-
ſis,in quo mũdi creatura deſcribitur:& Ezechielis pro-
phetæ principia, in quibus de Cherubim refertur:& fi-
nem,in quo templi ædificatio continetur: & hunc can
tici canticorum librum.Igitur neceſſarium mihi vide-
tur antequã ad ea quæ in hoc libello ſcripta ſunt diſcu-
tienda veniamus,de amore prius ipſo,qui eſt ſcripturę
huius cauſa præcipua,pauca diſſerere:& poſt hæc de or
dine librorum Salomonis,in quibus hic liber tertio lo-
co poſitus videtur . Tum etiam de attitulatione libelli
ipſius : cur canticum canticorum ſuperſcriptus ſit:atq;
etiam quomodo dramatis in modum , & tanquam fa-
bula quæ in ſcenis perſonarum immutatione agi ſolet,
videatur eſſe compoſitus.Apud Græcos quidem pluri-
I mi eruditorum virorum volentes inueſtigare verita-
tis indaginem,de amoris natura, multa ac diuerſa etiã
dialogorum ſtylo ſcripta protulerunt: conantes oſten
dere non aliud eſſe amoris vim , niſi quæ animam de
terris ad faſtigia cœli celſa perducat : nec ad ſummam
poſſe beatitudinẽ peruenirí, niſi amoris deſiderio pro-
uocante . Sed & quæſtiones de hoc quaſi in conuiuiis
propoſitæ referuntur:inter eos puto inter quos non ci-
borum, ſed verborum conuiuium gerebatur. Alij verò
etiam artes quaſdam quibus amor hic in anima gigni
vel augeri poſſe videatur,conſcriptas reliquerunt. Sed
has artes,carnales homines, ad vitioſa deſideria & cul
pabilis amoris miniſteria traxerunt. Non ergo mirum
ſit,ſi & apud nos, vbi quanto plures ſimpliciores,tanto
plures & imperitiores videntur,difficilem diximus, &
periculo proximam de amoris natura diſputationem:
cùm apud Græcos qui eruditi & ſapientes videntur,fu-
erint tamen aliqui qui de his non ita acceperint,vt ſcri
ptum eſt: ſed occaſione eorũ quæ de amore dicta ſunt,
in lapſus carnis,& in impudicitiæ prȩcipitia corruerũt:
ſiue ex his quæ ſcripta erant , vt ſuprà memorauimus,
admoniones quaſdam & incitamenta ſumentes: ſiue
incontinentiæ ſuæ velamen, ſcriptis veterum præferen
tes . Ne ergo & nos tale aliquid incurramus , ea quæ à
veteribꝰ bene & ſpiritualiter ſcripta ſunt, vitioſe & car K
naliter aduertentes,tam corporis,quàm animæ noſtræ
palmas protendamus ad deum : vt dominus qui dedit Pſal.67.c.
verbum euangelizantibus virtute multa , donet & no-
bis in virtute ſua verbum, quò poſſimus ex his quæ ſcri
pta ſunt,intellectum ſanum & ad ædificationem pudi-
citiæ aptum:vel nomini ipſi, vel naturæ amoris oſten-
dere.In principio verborum Moyſi, vbi de mundi con
ditione cõſcribitur, duos inuenimus homines creatos
referri:Primum ad imaginem & ſimilitudinem dei fa- Gene.1.c.&
ctum:Secundum è limo terræ factum.Hoc Paulus Apo 9.a
ſtolus bene ſciens,& ad liquidum in his eruditus, in ſu
is literis apertius & euidentius binos eſſe, & per ſingu-
los quoſque homines ſcripſit.Sic enim dixit: Nam ſi is 2.Cor.4.d
qui foris eſt homo noſter, corrumpitur:ſed ille qui in-
tus eſt,renouatur de die in diem.Et iterum : Condele- Roma.7.d.
ctor enim legi dei ſecundum interiorem hominem: &
his ſimilia quãta conſcribit ? Vnde puto neminem iam
debere dubitare quòd Moyſes de duorum hominum fa
ctura vel figmento ſcripſerit in principio Geneſis: cum
videat Paulum, qui melius vtique quàm nos intellige-
bat ea quæ à Moyſe ſcripta ſunt, duos homines eſſe per
L ſingulos quoſque dicentem : quorum vnum, id eſt,in-
teriorem,renouari per ſingulos dies memorat . Alium
verò:id eſt,exteriorem,in quibuſdam ſanctis,& talibus
qualis erat Paulus,corrũpi perhibet & infirmari.Quòd
ſi alicui videbitur de hoc adhuc aliquid dubitandum,in
locis propriis melius explanabitur. Nũc autem propter
quid memoriam fecerimus interioris & exterioris ho
minis, proſequamur . Oſtendere enim ex his volumus
quòd in ſcripturis diuinis per homonymas : id eſt, per
ſimiles appellationes,imò per eadem vocabula, & exte
rioris hominis mẽbra,& illius interioris hominis par-
tes affectuſq; nominantur: eaq; non ſolum vocabulis,
ſed & rebus ipſis ſibiinuicem comparantur. Verbi gra-
tia:Vetatur aliquis eſſe puer ſecundum interiorem ho-
minem, quem poſſibile eſt creſcere, & ad ætatem iuue-
nis adduci:atq; inde ſuccedentibus incrementis,perue-
nire ad virum perfectum , & effici patrem . His autem
nominibus vti voluimus,vt conſona diuinæ ſcripturę,
illi ſcilicet quæ ab Ioanne ſcripta eſt,vocabula ponere-
mus.Ait enim ille:Scripſi vobis pueri,quoniam cogno 1.Ioan.2.b
uiſtis patrem. Scripſi vobis patres, quoniam cognoui- Ibidem
ſtis eum qui ab initio eſt.Scripſi vobis iuuenes, quoni- M
am fortes eſtis, & per verbum dei quod manet in cœ-
lo, viciſtis malignum. Euidens vtique eſt, nec ab vllo
arbitror omnino dubitari , quòd pueros hic Ioannes,
vel adoleſcentes, vel iuuenes,vel etiam patres, ſecundũ Ibidem.
animæ,non ſecundum corporis appellet ętatem.Sed &
Paulus dicit in quodam loco : Non potui vobis loqui
quaſi ſpiritualibus, ſed quaſi carnalibus : tanquam pa-
ruulis in Chriſto, lac vobis potum dedi, non eſcam . In
Chriſto autem paruuli,proculdubio ſecundum animę,
non ſecundum carnis nominantur ætatem . Denique
idem Paulus etiam in alio loco ait : Cùm eſſem paru- 1.Cor.3.a
ulus,loquebar ſicut paruulus:ſicut paruulus ſapiebam,ſi-
cut paruulus cogitabam . Cùm autem factus ſum vir,
deſtruxi quę erant paruuli.Et iterum alibi dicit:Donec Ephe.4.e
occurramus omnes in virum perfectum,in menſuram
ætatis plenitudinis Chriſti . Scit enim occurſuros eſſe
omnes qui credunt,in virum perfectum,& in menſurã
ætatis plenitudinis Chriſti.Igitur ſicut hæc quæ memo
rauimus ætatum nomina,eiſdem vocabulis & exterio-
ri homini aſſcribuntur & interiori: ita inuenies etiam
membrorum nomina corporalium transferri ad ani-
mæ mem-

A mę membra,ſeu potius efficientiæ hęc animę,affectuſ-
Eccleſ.2.b q; dicendi ſunt.Dicitur ergo in Eccleſiaſte: ſapientis o-
culi in capite eius . Item in euangelio:Qui habet aures
Luc.8.a. audiendi, audiat.In prophetis quoque, ſermo domini
Aggei.1.b qui factus eſt in manu prophetæ Hieremiæ, ſiue alteriꝰ
Pſalm. 90.c cuiuſlibet. Simile eſt etiam illud quod ille ait : Pes autẽ
Ibid.72.a. tuus non offendit.Et iterum : Mei autem paulominus
moti ſunt pedes.Euidẽter quoque & venter animæ de-
ſignatur : vbi dicitur : Domine, à timore tuo in vtero
concepimus.Nam inde quis dubitet , cùm dicitur: Se-
Pſalm.5.c pulchrum patens eſt guttur eorum:Et iterum:Præcipi-
Ibi.54.b. ta domine,& diuide linguas eorũ. Sed & id quod ſcri-
Pſalm.1.b ptum eſt : Dentes peccatorum contriuiſti. Et iterum:
Ibid.36.c Contere brachium peccatoris & maligni.Et quid opus
eſt me de his plura colligere, cùm abundantiſſimis te-
ſtimoniis ſcripturæ diuinæ repletæ ſint . Ex quibus eui-
denter oſtenditur , membrorum hæc nomina, nequa-
quam corpori viibili aptari poſſe,ſed ad inuiſibilis ani
mæ partem virtutesq; debere reuocari: quoniam & vo
cabula quidem habẽt ſimilia. Aperte autem & ſine vlla
B ambiguitate , non exterioris,ſed interioris hominis ſi-
gnificantias gerũt. Eſt ergo materialis huius hominis,
qui & exterior appellatur cibus, potuſq; naturæ ſuæ co
gnatus,corporeus iſte ſcilicet & terrenus. Similiter au
tem & ſpiritualis hominis ipſius, qui & interior dici-
tur , eſt proprius cibus , vt panis ille viuus qui de cœlo
Ioan.6.c deſcendit . Sed & potus ille eſt ex illa quam promittit
Ioan.4.a Ieſus dicens: Quicunque biberit ex hac aqua quam ego
do ei,non ſitiet in ætternum . Sic ergo per omnia ſimi-
litudo quidem vocabulorum ſecundum vtrunq; homi
nem ponitur: rerum verò proprietas vnicuiq; diſcreta
ſeruatur,& corruptibili corruptibilia prębentur:incor-
ruptibili verò incorruptibilia proponuntur. Vnde ac-
cidit,vt ſimpliciores quidem neſcientes diſtinguere ac
ſecernere quę ſint quæ in ſcripturis diuinis interiori ho
mini:quæ verò exteriori deputanda ſint, vocabulorum
ſimilitudinibus falſi, ad ineptas quaſdam fabulas, & fi-
gmenta inania ſe contulerint,vt etiam poſt reſurrecti-
onem cibis corporalibus vtendum crederent,potumq;
ſumendum , non ſolum ex illa vite vera , & viuente in
ſecula,verùm & ex his vitibus ligni:ſed de his aliàs vi-
debimus.Nunc ergo vt prȩcedenti obſeruationi diſtin
ximus . Eſt quidem ſecundum interiorem hominem,
C alius ſine filiis & ſterilis : alius verò abundans in filiis:
1.Reg.1.a ſecundum quod & illud aduertimus dictum: Sterilis
Exo.23.d peperit ſeptem, & fœcunda in filiis infirmata eſt. Et vt
& Deu.7.c. in benedictionibus dicitur:Non erit in vobis ſine filiis,
& ſterilis.Igitur ſi hæc ita ſe habẽt, ſicut dicitur aliquis
carnalis amor quem & cupidinem appellauerunt poẽ-
tæ:ſecundum quem qui amat , in carne ſeminat:ita eſt
& quidam ſpiritualis amor: ſecundum quem ille inte-
rior homo amans, in ſpiritu ſeminat . Et vt euidentius
dicam : Si quis eſt qui portat adhuc imaginem terreni
ſecundum exteriorem hominem,agitur cupidine & a-
more terreno:qui verò portat imaginem cœleſtis ſecũ-
dum interiorem hominem, agitur cupidine & amore
cœleſti . Amore autẽ & cupidine cœleſti agitur anima,
cùm perſpecta pulchritudine & decore verbi dei,ſpeci-
em eius adamauerit,& ex ipſo telum quoddam,& vul-
Heb.1.a. nus amoris acceperit . Eſt enim verbum hoc imago,
Coloſſ.1.c & ſplendor dei inuiſibilis , primogenitus omnis creatu-
rę:in quo creata ſunt omnia quæ in cœlis ſunt,&quæ
in terris, ſiue viſibilia, ſiue inuiſibilia. Igitur ſi quis po-
tuerit capaci mente coniicere , & conſiderare horum
omnium quæ in ipſo creata ſunt decus & ſpeciem: ipſa
rerum venuſtate percuſſus, & ſplendoris magnificen- D
tia ceu iaculo,vt ait propheta,electo terebratus:ſalute- Eſa.49.a
re ab ipſo vulnus accipiet, & beato igne amoris eius ar
debit. Oportet etiam nos illud ſcire, quòd illicitꝰ amor
& contra legem:ſicut accidere poteſt homini exterio-
ri: verbi gratia , vt non ſponſam,vel coniugem amet,
ſed aut meretricem aut adulteram: ita & interiori ho-
mini,hoc eſt,animæ accidere poteſt amor non in legi-
timum ſponſum,quem diximus eſſe verbum dei,ſed in
adulterum aliquem & corruptorem.Quod ſub hac ea-
dem figura euidenter declarat Ezechiel propheta, vbi Ezech. 23.a
Oollam & Oolibam introducit ſub ſpecie Samariæ &
Hieruſalem,adulterino amore corruptas:ſicut locus ip
ſe ſcripturæ propheticæ oſtendit volentibus plenius ſci
re. Exardeſcit autem etiam hic ſpiritualis amor animæ
aliquando quidem,vt edocuimus,erga aliquos ſpiritus
nequitię:aliquando erga ſpiritum ſanctum, & verbum
dei qui eſt ſponſus fidelis,& eruditæ animæ vir dicitur:
& cuius ipſa ſponſa in hac præcipuè ſcriptura, quæ ha-
betur in manibus, nominatur: ſicut præſtante domino
plenius oſtendemus cùm verba ipſius libelli explanare E
cœperimus. Videtur autem mihi quòd diuina ſcriptu-
ra volens cauere ne lapſus aliquis legentibus ſub amo-
ris nomine naſceretur,pro infirmioribus quibuſq; eum
qui apud ſapientes ſeculi Cupido ſeu amor dicitur, ho-
neſtiori vocabulo charitatem vel dilectionem nomi-
naſſe.Verbi gratia,vt cùm dixit de Iſaac:Et accepit Re- Gene.24.
beccam,& facta eſt ei vxor,& dilexit eam.Et iterum de
Iacob & Rachel ſimiliter dicit ſcriptura:Rachel autem
erat decora oculis, & pulchra facie,& dilexit Iacob Ra Gene.29
chel, & dixit:ſeruiam tibi ſeptem annis pro Rachel filia
tua iuniore. Euidentius autem immutatus vſus vocabu
li huius apparet in Amnon qui adamauit ſororem ſu- 2.Reg.13.
am Thamar . Scriptum eſt enim: Et factũ eſt poſt hæc,
& erat Abſalon filio Dauid ſoror , decora facie valde,
& nomen ei Thamar,& dilexit eam Amnon filius Da
uid.Dilexit poſuit, pro adamauit.Et tribulabatur,iquit,
Amnon ita vt infirmaretur propter Thamar ſororem
ſuam:quoniam virgo erat,& graue videbatur in oculis
Amnon facere ei aliquid . Et poſt pauca de violentia
quam intulit Amnon Thamar ſorori ſuæ, ita dicit ſcri
ptura : Et noluit Amnon audire vocem eius,ſed inua-
luit ſuper eam, & humiliauit eam,& dormiuit cũ ea, & F
odiuit eam odio Amnon magno valde, quoniam ma-
ius erat odium quo oderat eam,quàm dilectio qua di-
lexerat eam.Et in his ergo & in pluribus aliis locis,in-
uenies ſcripturam diuinam refugiſſe amoris vocabu-
lum,& charitatis dilectionisq; poſuiſſe.Interdum(licèt
rarò) proprio tamen vocabulo amorem nominat, &
inuitat ad eum atque incitat animas , vt cùm dicit in
Prouerbiis de ſapientia:Adama eam, & ſeruabit te:cir- Prou.4.a
cunda eam, & exaltabit te:honora eam , & complecte-
tur te.Sed & in eo libello, qui dicitur ſapientia Salomo
nis ita ſcriptũ eſt de ipſa ſapientia: Amator factus ſum Sapien.8.a.
decoris eius. Arbitror autem quòd vbi nulla lapſus vi-
debatur occaſio , ibi tantum nomen amoris inſeruit.
Quid enim paſſibile,aut quid indecorum poſſit aliquis
aduertere in amore ſapiẽtiæ,vel in eo qui ſe amatorem
profiteatur eſſe ſapientiæ ? Nam ſi dixiſſet,quia adama-
uit, vel Iſaac Rebeccam, vel Iacob Rachel,paſſio vtiq;
aliqua indecora per hæc verba erga ſanctos dei homi-
nes potuiſſet intelligi:apud eos præcipuè qui neſciunt à
litera conſcendere ad ſpiritum . Apertiſſimè autem in
hoc ipſo libello qui habetur in manibus,amoris nomẽ,
charitatis vocabulo permutatum eſt , in eo vbi dixit:

Adiuraui

G Adiurauí vos filiæ Hierusalem, ſi inueneritis fratruelé meum, vt annunciétis ei, quia vulneratę charitatis ego ſum: pro eo vtique vt diceret, Amoris eius telo percuſſa ſum. Nihil ergo intereſt in ſcripturis diuinis, vtrum charitas dicatur, an amor, vel dilectio, niſi quòd interdum nomen charitatis extollitur, vt etiam ipſe deº cha-
1.Ioan.4.b ritas appelletur, ſicut Ioannes dixit: Chariſſimi, diligamus inuicem, quia charitas ex deo eſt: & omnis qui diligit, ex deo natus eſt, & cognoſcit deum: qui autē non diligit, non cognoſcit deum: quia deus charitas eſt. Et quanuis alterius temporis ſit dicere aliquid de his quæ exempli cauſa ex Ioannis epiſtola protulimus: tamen breuiter etiam aliqua perſtringere, non eſt viſum abſurdum. Diligamus, inquit, inuicem: quia charitas ex deo eſt. Et poſt pauca: Deus charitas eſt: in quo oſtendit & ipſum deum charitatem eſſe, & iterum eum qui ex deo
Ioan.13.a eſt, charitatem eſſe. Quis autem ex deo eſt, niſi ille qui dicit: Ego ex deo exiui, & veni in hunc mundum? Quòd ſi deus pater charitas eſt, & filius charitas eſt: charitas autem & charitas vnum eſt, & in nullo differt: conſequenter ergo pater & filius, vnum bene dicuntur, & ideo conuenienter Chriſtus, ſicut ſapientia, & virtus, &
H iuſtitia, & verbum, & veritas, ita & charitas dicitur. Et
1.Ioan.4.d ideo dicit ſcriptura: Quia ſi charitas manet in vobis, deus in vobis manet. Deus autem, id eſt, pater & filius,
Ioan.14.c. qui & veniunt ad eum qui perfectus in charitate eſt, ſecundum verbum domini & ſaluatoris dicentis: Ego & pater veniemus ad eum, & manſionem faciemus apud eum. Sciendum ergo eſt, quòd hæc charitas quæ deus eſt, cùm in aliquo fuerit, nihil terrenum, nihil materiale, nihil corruptibile diligit. Contra naturam nanq; eſt ei corruptibile aliquid diligere, cùm ipſa ſit incorrupti-
1.Timo.6.c onis fons. Ipſa eſt enim ſola quæ habet immortalitatem. Siquidem deus charitas eſt, qui ſolus habet immortalitatem, lucem habitans inacceſſibilem. Quid autem aliud immortalitas, niſi vita æterna eſt, quam daturum ſe promittit deus credentibus in ipſum, ſolum verum deum, & quem miſit Ieſum Chriſtum filium eius? Propterea ergo in primis & ante omnia hoc amabile, & placitum dicitur eſſe deo, vt quis diligat dominū deū
Deute.6.a ſuum, ex toto corde ſuo, & ex tota anima ſua, & ex totis viribus ſuis. Et quia deus charitas eſt, & filius qui ex deo eſt, charitas eſt: ſui ſimile aliquid requirit in nobis,
I vt per hanc charitatem quæ eſt in Chriſto Ieſu, qui eſt charitas, velut cognata quadam per charitatis nomen affinitate ſociemur, ſicut & ille qui iam coniunctus ei
Roma.8.g dicebat: Quis nos ſeparabit à charitate dei quæ eſt in Chriſto Ieſu domino noſtro? Hæc autem charitas, omnem hominem proximum diligit. Ob hoc enim arguit ſaluator quendam, qui opinabatur quòd iuſta anima erga eam quæ iniquitatibus inuoluta eſt, propinquitatis iura non ſeruet, & iſta de cauſa texuit iſtam parabolā, quæ dicit, quòd in latrones incidit quidam dum deſcē-
Luc. 10.e dit ab Hieruſalem in Hiericho, & culpat quidem ſacerdotem ac leuitam, qui videtes ſeminecem præterierūt: amplectitur autem Samaritanum qui miſericordiam fecerit, & hunc fuiſſe ei proximum, ipſius qui propoſuerat reſponſione firmauit, & ait ei: Vade, & tu fac ſimiliter. Etenim natura omnes nobis inuicem proximi ſumus. Operibus verò charitatis, fit proximus ille, qui poteſt benefacere ei qui non poteſt. Vnde & ſaluator noſter factus eſt proximus nobis, nec pertrāſiuit nos cùm ſemineces ex latronum vulneribus iaceremus. Igitur ſciendum eſt dei charitatem ſemper ad eum tendere à quo & originem duxit, & ad proximum reſpicere cū quo participium gerit, vtpote ſimiliter creatum in cor K
ruptione. Sic ergo quæcúque de charitate ſcripta ſunt, quaſi de amore dicta ſuſcipe, nihil de nominibus curans: eadem nanque in vtroque virtus oſtēditur. Quòd ſi quis dicat: quia & pecuniam, & meretricem, & alia ſimiliter mala eodem vocabulo quod à charitate duci videtur, diligere appellamus: ſciendum eſt in his non propriè, ſed abuſiuè charitatem nominari. Sicut verbi gratia, & deus, nomen principaliter in eo eſt: ex quo omnia, & per quem omnia, & in quo omnia: quod vtiq; apertè, virtutem & naturam trinæ ſingularitatis denū-
ciat. Secundo verò in loco, & (vt ita dixerim abuſiuè) deos dicit ſcriptura etiam illos ad quos ſermo dei fit, ſicut confirmat ſaluator in euangeliis. Sed & cœleſtes
Pſalm.81.b virtutes ſub hoc nomine appellari videntur, dum dicitur: Deus ſtetit in ſynagoga deorum, in medio autem
Deute. 6.a deos diiudicat. Tertiò verò in loco, iam non abuſiuè, ſed falſò dij gentium dæmones appellantur, cùm dicit ſcriptura: Omnes dij gentium dæmonia. Itaque & pri-
Pſalm. 95.b mum charitatis nomen in deo eſt: propter quod iubemur diligere deum ex toto corde noſtro, ex tota anima noſtra, & ex totis viribus noſtris: vtpote cum à quo habemus hoc ipſum, vt diligere poſſimus. In ipſo iam L
ſine dubio continetur: vt & ſapientiam, & iuſtitiam, & pietatem, & veritatem, omneſq; virtutes pariter diligamus. Vnum enim atque idem eſt diligere deum, & diligere bona. Secūdo in loco quaſi abuſiuo & inde deriua-
to nomine, etiam proximum diligere iubemur tanquā noſipſos. Tertium verò eſt quòd falſò ſub charitatis titulo nominatur: diligere vel pecuniam, vel voluptates,
1.Ioan.4.c vel omne quicquid ad corruptelam pertinet & errorē. Non ergo intereſt: vtrum amari dicatur deus, an diligi. Nec puto quòd culpari poſſit, ſi quis deum, ſicut Ioannes charitatem, ita ipſe amorem nominet. Denique memini aliquem ſanctorum dixiſſe, Ignatiū nomine, de Chriſto: Meus autem amor crucifixus eſt: nec repre-
hendi eum pro hoc dignum iudico. Sciendum autem quòd omnis qui vel pecuniam diligit, vel ea quæ in mū-
do ſunt materiæ corruptibilis, virtutem charitatis quæ ex deo eſt, ad terrena & ad caduca deducit: & rebus dei abutitur ad ea quæ non vult deus. Non enim deus dile-
ctionem horum, ſed vſum hominibus dedit. Hæc autē paulò latius diſcuſſimus, volentes de natura charitatis M
& amoris apertius attētiusq; diſtinguere: ne fortè quoniam ſcriptura dicit: quia deus charitas eſt: omne quod diligitur etiam ſi corruptibile ſit, ex deo eſſe, & hoc charitas & dilectio putaretur: Sed oſtenditur: res quidē dei & munus eius eſſe charitas: non tamen ſemper ab hominibus ad ea quæ dei ſunt, & quæ deus vult, opus eius aſſumi. Sed & hoc ſcire oportet, quòd impoſſibile eſt vt non ſemper humana natura aliquid amet. Omnis nanque qui ad id ætatis venerit, quam pubertatem vocant, amat aliquid: ſeu minus rectè, cùm amat quę non oportet: ſeu rectè & vtiliter, cùm amat quæ oportet. Verùm nonnulli hunc amoris affectum qui animæ rationabili inſitus eſt, beneficio conditoris, aut ad amorem pecuniæ trahunt, & auaritiæ ſtudium: aut erga gloriam captandam, & ſiunt inanis gloriæ cupidi: aut erga ſcorta ſectanda, & inueniuntur impudicitiæ libidinisq; captiui: aut ad alia his ſimilia, virtutem tanti boni huius effundunt. Sed & cùm erga diuerſas artes amor iſte ducitur quæ manu miniſtrantur, aut per ſtudia præſentis vitę non ſolum neceſſaria: vt verbi gratia dixerim, erga artē palæſtricam, vel curſus exercitia: aut certè etiā erga geometricam, vel muſicam, vel arithmeticā cōfer-
tur atque

A tur, atque ad alias vel huiuſmodi diſciplinas: nec ſic quidem mihi videtur vſus eius probabiliter ſumi. Si enim quod bonum eſt, hoc & probabile eſt: bonum autē propriè non erga vſus corporeos, ſed in deo primum & animi virtutibus intelligitur: cōſequenter ille amor probabilis eſt, qui deo & animæ virtutibus coaptatur. Et hoc ita ſe habere, definitione ipſius ſaluatoris oſtenditur: vbi interrogatus à quodam, quòd eſſet mandatū
Matth.22.d & Mar. 12.c & Luc.10.c. omnium maius & primum in lege: reſpondit: Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex totis viribus tuis. Secundum verò ſimile eſt illi: Diliges proximum tuum ſicut teipſum. Et adiecit: In his duobus mandatis omnis lex pendet & prophetæ: oſtendens per hæc duo iuſtum amorem legitimumq; conſtare: atque in his vniuerſam legē, prophetasq; pendere. Sed & quòd ait: Non adulterabis, non occides, non furtum facies, non falſum teſtimonium dices: & ſi quod aliud mandatum, in hoc verbo inſtauratur in quo ait: Diliges proximum tuū ſicut teipſum: quod hoc modo facilius explanabitur. Ponamus, verbi gratia, mulierem amore alicuius viri ardentem, cu-
B pientemq; in conſortium eius aſciſci: nonne omnia ita aget, & omnes motus ſuos ita temperabit, vt ſciat illi placere quem diligit: ne fortè ſi in aliquo contra voluntatem illius egerit, conſortia eius vir ille optimus refutet atque ſpernat: Poteritne hæc mulier quæ erga amorem viri illius toto corde, tota anima, totisq; viribº feruet, aut adulterium committere, quæ eum nouerit amare pudicitiam: aut homicidium, quæ eum nouerit mitem: aut furtum, quæ ei ſciat liberalitatem placere? aut concupiſcet aliena, quæ omnes ſuas concupiſcentias erga amorē viri illius habeat occupatas? Sic ergo in charitatis perfectione & omne mandatum inſtaurari dicitur, & legis virtus prophetarumq; pendere. Propter iſtud charitatis vel amoris bonum, ſancti nec in tribulatione anguſtiantur, nec aporiati exaporiantur, nec deiecti pereunt: ſed quod in præſenti eſt momentaneum, & leue tribulationis eorum, ſupra modum æternū gloriæ pondus operatur illis. Non enim omnibus, ſed Paulo, & his qui ei ſimiles ſunt, præſens hæc & momentanea ac leuis dicitur tribulatio: quia perfectam chari-
C tatem dei in Chriſto Ieſu per ſpiritum ſanctum habēt in corde ſuo diffuſam. Sic denique & Iacob patriarchā
Gene.29.& ſequen. amor Rachel per ſeptem annos continuos in laboribus poſitum, diurni æſtus, & nocturni frigoris vſtionem ſentire non ſiuit. Sic ipſum Paulum vi amore huius in-
1.Cor.13.b cenſum, audito dicentem: Charitas omnia patitur, omnia credit, omnia ſperat, omnia tolerat: charitas nunquam cadit. Nihil ergo eſt quod non toleret, qui perfectè diligit. Plura autem quando nō toleramus: certum quòd ob hoc, quia charitatem, quæ omnia tolerat, non habemus. Et ſi non ferimus aliqua patienter: idcirco eſt, quia charitas nobis deeſt, quæ omnia patitur. In luctamine quoque eo quod eſt nobis aduerſus diabolum, quòd frequenter cadimus, non dubium eſt quin ob hoc fiat, quòd non eſt in nobis charitas illa, quæ nunquam cadit. Hunc ergo amorem loquitur præſens ſcriptura: quo erga verbum dei, anima beata vtitur & inflammatur: & iſtud epithalamij carmē per ſpiritum canit, quo eccleſia ſpōſo cœleſti Chriſto coniungitur ac ſociatur, deſiderans miſceri ei per verbum: vt concipiat ex eo, &
1.Timo.2.d ſaluari poſſit per hanc caſtam filiorum generationem, cùm permanſerint in fide & ſanctitate cum ſobrietate: vtpote concepti ex ſemine quidem verbi dei, æditi verò genitiq;, vel ab immaculata eccleſia, vel ab anima, D
nihil corporeum, nihil materiale requirente: ſed ſolo verbi dei amore flagrante. Hæc interim nobis ad præſens de amore vel charitate, quæ in epithalamio hoc cā-
tici canticorum refertur, occurrere potuerunt, Sed ſciendum eſt, tam multa eſſe, quę dici debeant de charita-
1.Ioan.4.b te hac, quanta & de deo: ſiquidem ipſe eſt charitas. Scit
Ioan.10.c enim nemo patrem, niſi filius, & cui voluerit filius reuelare. Similiter autem etiam ipſum filium, quoniam & ipſe charitas eſt: nemo ſcit, niſi pater, & ſecundū hoc quod charitas dicitur. Solus autem ſpiritus ſanctus eſt, qui ex patre procedit: & ideo ſcit quæ in deo ſunt: ſicut ſpiritus hominis ſcit, quæ in homine ſunt. Hic ergo pa-
1.Cor.2.c racletus ſpiritus veritatis, qui de patre procedit, circuit quærens, ſi quas inueniat dignas & capaces animas: quibus reuelet magnitudinem charitatis huius, quæ ex deo eſt. Nunc ergo iam ipſum deum patrem, qui charitas eſt inuocātes, per eam quæ ex ipſo eſt charitatem, etiam ad reliqua diſcutienda veniamus, & tētemus primùm de eo requirere quid illud ſit, quòd cùm tria volumina eccleſia dei à Salomone ſcripta ſuſceperit, primus ex ipſis Prouerbiorum liber poſitus ſit: ſecundus is qui Eccleſiaſtes appellatur: tertio verò in loco Cantici canticorum volumen habeatur. Quæ ergo nobis occur E
rere poſſunt in hoc loco, iſta ſunt. Generales diſciplinæ, quibus ad rerum ſcientiam peruenitur, tres ſunt: quas Græci ethicam, phyſicam, & theoricen appellauerunt: nos has dicere poſſumus moralem, naturalem, & inſpectiuam. Nonnulli ſanè apud Græcos, etiam Logicen, quam nos rationalem poſſumus dicere, quarto in numero poſuere. Alij non extrinſecus eam: ſed per has tres, quas ſuprà memorauimus diſciplinas, innexam cō-
ſertamq; per omne corpus, eſſe dixerunt. Eſt enim Lo- Logice.
gice, & velut nos dicimus, rationalis: quæ verborum dictorumq; videtur continere rationes, proprietatesq; & improprietates, generaq; & ſpecies, & figuras ſingulorum quoque edocere dictorum: quam vtique diſciplinam non tam ſeparari quàm inſeri cæteris conuenit & intexi: Moralis autem dicitur, per quam mos viuendi Ethice.
honeſtus aptatur, & inſtituta ad virtutem tendentia præparantur. Naturalis dicitur, vbi vniuſcuiuſque rei Phyſice.
natura diſcutitur, quo nihil contra naturam generatur in vita: ſed vnumquodque his vſibº deputetur, in quos à creatore productum eſt. Inſpectiua dicitur, qua ſupergreſſi viſibila, de diuinis aliquid & cœleſtibus contem- F
plamur, eaq; ſola mente intuemur, quoniam corporeū Theorice.
ſupergrediuntur aſpectum. Hæc ergo vt mihi videtur, ſapientes quique Græcorum ſumpta à Salomone: vtpote qui ætate & tempore longè ante ipſos prior, ea per dei ſpiritum didiciſſet, tanquam propria inuenta protulerunt: & inſtitutionum ſuarum voluminibus comprehenſa, poſteris tradenda reliquere. Sed hæc, vt dixiº, Salomon ante omnes inuenit, & docuit per ſapientiam quam accepit à deo, ſicut ſcriptum eſt: Et dedit deº pru-
3.Reg.4.d dentiam Salomoni, & ſapientiam multam valde, & latitudinem cordis, ſicut arenam, quę eſt ad oram maris: & multiplicata eſt in eo ſapiētia ſuper omnes antiquos filios hominum, & ſuper omnes ſapientes Aegypti. Salomon ergo tres iſtas quas ſupra diximus generales eſſe diſciplinas: id eſt, moralem, naturalem, & inſpectiuā, diſtinguere abinuicem ac ſecernere volens, tribus eas libellis ædidit: ſuo quoque ordine ſingulis conſequenter aptatis. Primo ergo in Prouerbiis moralem docuit locum, ſuccinctis vt decuit, breuibusq; ſententiis vitæ inſtituta componens. Secundam verò, quæ naturalis appellatur, comprehendit in Eccleſiaſte: in quo multa de

rebus

G rebus naturalibus differens: & inania ac vana ab vtilibus neceſſariiſq; ſecernens, relinquendam vanitatem monet,& vtilia rectaq; ſectanda. Inſpectiuum quoq; locum in hoc libello tradidit,qui habetur in manibus:id eſt,in cantico canticorum, in quo amorem cœleſtium diuinorumq; deſiderium incutit animę,ſub ſpecie ſponſæ ac ſponſi,charitatis & amoris viis perueniendū docens ad conſortium dei. Hoc verò eum veræ philoſophiæ fundamentum ponentem,& ordinem diſciplinarum inſtitutionumq; condentem, quòd non latuerit, neque ab eo abiectus ſit,etiam rationalis locus euidenter oſtendit in principio ſtatim Prouerbiorum ſuorū.

Prouerbia. Primo omnium per hoc ipſum,quòd prouerbia attitulauit libellum ſuum:quod vtique nomẽ ſignificat aliud quidem palam dici,aliud verò intrinſecꝰ indicari. Hoc enim & communis vſus prouerbiorum docet, & Ioannes in euangelio ſaluatorem ita ſcribit dicentem: Hæc

Ioan.16.f in prouerbiis locutus ſum vobis: veniet hora,cùm iam non in prouerbiis loquar vobis: ſed manifeſtè de patre annunciem vobis. Hęc interim in ipſa tituli inſcriptione. In ſequenti verò ſtatim ſubiungit diſcretionem ſermonis,& diſtinguit ſcientiam à ſapientia, & à ſapien-

H tia diſciplinam: & intellectum verborum aliud ponit, & prudentiam dicit in eo eſſe, vt excipere quis poſſit verborum verſutiam. Diſtinguit etiam iuſtitiam verā à directione iudicij:ſed & aſtutiam nominat quandam his quos imbuit neceſſariam:illam credo,per quam ſophiſmatum intelligi ac declinari poſſit argutia. Et ideo dicit innocentibus per ſapientiam dare aſtutiam: ſine dubio,ne in verbo dei decipiātur fraude ſophiſtica. Sed in hoc mihi videtur rationalis diſciplinæ meminiſſe, per quam doctrina verborum dictorumq; ſignificantiæ diſcernuntur,& vniuſcuiuſq; ſermonis proprietas, certa cum ratione diſtinguitur,in qua præcipuè eruditi conuenit pueros: hoc enim hortatur, cùm dicit: Vt det puero iuniori ſenſum & cogitationem. Et quia, qui in his eruditur, neceſſariò rationabiliter per ea quæ didicit,ſemetipſum gubernat,& vitam ſuam moderatius librat: propterea dicit: Intelligens autem gubernacula acquiret. Poſt hæc verò cognoſcens in verbis diuinis, quibus per prophetas humano generi traditus eſt ordo viuendi, diuerſos eſſe eloquij tropos, & varias dicendi ſpecies:ac ſciens haberi in eis aliquam figuram, quæ pa-

I rabola appelletur,& aliam quæ obſcura dictio vocetur: aliasq; quæ ænigmata nominentur, & alias quæ dicta ſapientum dicantur, ſcribit. Intelliges quoque parabolam & obſcurum ſermonem,dictaq; ſapientum & ænigmata. Per hæc ergo ſingula,rationalem locum manifeſtè & euidenter exponit,ac more veterum ſuccinctis breuibusq; ſententiis,ingentes & perfectos explicat ſen-

Pſalm.1.a. ſus. Quæ ſi quis eſt qui in lege domini meditetur die ac
Prou.10.d nocte,& ſi quis eſt ſicut iuſti os, quod meditatur domini ſapientiam, inueſtigare diligentius poterit & inuenire: ſi tamen rectè quis ierit, & quærēs pulſauerit oſtiū ſapientię,petens à deo vt aperiatur ſibi,& mereatur accipere per ſpiritum ſanctum verbum ſapiētiæ, verbum ſcientiæ, fieriq; particeps illius ſapientiæ, quæ dicebat: Extēdebam enim verba mea,& non audiebatis. Et meritò extendere ſe dixit verba in eius corde, cui dederit deus,ſicut ſuprà diximus,latitudinem cordis. Dilatatur nanq; illius cor,qui poteſt ea quæ breuiter in myſteriis dicta ſunt,latiore doctrina,ſumptis ex voluminibus diuinis aſſertionibus explanare. Oportet igit̄ ſecūdū hanc eādē ſapientiſſimi Salomonis doctrinā, eū qui ſapiētiā ſcire deſiderat,incipere ab eruditione morali, & intelligere illud quod ſcriptum eſt: Concupiſti ſapientiam: K
ſerua mandata,& dominus dabit eam tibi. Ob hoc magiſter hic, qui primos homines diuinam philoſophiam docet,operis ſui exordium prouerbiorum poſuit libellū in quo,vt diximus,moralis traditur locus:vt cùm intellectu moribusq; quis profecerit, veniat etiam ad naturalis intelligentiæ diſciplinam: atque ibi rerum cauſas naturasq; diſtinguens, agnoſcat vanitatem vanitatum relinquendam: ad æterna autem & perpetua properandum,& ideo poſt prouerbia ad Eccleſiaſtē venitur:qui Eccleſiaſtes docet, vt diximus, viſibilia omnia & corporea,caduca quid doceat eſſe & fragilia. Quæ vtiq; cùm ita eſſe deprehenderit is qui ſapientiæ ſtudet,ſine dubio contemnet ea ac deſpiciet:& vniuerſo, vt ita dicam,ſeculo renuncians,tēdet ad inuiſibilia & æterna: quæ ſpiritualibus quidem ſenſibus,ſed adopertis amorum quibuſdam figuris docentur in Canticis canticorum. Ideo enim nouiſſimum locū tenet hic liber:vt tunc ad eum veniatur, cùm & moribus quis fuerit defecatis,& rerum corruptibilium atq; incorruptibilium ſcientiam diſtinctionemq; didicerit: per quæ in nullo poſſit ex his figuris quibus ſponſæ ad ſpōſum cœleſtis,id eſt,animæ perfectæ amor ad verbum dei deſcribitur ac formatur, offendere. Præmiſſis nāq; his quibus purificatur anima per actus ac mores, L
& in rerum diſcretionem naturalium perducitur, cōpetenter ad domeſtica venitur,& ad myſtica atq; ad diuinitatis contemplationem, ſyncero & ſpirituali amore conſcenditur. Hanc ergo triplicem diuinæ philoſophiæ formam,etiam in illis ſanctis ac beatis viris arbitror præſignatam,pro quorum ſanctiſſimis inſtitutionibus,deus ſummus dici voluit,deus Abraham,deus Iſaac, deus Iacob, Abraham tanquā moralem declarat philoſophiam per obedientiam. Tanta enim eius fuit obedientia,& obſeruatio mādatorum, vt cùm audiret: Exi de terra tua,& de cognatione tua, & de domo pa- Gene.12.a
tris tui:non ſit cunctatus, ſed ſtatim fecerit: imò & aliquid amplius fecerit. Audiens enim vt immolaret filiū Gene.22
ſuum:nec inde quidem dubitat,ſed obtemperat præcepto,& ad exemplum obedientiæ, quæ eſt moralis philoſophię, poſteris dandum, nec filio ſuo vnico pepercit. Iſaac quoq; naturalē philoſophiā tenet, & cùm puteos Gene.26.d
fodit, & rerum profunda rimatur. Sed & Iacob inſpec- & ſequen.
tiuū tenet locū, quippe qui & Iſraēl ob diuinorū contemplationem nominatus ſit,& qui caſtra cœli viderit, Gene.32.f
& domum dei, atq; angelorum vias. i.ſcalas à terris in M
cœlum porrectas proſpexit. Vnde & meritò inuenimus Ibidem.a. & 28.c
tres iſtos beatos viros altaria fixiſſe deo:hoc eſt, philo- Gene.22.b & 35.b.
ſophię ſuæ conſecraſſe profectus:quo ſcilicet edoceret, non hęc ad artes humanas,ſed ad dei gratiā referenda. Sed & in tabernaculis degunt,vt per hæc oſtēdant,neq; in terris habendum eſſe aliquid propriū huic qui diuinæ philoſophiæ ſtudet,ſed ſemper promouendū:non tam de loco ad locum,quàm de ſcientia inferiorum ad ſcientiam perfectorum. Sed & alia multa in ſcripturis diuinis inuenies,quæ ordinem hunc quem in libellis Salomonis contineri diximus, ſecundū hanc eandem formā deſignant:ſed ea nunc nobis proſequi aliud in manibus habentibus longū eſt. Si quis ergo primum locū, in emendandis moribus mandatisq; ſeruandis, qui per prouerbia deſignatur,impleuit:poſt hæc autē deprehenſa vanitate mundi,& rerū caducarū fragilitate perſpecta venit in hoc,vt renunciet mundo & omnibus quæ in mundo ſunt:conſequenter veniet etiā ad contēplanda & deſideranda ea quæ non videntur,& æterna ſunt. Ad quæ tamē vt peruenire poſſimus,indigemus diuina miſericordia,ſi

A miſericordia, ſi fortè valeamus perſpecta pulchritudine verbi dei,ſalutari in eum amore ſuccendi: vt & ipſe dignetur huiuſmodi animam diligere, quam deſideriū ſui habere perſpexerit. Poſt hæc exigit nos conſequentia ſermonis,dicere etiam de ſuperſcriptione ipſa Cantici canticorum. Simile enim eſt hoc illis,quæ in taber-

Exo.26.g naculo teſtimonij appellantur ſancta ſanctorū, & illis
1.Cor.1.b quæ in libro Numerorū memorātur opera operū,quęq; apud Paulū dicuntur ſecula ſeculorū. Sed quomodo
& Col.1.d differant à ſanctis ſancta ſanctorū in Exodo:& quomodo differant opera ab operibus operū,in Numerorum libro,tractantibus prout potuimus, dictum eſt à nobis. Sed & de ſeculo ſeculorum,in locis quibus occurrit,nō omiſſum eſt:& ne eadē repetamus,illa ſufficiant. Nunc ergo requiramus primò,quæ ſint cantica,quorū canticorum hoc eſſe canticū dicitur. Puto ergo cp cātica ſint illa,quæ dudū per prophetas vel per angelos canebant.

Galat.3.c Lex enim dicitur per angelos miniſtrata in manu me-
& Act.7.g. diatoris. Illa ergo omnia quæ per illos annunciabātur, cantica erant per amicos ſponſi præcedentia. Iſtud verò vnū canticū eſt,quod ipſi iam ſponſo ſponſam ſuam ſuſcepturo,epithalamij ſpecie erat canendum. In quo

B ſponſa non adhuc per amicos ſponſi cantari ſibi vult: ſed ipſius iam ſponſi præſentis audire verba deſiderat, dicens: Oſculetur me oſculo oris ſui: vnde & omnibus cāticis meritò præfertur. Videntur enim cætera cātica, quę lex & prophetæ cecinerunt,paruulæ adhuc ſponſę, & quæ nondum veſtibula maturæ ætatis ingreſſa ſit,de cantata. Hoc verò canticū adultæ,& iā valdæ robuſtæ, & quæ capax ſit iā virilis potentiæ, perfectiq; myſterij, decantari videtur, ſecundū quod dicitur de ipſa, quia

Can.6.c vna ſit perfecta colūba: quæ ſi perfecta,ergo & perfecti viri ſponſa,perfectæ ſuſcepit verba doctrinæ. Primū ergo canticū cecinit deo Moyſes & filij Iſraēl, quādo viderunt Aegyptios mortuos ad littus maris: & quando viderunt manū fortē & brachium excelſum domini,& crediderunt deo & famulo eius Moyſi. Tunc cantauerunt dicentes: Cātemus domino,glorioſē enim hono-

Exod.15.a rificatus eſt. Ego autem arbitror, cp non poſſit ad iſtud perfectū quis & myſticū canticum peruenire,& ad iſtā perfectionem ſponſæ,quæ in hac ſcriptura continetur, niſi priꝰ ambulet per ſiccū in medio mari,& fiat ei aqua

Ibid.14.c murus à dextera læuaq;, & ſic euadat de manibus Aegy-
& ſequen. ptiorū,ita vt videat eos mortuos ad littus maris: atque intuens manum fortem domini, qua interfecit Aegyptios, credat domino & famulo eius Moyſi. Moyſi aūt

C dico, legi atq; euangeliis, omnibusq; diuinis ſcripturis:

Exod.15.a tunc enim meritò cantabit,& dicet: Cātemus domino, glorioſē enim honorificatus eſt. Sed iſtud cāticū canet quis,cùm primùm liberatus fuerit à ſeruitute Aegyptiorum. Poſt hæc aūt cū tranſierit per hæc omnia, quæ in Exodo,& quæ in Leuitico ſcripta ſunt, & venerit ad

Zareth. hoc vt in diuinos numeros aſſumatur:tunc iterū ſecundum canticū canet,cū exierit de valle Zareth,quod interpretatur aliena deſcenſio,& venerit ad puteū,de quo

Nume.20.c ſcriptū eſt: Et dixit dominus ad Moyſen: Congrega populū,& dabo eis aquā de puteo bibere. Ibi enim cātabit

Ibi.21.d & dicet: initiate ei puteū. Foderunt illū principes, excuderunt eū reges gentiū in regno ſuo, cùm dominantur eorum. Sed de his plenius in Numerorum libro, ſecūdū quod dedit nobis dominus, dictum eſt. Oportet igitur venire ad puteum, qui à principibus foſſus eſt, & à regibus excuſus eſt. In quo opere nemo plebeꝰ operatur: ſed omnes principes, omnes reges, regales ſcilicet & principales animæ, quæ altitudinem putei, aquam viuā

continentis inquirunt. Poſt illud canticum venitur ad D
Deuteronomij canticū, de quo dicit dominus: Et nunc Deute 31.e
ſcribite vobis verba cantici huius, & docete illud filios Iſraēl,& iniicite illud in os eorum:vt fiat mihi canticū iſtud ad teſtimonium in filiis Iſraēl. Et vide quātum & quale ſit canticum iſtud:cui ad audiendum terra nō ſufficit,ſed conuocatur & cœlum. Ait enim: Attende cœlū Ibi.32.a
quę loquar:& audiat terra verba ex ore meo. Vide quàm magna ſint, quàm ingentia quæ dicuntur. Expectetur, ait,ſicut pluuia eloquium meum,& deſcendat ſicut ros ſuper gramen,& ſicut nix ſuper fœnū, quia nomen domini inuocaui:& reliqua. Quartum canticum eſt in libro Iudicū, de quo ſcriptū eſt: Et cantauit Debbora & Iudic.5.a
Barac filius Abinoēm in die illa dicentes, incipiendo: Principales in Iſraēl in propoſito populi benedicite dominum. Audite reges auribus,percipite ſatrapæ:& reliqua. Hæc autem quæ canit, apis eſſe debet: cuius opus tale eſt, vt eo reges & mediocres vtātur ad ſanitatē. Deb Debbora
bora nanq; apis interpretatur, quæ iſtud canticum canit: ſed & Barac cum ipſa. Interpretatur autem Barac Barac.
coruſcatio. Et canitur iſtud canticū poſt victoriā, quia nec antè quis poteſt quæ perfecta ſunt canere, niſi vbi aduerſarios vicerit. Sic deniq; & in ipſo cātico dicitur: Exurge,exurge Debbora,exuſcita milia populi. Exurge, E
exurge, cane canticum: exurge Barac. Verūm & de his plenius in illis oratiunculis,quas de libello Iudicū ædidimus,diſſerta reperies. Quintum poſt hæc canticū eſt
in ſecundo libro regnorum, cùm locutus eſt Dauid ad 2.Reg.22.a.
dominum verba cantici huius,in die qua liberauit eum dominus de manu omnium inimicorum ſuorum,& de manu Saul, & dixit: Dominus mihi petra,& munitio mea: liberator dñs deus meus,cuſtos erit mihi. Si ergo & tu potueris conſiderare qui ſunt inimici Dauid,quos in primo & ſecundo Regnorum libro ſuperat ac proſternit,& quomodo dignus factus eſt,vt domini adiutorium mereretur, & liberaretur ab huiuſmodi inimicis:tunc poteris & tu quintum iſtud canticū canere. Sextum eſt canticum in primo Paralipomenon libro, vbi 1.Para.16.b
conſtituit Dauid in principio ad laudādum dominum Aſaph & fratres eius & eſt initium cantici iſtius tale: Laudate dominum,& confitemini,& inuocate eum in nomine eius,notas facite in populis voluntates eius:canite ei,& hymnum dicite:narrate omnes adinuētiones eius,quas fecit dominus &c. Sciendum tamen eſt,cp cā- F
ticum quidē,quod eſt in ſecundo Regnorū libro,valde
ſimile eſt pſalmo decimoſeptimo. Quod autem eſt in primo libro Paralipomenon,in initiis quidē vſq; ad eū locum vbi dicit: Et in prophetis meis nolite malignari: ſimile eſt centeſimoquarto pſalmo. Poſteriora verò ab hoc loco,ſimilitudinem gerunt primarum partium nonageſimiquinti pſalmi,vbi dicitur: Cantate domino omnis terra:vſq; ad eum locum,vbi ait: quia venit iudicāre terrā. Igitur ſi in his concludēdus eſt numerus Cāticorum,ſeptimo in loco ponendus videbitur liber hic Cantici canticorum. Si quis verò etiam Eſaiæ cāticum Eſa.26.a. &
cum cæteris numerandum putet,licèt non valde con- 42.b.
uenire videatur,vt pręceſſiſſe putetur Eſaiæ canticum, quod lōge poſterioribus temporibus Eſaias ſcripſerit: tamē ſi quis putet, cp prophetica dicta non temporibꝰ, ſed ratione penſanda ſint, adiunget etiam illud canticum,& dicet hoc quod Salomon cecinit Cāticum eſſe canticorum, non tantum eorum quæ prius, ſed & eorum quæ poſtmodum canenda videbantur. Si quis verò putet etiam ex libro pſalmorum debere aſſumi,ſicubi in eo vel canticum ſcribitur, vel canticum pſalmi,

G

multitudinem congregabit præcedentiũ canticorum. Iunget enim cæteris etiam quindecim simul graduum cantica,& requirens singulorum virtutes canticorum atq; ex his proficientis animæ gradus colligens, ac spiritualis intelligentiæ ordinem iterum , consequentiáq; cõponens, ostendere poterit,quàm magnificis gressib⁹ incedens sponsa,per hæc omnia perueniat vsq; ad thalamum sponsi, digrediẽs in locũ tabernaculi admirabilis vsq; ad domũ dei,in voce exultationis & confessionis sonus epulantis:& perueniens vsq; ad ipsum, vt diximus,thalamũ sponsi: vt audiat & loquatur cũcta hęc quę continentur in cantico canticorũ. Adhuc aũt possumus & hæc inquirere priusquã ad ipsum corpus libelli veniamus:cur Salomõ qui videtur obtẽperare in his tribus libellis volũtati spiritussancti, in Prouerbiis quidẽ dicatur Salomon filius Dauid,qui regnauit in Israël : in secundo verò libello , non Salomon scibitur:sed verba,inquit,Ecclesiastes,filij Dauid,regis Israel in Hierusalẽ:&filiũ quidẽ se esse Dauid,similiter vt in primo, & regem Israel scribit.Sed ibi prouerbia,hic verba ponit,& seipsum quem ibi Salomonẽ,hic Ecclesiasten nominat.Et cùm ibi gentẽ solã,in qua regnauerat posuisset,

H

hic & gentem posuit,& locũ regni Hierusalem designat.In Cantico canticorum verò, neq; gentis nomẽ, neq; locum in quo regnet,neq; omnino ꝙ rex sit, neq; ꝙ patrem Dauid habeat,scribit:sed tantummodo canticum ait canticorum,quod est ipsi Salomoni.Et quanuis difficile mihi videatur,aut perscrutari,aut pertingere posse horum differentias:aut vtcũq; inuestigatas palàm proferre,& chartulis credere:tamen inquantũ capere,vel sensus noster,vel auditus legẽtium potest, paucis aperire tentabimus.In plurimis Salomonem Christi typũ ferre:vel secũdum hoc, ꝙ pacificus dicitur: vel

3.Reg.10.& 2.Para.9 & Matt.12.d

secundum hoc,ꝙ regina Austri venit à finibus terrę audire sapientiam Salomonis, non puto dubitandũ. Hic ergo & secundum ꝙ filius Dauid dicitur, regnat in Israel:& secũdum ꝙ supra eos reges, pro quibus ipse rex regũ dicitur regnat. Et rursus ver⁹ ecclesiastes ipse est,

Philipp.2.a

qui cùm in forma dei esset, semetipsum exinaniuit, formam serui accipiens,vt congregaret ecclesiam.A congregando enim ecclesiam,ecclesiastes appellatur.Tum verò quis ita Salomon,id est pacificus,sicut domin⁹ noster

1.Cor.1.d

Iesus Christus: qui factus est nobis sapientia à deo,

I

& iustitia,& pax? Igitur in primo prouerbiorum libro, cùm nos moralibus instituit disciplinis,rex esse dicitur in Israel,necdum in Hierusalem: quia & si Israel dicamur propter fidem, non tamen in hoc peruentum est, vt ad Hierusalẽ cœlestem peruenisse videamur. Vbi verò profecerimus,& in hoc ventũ fuerit,vt ecclesiæ primitiuorum quæ in cœlis est,sociemur: atq; Hierusalem cœlestem(discussis diligentius priscis & naturalib⁹ causis) matrem nostrã noscimus cœlestem : tunc iã nobis etiam ipse Christus ecclesiastes efficitur,& non solũ in Israel,sed & in Hierusalẽ regnare dicitur.Cùm verò ad perfectionẽ omnium ventum fuerit, & sponsa ei perfe

Rom.3.d.

cta:omnis duntaxat rationalis creatura iungetur: quia pacificauit per sanguinẽ suum , non solũ quæ in terris sunt,sed & quæ in cœlis:Tunc Salomon tantummodo

1.Cor.15.c Ibidem.d

dicetur,cùm tradiderit regnũ deo & patri,cũ euacuauerit oẽm principatum & potestatem . Oportet enim eũ regnare, donec ponat inimicos suos sub pedib⁹ suis, & nouissimis inimicus destruatur mors. Et ita pacificatis omnibus patriq; subiectis,cũ erit iã deus omnia in omnibus,Salomon tantũmodo.i.solus pacificus,nominabitur . Competenter ergo in hoc libello qui de amore

K

sponsæ & spõsi erat scribẽdus:etiam pro hoc neq; filius Dauid,neq; rex,neq; aliud horũ quod ad corporeũ pertinere possit intellectum,scribitur:vt merito de eo perfecta iam sponsa dicat: Quia & si aliquando cognouim⁹

Ibidem.5.c

Christũ secundũ carnẽ,sed nunc iam non nouimus: ne quis putet eã corporeũ aliquid amare,aut in carne positũ,& macula aliqua amori eius credatur induci. Propterea Canticũ canticorũ Salomoni tantummodo est,& neq; filio Dauid,neq; regi Israel,neq; aliqua in his prorsus miscetur carnalis nominis intelligentia.Et ne mireris,quod cùm vnus atq; idem sit dominus,atq; saluator noster, dicamus eum velut minorẽ:primo in Prouerbiis, & deinde proficientem in Ecclesiasten , & post hæc habere perfectionem in Cantico canticorũ,cũ hęc etiam in euangeliis videas scripta,vbi propter nos & ipse in nobis dicitur proficere.Sic enim refertur:Quia Ie

Lucæ.2.

sus proficiebat ætate & sapientia apud deum & homines.Puto ergo ꝙ pro his omnibus,neque filius Dauid, neq; rex Israel scribitur:sed & pro eo adhuc ꝙ in Cantico canticorum spõsa iã intantum profecerat vt maius aliquid esset quàm est regnum Hierusalẽ.Nã Hieru

Galat.4.d

salẽ cœlestẽ dicit Apostolus esse, atque ad eã memorat credentes accedere. Hunc ergo sponsum ad quẽ nunc

L

sponsa festinat,idem Paulus cum eum pontificẽ maximum dicit:ita de eo scribit,quasi qui nõ in cœlis sit, sed penetrarit & pertransierit oẽs cœlos,&illuc quoq; eum hæc sua perfecta sponsa sectetur, imò illuc adhærens ei & coniuncta conscẽderit: est enim facta cũ eo vnus spiritus. Vnde videtur mihi & ad Petrum, qui nõ poterat eum primò sequi,cùm diceret:Quo ego vado,vos non

Ioan.13.d

potestis venire modo,dixisse:sequeris aũt postea.Quòd autem sit aliquid maius & ab Israel, inde colligimus ꝙ in Numerorum libro omnis quidem Israel numeratur & duodecim tribus Israel certo sub numero censentur. Tribus verò Leuitica,vtpote cęteris eminentior, supra hunc numerum habetur , & nequaquam in Israelitico numero deputat̃.Dicit eñ ita:Hæc est visitatio, in qua

Nume.1.& 26.2.& seq.

recensiti sunt filij Israel,secundũ domos familiarũ suarum.Omnis visitatio eorum cum virtute sua, sexcenta tria milia quingenti quinquaginta. Leuitæ aũt nõ sunt numerati cum eis,sicut præcepit domin⁹ Moysi. Vides quomodo vt eminentiores à filiis Israel sequestrantur Leuitæ,nec in eorum numero sociantur. Et rursum Leuitis eminentiores scribuntur sacerdotes . Sic enim in

M

eadẽ scriptura continetur.Et locutus est, inquit,dñs ad Moysen,dicens: Accipe summã Leuitarum, & consti-

Nume.3.e

tues eos in cõspectu Aaron sacerdotis,&ministrent ei. Vides & in hoc quomodo superiores Leuitis nominet sacerdotes, & rursus Leuitas eminentiores ponit filiis Israel?Hæc autem visi sumus discutere paulo curiosius, volentes etiam per hæc ostendere rationem:quia in ipsis quoque attitulationibus librorum suorum Salomõ differentiis vsus est necessariis.Sed aliud in Prouerbiis, aliud in Ecclesiaste, aliud etiã in Canticorum cantico ex ipsa inscriptione tituli designauit, & adhuc quod in Cantico canticorum,vbi iam perfectio ostenditur,neq; filius Dauid, neq; rex scribitur . Potest etiam hoc dici: quia cùm factus fuerit seruus sicut dominus, & discipulus sicut magister : videtur iam neq; seruus esse seruus, factus videlicet sicut dominus,neque discipulus esse discipulus,quippe qui sicut magister effectus est:sed fuisse quidẽ aliquando discipulus, nunc verò esse sicut magister : & fuisse quidem seruus aliquando , nunc verò esse sicut dominus.Simili igitur ratione etiam de rege, & in his in quos regnat , aduerti posse videbitur , cùm

regnum

A

regnum iam tradetur deo & patri . Sed & hoc non lateat,nonnullos attitulationem libelli huius Cantica cãticorum scribere,ꝙ non rectè scribitur. Non enim pluraliter,sed singulariter canticum hic dicitur canticorũ.

Canticum canticorum

Hæc quasi in prefatione dicta sunt à nobis de superscriptione ipsa,vel attitulatione libelli. Iam nunc domino nostro nos adiuuãte, ipsius operis adoriamur exordia: &tamen ne illud quidem remaneat in nobis omissum, quod quibusdam requirendum visum est,adhuc de ipsa attitulatione ac superscriptiõe libri quæ ita habetur, Canticum canticorũ,quod est ipsi Salomoni.Sic enim accipiunt , quasi canticum hoc esse dixerit canticorum Salomonis: vt ex plurimis suis canticis hoc vnum esse signauerit. Sed nos quomodo recipiemus huiusmodi intelligentiam , cùm neq; ecclesia dei vlla extrinsecus Salomonis cantica legenda susceperit: neq; apud Hebręos à quibus eloquia dei ad nos vidẽtur esse trãslata, aliquid præter hos tres libellos Salomonis,qui & apud nos sunt, amplius habeatur in canone. Volunt tamen qui hoc asserunt inde confirmare sententiã suam,ꝙ in regnorum tertio libro scriptum est, multa fuisse Salomonis cantica,vt vnum ex multis esse cõfirment. Hoc

B

ibi ergo refertur:Et deus dedit prudentiam Salomoni,

3.Reg.4.d

& sapientiam multam valde, & latitudinem cordis sicut arenam quę est ad oram maris:& factus est sapiens Salomon valde super sapientiam omnium antiquorũ, & super omnes sapiẽtes Aegypti, & super Ethan Ezraïten,& Heman,& Chalcal,& Dorda filiis Mahol, & erat nominatus in vniuersis gentibus per circuitum , & locutus est Salomon tria milia parabolarum, & erant cantica eius quinque milia . Ex his ergo quinq; milibus canticis volunt videri hoc vnum esse canticum quod habemus.Sed vsquequo vel vbi cantata sint:non solum ad vsum,sed ne ad notitiam quidem peruenit ecclesiarum dei.Operosum est autem, & procul ab opere proposito: si velimus nunc inquirere,quàm multorum librorum commemoratio fiat in scripturis diuinis,quorum lectio nulla nobis omnino est tradita . Sed neque apud Iudæos haberi quidem vsum huiusmodi reperimus lectionum: quæ siue pro eo ꝙ aliqua supra humanam intelligentiam continebãt , placuit spirituisancto auferri de medio: siue quòd essent de scripturis his quę

C

appellãtur apocryphæ, pro eo ꝙ multa in eis corrupta, & contra fidem veram inueniuntur à maioribus tradita,non placuit eis dari locum,nec admitti ad authoritatem.Supra nos est pronunciare de talibus. Illud tamen palàm est,multa,vel ab apostolis,vel ab euangelistis exempla esse prolata , & nouo testamento inserta: quæ in his scripturis,quas canonicas habemus,nunquã legimus,in apocryphis tamen inueniuntur,& euidẽter ex ipsis ostenduntur assumpta. Sed ne sic quidem locus

Prou.22.d

apocryphis dandus est:non enim transeundi sunt termini quos statuerunt patres nostri.Potuit enim fieri,vt apostoli vel euangelistę sancto spiritu repleti,sciuerint, quid assumendum ex illis esset scripturis, quidve refutandum . Nobis autem non est absque periculo aliquid tale præsumere, quibus non est tanta spiritus abundantia.Et ideo de præsenti versiculo nos eam tenemus æditionem,quàm supra exposuimus,maximè cùm euidens in eo habeatur distinctio,vbi ait canticum canticorum quod est ipsi Salomoni.Si enim voluisset intelligi canticorum Salomonis hoc esse canticum,dixisset vtique canticum canticorum, quæ sunt Salomoni:vel canticũ ex canticis Salomonis. Nũc autem quia dixit, quod est Salomoni: ostenditur istud canticum quod est in ma-

nibus,& quod erat ei canẽdum, esse Salomonis:& hoc

D

de attitulatione quam proposuit continere. Videamus ergo iam & quæ sequuntur.

Homilia prima.

Osculetur me ab osculo oris sui. Meminisse oportet illud quod in præfatione præmonuimus: quia libell⁹ hic epithalamij habẽs speciem,dramatis in modũ conscribitur. Drama autem esse diximus , vbi certæ personæ iutroducuntur, quæ loquũ

Drama.

tur,& aliæ interdũ superueniunt, aliæ recedunt aut accedunt,& sic totum in mutationibus agitur personarũ. Hæç ergo erit totius libelli species , & secundum hanc pro viribus historica à nobis aptabitur expositio . Spiritualis verò intelligentia, secundum hoc nihilominus quod in præfatione signauimus, vel de ecclesiæ ad Christum sub sponsæ vel sponsi titulo,vel de animæ cũ verbi dei coniunctione dirigitur. Introducitur ergo nunc per historiæ speciem spõsa quædam, quæ suscepit quędam sponsaliorum , & dotis titulo dignissima munera ab sponso nobilissimo . Sed plurimo tempore moram faciente sponso,solicitari eam desiderio amoris sui, & confici iacentem domi suæ,& agentem omnia, quate-

E

nus possit aliquando videre sponsum suum,atque osculis eius perfrui.Quæ quoniam nec differri amorem suum:nec adipisci se posse quod desiderat videt, conuertat se ad orationem & supplicet deo, sciẽs eum patrem esse sponsi sui.Consideremus ergo eam leuantẽ sanctas manus sine ira,& disceptatione,in habitu ornato, cum verecundia & sobrietate,ornatam dignissimis ornamẽtis,quibus ornari decet nobilem sponsam, æstuantẽ vero desiderio sponsi,& interno vulnere amoris agitatã, orationem,vt diximus,fundere ad deum,dicere de spõso suo : Osculetur me ab osculo oris sui . Hæc sunt quæ dramatis in modum composita,historica continet explanatio.Interior verò intellectus,videamus si hoc modo poterit cõpetenter aptari.Ecclesia sit desiderãs Chri

Ecclesia.

sto coniungi.Ecclesiam autem cœtum omnium aduerte sanctorum. Hæc ergo ecclesia sit quasi omnium vna persona quæ loquat̃ & dicat:Omnia habeo,repleta sum munerib⁹,quę sponsaliorũ vel dotis titulo ante nuptias sumpsi .Dudum enim cùm præpararer ad coniugium filij regis,& primogeniti omnis creaturæ,obsecuti sunt

F

& ministrauerunt mihi angeli sancti eius : deferentes ad me legem,sponsalis muneris loco. Lex nãq; per an-

Gala.3.c

gelos disposita dicitur in manu mediatoris.Ministrauerunt mihi etiam prophetæ. Locuti sunt enim omnia & ipsi,per quæ nõ solum ostenderent,& indicarent mihi de filio dei, cui me delatis his quę appellãtur arris,& muneribus dotalibus spõdere cupiebant:verùm vt & in amorem me eius desideriumq; succenderent, pronunciauerunt mihi propheticis vocibus de aduentu eius,& de innumeris virtutibus operibusq; eius immensis , repleti spiritusancto prædicauerunt.Pulchritudinẽ quoq; eius & speciem ac mansuetudinem descripserunt,ita vt omnibus his ad amorem eius integraliter inflãmarer.Sed quoniam seculum iã penè finitum est, & ipsius quidem præsentia non datur mihi : solos autem ministros eius video ascendentes & descendentes ad me, propter hoc ad te patrem sponsi mei precem fundo, & obsecro, vt tandẽ miseratus amorem nostrum, mittas eum,vt iam non mihi per ministros suos angelos duntaxat & prophetas loquatur:sed ipse per semetipsum veniat:& osculetur me ab osculo oris sui,verba scilicet in os meum sui oris infundat,Ipsum audiam loquentem,

ipsum

G ipſum videam docentem. Hæc enim ſunt Chriſti oſcula, quæ porrexit eccleſiæ, cùm in aduentu ſuo ipſe Chriſtus in carne poſitus, euangelizauit ei verba fidei, & charitatis, & pacis, ſecundum quod Eſaias promiſerat, & præmiſſus ad ſponſam dixerat: Non legatus, neq; angelus, ſed ipſe dominus ſaluabit nos. Tertiò verò, expoſitionis loco introducamus animam, cuius omne ſtudiũ ſit coniungi & conſociari verbo dei, & intra myſteria ſapientiæ eius ac ſcientiæ velut ſpõſi cœleſtis thalamos intrare: cuiq; animæ præſentia eius etiam munera data ſunt, dotis ſcilicet nomine. Sicut enim eccleſiæ dos fuit legis & prophetarum volumina: ita huic lex naturæ & rationalis ſenſus ac libertas arbitrij, dotalia munera deputentur. Habens autem hæc dotis ſuæ munera: ſit ei primò eruditionis doctrina, à monitoribus doctoribusq; deſcendens. Sed quoniam in his non eſt ei plana atque perfecta deſiderij ſui & amoris expletio, deprecetur vt mens eius pura & virginalis, ipſius verbi dei illuminationibus & viſitationibus illuſtretur. Cùm enim, nullo hominis vel angeli miniſterio, diuinis ſenſibus & intellectibus mẽs impletur: tunc ipſius oſcula verbi dei

H ſuſcipere ſeſe credat. Propter hæc ergo & huiuſmodi oſcula, dicat anima orans ad deum: Oſculetur me ab oſculo oris ſui. Dum enim inde capax fuerit, vt ipſius verbi dei caperet veram ſolidamq; doctrinam, neceſſaria ſuſcepit oſcula: id eſt, ſenſus ab ore doctorum. Vbi verò ſponte iam cœperit obſcura cernere, enodare perplexa, inuoluta diſſoluere: parabolas & ænigmata, dictaq; ſapientium, competentibus intelligentiæ lineis explicare: tunc iam oſcula ipſius ſponſi ſui, id eſt verbi dei, ſuſcepiſſe ſe credat. Ideo autem oſcula pluraliter poſuit, vt intelligamus vniuſcuiuſq; obſcuri ſenſus illuminationem, oſculum eſſe verbi dei ad animam perfectam delatum: & ſecundum hoc fortè dicebat prophetica & p-

Pſal.118.a fecta mens, Os meum aperui, & attraxi ſpiritum. Os autem ſponſi, intelligamus virtutẽ dei, qua illuminat mentem, & velut ſermone quodam amoris ad eam facto (ſi tamen capere mereatur tantæ virtutis præſentiam) incognita quæq; ſibi & obſcura manifeſtat. Et hoc eſt verius propiusq; & ſanctius oſculum, quod à ſponſo dei verbo porrigi dicitur ſponſæ, puræ ſcilicet animę & perfectæ. Cuius rei imago eſt illud oſculum, quod in eccleſia ſub tempore myſteriorum nobis inuicem damus.

I Quoties ergo in corde noſtro aliquid, quod de diuinis dogmatibus ſenſibusq; quæritur, abſq; monitoribus inuenimus: toties oſcula nobis data eſſe à ſponſo, dei verbo, credamus. Vbi verò quærẽtes aliquid de diuinis ſenſibus, inuenire non poſſumus: tunc affectu huius orationis aſſumpto, petamus à deo viſitationem verbi eius, & dicamus: Oſculetur me ab oſculo oris ſui. Scit autem pater vniuſcuiuſq; animæ capacitatem: & nouit quo tẽpore, cui animæ, quæ oſcula verbi ſui porrigere in intellectibus duntaxat & ſenſibus debeat. Quia bona ſunt vbera tua ſuper vinum, & odor vnguentorum tuorum ſuper omnia aromata. Intellige prius, quaſi in hiſtoriæ dramate, ſponſam eleuatis ad deum manibus orationẽ fudiſſe ad patrem: & oraſſe, vt iam veniret ad eam ſpõſus, & ipſe ei oſculũ proprij oris infunderet. Dumq; hęc oraret ad patrem, in ipſa oratione qua dixit: Oſculetur me ab oſculo oris ſui: parat etiam alia orationis verba ſubiungere ac dicere: quia in hoc principio ſermonis affuiſſet ſponſus, & oranti ei aſtitiſſet, ac reuelaſſet verba ſua, ipſumq; ſponſum vnguentis mirificis, & quibus ſpõſum fragrare decebat, conſtituiſſet delibutum. Sponſa verò vbi adeſſe vidit eum pro quo orabat vt adeſſet, &

K adhuc loquenti ſibi præſtitũ quod orabat, ac data ſibi ab ipſo oſcula, quæ popoſcerat: læta pro hoc reddita, & decore vberum ac fragrantiæ ipſius odore pmota, propoſitæ orationis ſermonem conuertit ad præſentiam ſpõſi, qui aderat, & cũ dixiſſet: Oſculetur me ab oſculo oris ſui: ſubiungit poſt hæc ad præſentem iam ſponſum, dicens: Bona vbera tua ſup vinũ, & odor vnguẽtorũ tuorũ ſup omnia aromata. Hæc interim ſecundũ hiſtoricã intelligentiã, quã dramatis in modũ prędiximus textã: Nunc verò quid intellectus interior habeat, requiram⁹. Diuerſis vocabulis principale cordis appellari, in ſcripturis diuinis inuenimus: quæ vocabula pro cauſis ac rebus de quibus agitur, aptari ſolent. Interdum enim cor dicitur, vt: Beati mũdo corde: Et, corde creditur ad iuſtitiã. Si verò cõuiuij tẽpus ſit, pro ſpecie & ordine diſcũbentiũ, vel ſinus vel pectus appellatur, ſicut Ioannes in euãgelio refert de quodã diſcipulo, quem amabat Ieſus, q̃ in ſinu eius, vel ſupra pectus eius recumberet: Ille profectò cui innuens Simon Petrus dicebat. Interroga quis eſt hic, de quo dicit: Poſt hæc verò recũbens ſuper pectus Ieſu, dicit ei: Domine quis eſt? In his enim certũ eſt q̃ Ioannes in principali cordis Ieſu, atq; internis doctrinæ eius ſenſibus requieuiſſe dicatur, ibi requirens &

L perſcrutans theſauros ſapientiæ & ſcientiæ, qui reconditi erãt in Chriſto Ieſu. Sed q̃ ſinus Chriſti in loco dogmatũ ſanctorũ accipiatur, puto indecens non videri. Diuerſis ergo modis, vt dicere cœperamus, principale cordis in ſcripturis ſanctis deſignatur: ſicut & in Leuitico nihilominus vbi de ſacrificiis pectuſculum ſeparationis, & brachiũ ſacerdotibus ſequeſtratur, & in hoc ſequeſtratũ ac ſeparatũ pectuſculũ & brachiũ, præcellẽs cæteros homines principale cordis, & operum decus vult eſſe in ſacerdotibus. De quo plenius in libro Leuitico, prout dominus dare dignatus eſt, expoſuimus. Secundum hæc ergo etiã in præſenti loco, quandoquidẽ amatorium videtur drama quod agitur, in vberib⁹ principale cordis intelligam⁹, vt tale videatur eſſe quod dicitur: Cor tuum ô ſponſa & mens. i. dogmata quæ intra te ſunt, vel doctrinæ gratia, ſuperat omne vinum quod cor hominis lætificare ſolet. Sicut enim in his de quib⁹ dicit: Quia deum videbunt: cor competenter dictum eſſe videtur, & inter diſcumbentes ſinus ac pectus ponitur pro habitu, ſine dubio diſcumbentium, formaq;

M cõuiuij: & rurſus vt apud ſacerdotes pectuſculũ, & brachium myſticis deſignatur eloquiis: ita etiam arbitror in præſenti loco, vbi amantiũ habitus, & colloquia deſcribuntur, gratiſſimè hoc ipſum principale cordis in vberibus appellatũ. Bona ergo ſunt vbera ſponſi: quandoquidem theſauri ſunt in eis ſapientiæ & ſcientiæ reconditi. Vbera autem hæc vino comparat ſponſa: ſed ita comparat, vt præferat. Vinum autem, illa intelligenda ſunt dogmata & doctrinæ, quæ per legem & prophetas, ante aduentum ſponſi, ſumere ſponſa conſueuerat. Sed nunc conſiderans hanc doctrinam quæ ex vberibus profluit ſponſi, miratur & ſtupet, videns eam lõgè præſtantiorem, quàm illam ex qua ante aduentum ſpõſi lætificata fuerat: tanquam ex vino ſpirituali quod miniſtrabant ſancti patres & prophetæ, qui etiam huius generis plantauerunt vineas: vt Noë primus, & Eſaias in cornu in loco vberi, & coluerunt eas. Videns ergo nunc multam eſſe eminentiam dogmatum, & ſcientiæ apud ſponſum: & longè ex eo perfectiorem quàm fuit apud antiquos emanare doctrinam, dicit: Bona ſunt vbera tua ſuper vinum: ſuper illam ſcilicet doctrinam, qua lætificabar ab antiquis. De hoc enim

Matth.5.a Rom.10.c. Luc.2.g. Ioan.13.c Leuit.7.8. &.10 Pſalm.103.b Gene.9.g. Eſaiæ.5.a

A enim antiquorũ vino intelligendus eſt Eccleſiaſtes dicere, vbi ait: Ego dixi in corde meo: veni & tentabo te in lætitia, & videbo in bono. Et iterum, de eiſdem vineis loquens idem Eccleſiaſtes, dicit: Magnificaui mihi opus meum, ędificaui mihi domos, plantaui mihi vineas, feci mihi hortos & paradiſos: & reliqua. Sunt autem huius vineæ myſtici etiam miniſtri quidã, qui vini fuſores appellantur. Sic enim idem dicit: Et feci mihi cantores, & cantatrices in lætitia filiorum hominum, vini fuſores, & vini fuſitrices. Vide ergo ſi poſſimus tũ in cęteris, tum etiam in hoc intelligere ſaluatorem, veteri vino, nouella vberum ſuorum fluenta miſcentem, cùm Maria & Ioſeph quærentes inuenerunt eum in tẽplo ſedentẽ in medio doctorũ, & audientẽ atq; interrogantem eos: quando & mirabantur omnes ſuper reſpõſis eius. Sed & ibi fortaſſis ſpecies formæ hui⁹ expletur, vbi aſcendens in montem docebat populos, & dicebat: Dictum eſt antiquis: Non occides. Ego autem dico vobis: Omnis qui iraſcitur fratri ſuo, ſine cauſa, reus erit. Et dictũ eſt antiquis: Non adulterabis. Ego autem dico vobis: Omnis qui viderit mulierẽ ad concupiſcendum eã, iam mœchatus eſt eam in corde ſuo. Inquantũ ergo doctrina hęc eius, præcellit illã antiquam: intantũ ſponſa intelligit, & pronunciat bona eſſe vbera eius ſuper vinum. Sed & q̃ vorax dicitur filius hominis, & bibens, & dicunt: Ecce homo vorax, & vinum bibens: ad hoc nihilominus reſpicit: tale & illud vinum fuiſſe in Chana Galilææ, quod bibebatur in conuiuio nuptiali: quo deficiente fecit & aliud vinum: cui teſtimonium reddit architriclinus, q̃ ſit valde bonũ, & eo vino quod expenſum fuerat multo præſtantius, cùm dicit: Omnis homo primò bonum vinum ponit: & cùm inebriati fuerint, id quod deterius eſt: tu autem ſeruaſti vinum bonum vſq; nũc. Sed & Salomonẽ, qui pro accepta dei ſapientia in admiratione fuit reginę Saba, quę venerat tẽtare eum in quæſtionibus: in quibus eum eadem regina ſcrutetur & miretur, audi ſcripturam referentẽ: Et vidit, inquit, Regina Saba oẽm ſapientiam Salomonis, & domum quã ædificauit, & apparatum conuiuij eius, & ſedem puerorũ eius, & ordinem miniſtrorum eius, & veſtes eius, & vini fuſores eius, & holocauſta eius, quæ offerebat ī domo dei: & ſtupefacta eſt: & reliqua. In his ergo aduerte, quomodo hæc quæ venit à finibus terræ

C audire ſapientiam Salomonis, inter cætera miratur & cibos conuiuij eius, vel vini fuſores eius: & ſuper his dicitur obſtupuiſſe. Neſcio autem ſi ita ineptam putemus fuiſſe reginã, quæ ob hoc venerat à finibus terræ, vt audiret ſapientiam Salomonis, vt miretur cibos corporales, & vinum iſtud commune, ac pincernas vini in miniſterio regis. Quid enim in his admiratione dignum reginæ videtur, quæ communia penè omnibus ſunt hominibus? Sed mihi videtur miratam eſſe cibos doctrinæ eius, & vinum dogmatum quæ ab eo per diuinã ſapientiam prædicabãtur. Hoc erat vinum & illud, quod per Hieremiã refertur de filiis Ionadab, filij Rechab: qui eo tempore quo peccata populi inualuerant, & pro iniquitatibus plebis captiuitas imminebat, conuocati ſunt vt biberent vinum: Et dixerunt, quia mandauerat eis pater ſuus Ionadab, ne biberent vinum ipſi, & filij ſui in ſeculum: neq; domos ædificarent, neq; ſeminarẽt ſemen, neq; plantarent vineas: ſed in tabernaculis habitarent omnib⁹ diebus vitæ ſuæ. Et amplectitur eos de⁹, eo q̃ cuſtodierint præceptum patris ſui, & noluerint bibere vinũ. Pro peccatis enim tunc populi, & iniquitatibus eorum, erat vinea eorum ex vinea Sodomorum, &

D palmites eorum ex Gomorra. Vua eorũ vua fellis, & botrus amaritudinis. Venenum aſpidum, & furor draconũ erat vinum eorum, Propter hoc ergo laudabiles habẽtur filij Ionadab, qui tale vinum, venenata ſcilicet dogmata, & aliena à fide dei, bibere & ſuſcipere recuſarũt. Propter hoc ergo fortaſſis pcuſſit de⁹ vineas Aegyptiorũ, ſicut in pſalmo ſcriptũ eſt, ne tale faceret vinum. Igitur ſic intelleximus vini differentias easq; pro diuerſitate dogmatum cõſtare pſpeximus, qđ ait hic ſpõſa. Quia bona ſunt vbera tua ſup vinũ: ſuper vinum vtiq; intelligamus bonũ, non malũ. Bonis enim, nõ malis cõparata dogmatibus, ſponſi dogmata præferuntur. Bonum em̃ vinũ guſtauerat prius in lege & prophetis: ex quo velut præmeditata erat ſponſa lætitiã cordis accipere ac præparare: vt capere poſſet etiã illam, quę affutura erat per vbera ipſius ſponſi, excellentiorẽ cunctis cernẽs eorum doctrinã: & ideo dicit, Bona ſunt vbera tua ſup vinũ: & vide ſi adhuc formæ huic aptare poſſimus illã euange-

Pſalm.77.c Matth.13.f lij parabolã, quæ dicit: Simile eſt regnũ cœlorũ theſauro abſcõdito in agro: quẽ qui inuenerit, abſcõdit: & præ gaudio eius vadit & vendit omnia quæ habet, & emit agrum illum. Eſt ergo theſaurus is non in deſerto aliquo loco, neq; in ſyluis, ſed in agro abſconditus. Et poſ-

E ſibile vtiq; eſt agrum illũ habere etiam vineas, quę afferant vinũ: habere etiã theſaurũ: propter quẽ diſtractis omnibus emit agrum illum is qui inuenerat ibi theſaurũ. Põt ergo dicere ille qui emit agrum: Quia bonus eſt theſaurus, qui eſt in agro, magis quàm vinũ quod eſt in eo. Ita ergo & bon⁹ eſt ſponſus, atq; vbera ſpõſi, quę velut theſaurus abſconditus eſt in lege & prophetis, magis quàm vinum quod eſt in eis, illa ſcilicet doctrina quæ palã eſt, & lætificat audiẽtes. Bona ergo ſunt vbera

Coloſ.2.a ſponſi. Theſauri enim ſunt ſapientiæ & ſcientiæ in eo abſconditi: qui cũ apti & reuelati fuerint oculis ſponſe, multo præſtãtiores ei videbuntur, quàm fuit prius iſtud vinũ legis & doctrina prophetica. Sed & ſi tertiã expoſitionẽ de anima perfecta, & verbo dei ſẽtire debeam⁹, poſſumus dicere, quia quis donec paruulus eſt, & nondũ ſemetipſum ex integro obtulit deo: bibit vinũ quod affert ager ille, qui habet intra ſe etiam theſaurũ abſcõditum, & bibens lætificatur ex vino. Cũ aũt obtulerit, &

F deuouerit ſemetipſum deo, ac Nazaræus fuerit effect⁹, Nume.6.d atq; inuenerit theſaurũ abſconditũ, & ad ipſa vbera fontis q̃ puenerit verbi dei: vinũ & ſicerã iam non bibet, dicens ad ipſum dei verbũ de his theſauris, qui in ipſo ſcientiæ & ſapientiæ reconditi ſunt: Quia bona ſunt vbera tua ſup vinũ. Sunt aũt vnguenta quædã ſponſi, quorum fragrantia delectata eſt ſponſa, & dicit: Odor vnguentorum tuorum ſup omnia aromata. Aromata ſpecies ſunt pigmẽtorum. Spõſa aũt habuit quẽdã vſum, & notitiã aromatũ: hoc eſt, verborum legis & prophetarum: quibus ante aduẽtum ſponſi mediocriter licẽt, inſtrui tamen videbatur, & exerceri ad cultum dei, vtpote paruula adhuc, & ſub curatoribus, & actoribus agẽs & pædagogis. Lex enim pædagogus noſter fuit ad

Galat.4.a Galat.3.d Chriſtum. Hæc aũt omnia aromata fuerant, in quibus enutriri viſa eſt, & ſponſo ſuo præparari. Sed vbi venit plenitudo temporum, & adoleuit, atque vnigenitum ſuum pater ſpiritu ſancto vnctum miſit in hunc mundum, odorata ſponſa diuini vnguenti fragrantiam: ſentiensq; q̃ illa omnia aromata, quibus prius vſa videbatur, longè inferiora ſint ad comparationem ſuauitatis noui huius & cœleſtis vnguenti, ait: Odor vnguentorum tuorum ſuper omnia aromata. Et quoniã Chriſtus idem ſponſus atque idem pontifex dicitur: Ponti-

3.Reg.10.a & 2.Para. 9.a b Hiere.35.a & ſequen. Deute.32.e

Gfex quidē,ſecundum hoc quod mediator eſt dei & ho-
1.Timo.2.b minum, omniſq; creaturæ: pro qua & propiciatio factus eſt, ſemetipſum offerendo hoſtiam pro peccato mundi. Sponſus verò ſecundum hoc, quòd eccleſiæ iun-
Ad Heb.8. 9. & 12 1.Ioan.2.a. & 4.b Ephe.5.f gitur non habenti maculam, aut rugam, aut aliquid horum: conſidera, ne fortè vnguentum illud pontificale, quod in Exodo componi iubetur arte pigmentarij, iſtius vnguenti quod nunc odorata ſponſa miratur, teneat rationem. Et videns quòd illa quidem aromata, quibus compoſitum vnguentum videbatur, quo Aarō vnctus eſt: quoniam erant terrena, & materiæ corporalis: hoc autem vnguentum quo nunc vnctum vidit ſponſum, ſpirituale eſt & cœleſte, idcirco dicat: Quia odor vnguentorum tuorum ſuper omnia aromata. Vi-
Exo.25.a &30.c deamus ergo quomodo compoſitum ſit illud vnguentum. Et locutus eſt dominus, inquit, ad Moyſen, dicēs: Accipe tibi florem myrrhæ electę, quingentos ſiclos: & cinamomum ſuaue ducentos quinquaginta ſiclos: Et calamum ſuauem, ducentos quinquaginta ſiclos: & caſiæ quingentos ſiclos: ſecundum ſiclum ſanctum: & oleum ex oliuis, hin: & facies illud oleum chriſmatis ſan-
H ctivnguentum arte pigmentarij. Hæc autem in lege quidem referri audierat ſponſa, ſed rationem eorum veritatemq; nunc perſpicit. Vide ergo quòd iſtę quatuor ſpecies vnguenti iſtius, formam tenebant incarnationis verbi dei, quòd ex quatuor elementis compaginatum corpus aſſumpſit: in quo corpore myrrha illa mortis eius, quam ſiue vt pontifex pro populo, ſiue vt ſponſus pro ſponſa ſuſcepit, ſeruat indicia. Quòd verò non ſimpliciter myrrha, ſed flos myrrhę, & myrrhæ electæ ſcriptum eſt: non ſolū mortē eius, ſed & primogenitum eum futurorum ex mortuis indicabat: atque eos qui complantati fuiſſent ſimilitudini mortis eius, non ſolum vocatos, ſed electos futuros. Cinamomum verò immaculatum dicitur, propter eccleſiam ſine dubio, quam purificauit lauachro aquæ, & immaculatam fecit, non habentem maculam aut rugam, aut aliquid hu-
Pſalm.44.a iuſmodi. Sed & calamus aſſumitur: quia lingua eius etiam eſt calamus ſcribæ velociter ſcribentis, doctrinæ gratiam pigmentis deſignans ſuauitatis. In eis quoque ſpecies adhibet calidiſſimas, vt referantur ad ardentiſ-
I ſima: in qua vel ſpiritus ſancti feruor vel futuri per ignem iudicij oſtenditur forma. Numerus vero quingentorum vel ducentorum quinquaginta ſiclorum in eo myſterium tenet, centupliciter perfectorum, vt remiſſionem peccatorum per eum datam ſignificet: quinquagenarius enim iubileus in his eſt quintupliciter poſitus. Sed hæc omnia oleo puro colliguntur: per quod oſtenditur, vel miſericordiæ vel ſalutis cauſa fuiſſe,
Philipp.2.b quòd is qui erat in forma dei, formam ſerui ſuſceperit: vel ea quæ ex materiali ſubſtantia in Chriſto fuerant aſſumpta, per ſpiritum ſanctum redacta in vnum fuiſſe, atque in vnam ſpeciem, quæ eſt perſona mediatoris effecta. Illud ergo oleum materiale, nullo genere oleum lætitiæ appellari potuit. Iſtud autem oleum: id eſt,
Galat.5.d ſpiritus ſancti vnguentum, quo vnctus eſt Chriſtus, & cuius nunc odorem percipiens ſponſa admirata eſt: oleum lætitiæ, quia fructus ſpiritus gaudium eſt, meritò appellatur: quo vnxit eum de⁹, qui dilexit iuſtitiam,
Pſal.44.b & odio habuit iniquitatem. Propterea enim dicitur: Vnxit eum dominus deus ſuus oleo lætitiæ præ participibus ſuis. Et ideo odor vnguentorum eius, eſt ſuper omnia aromata. Simili autem expoſitione vtimur, etiam ſi ad vnāquanq; animam, in amore & deſiderio verbi dei poſitā transferatur hic ſermo: cui fuerint oēs doctrinę per ordinem decurſæ: in quibus ante agnitionem ver- K
bi dei, exercitata videtur & erudita: ſiue ex moralib⁹ deſcendētes, ſiue ex naturalibus ſcholis. Erant enim ei omnia iſta aromata quædam, pro eo q̄ in his inſtitutio probabilis, & morū conquiritur emendatio: q̄ deprehēditur in his vanitas ſeculi, & caducarum rerum reſpuuntur falſa miracula. Erant ergo ei hæc omnia velut aromata, & odoramenta quædā, animæ pigmenta. Sed vbi ad cognitionē diuinorum myſteriorū, & diuinorū dogmatū ſcientiā ventū eſt: vbi ad ianuas ſapientiæ ipſius, & ſapientię non huius mundi, neq; principiū huius mundi, qui deſtruuntur, acceſſum eſt: ſed ad ipſam dei ſapientiā, quæ inter perfectos diſſeritur: & vbi myſteriū 1.Cor.2.b. Ephe.3.a. & Colo.1.d quod prioribus generationibus non fuit notū, filiis hominū reuelatū eſt: vbi inquā anima ad tanti cognitionē aſcendit arcani: meritò dicit: Odor vnguentorū tuorū, ſpiritualis ſcilicet intelligētia, & myſtica, ſup omnia aromata, moralis naturalisq; philoſophiæ. Non autē lateat nos, q̄ in quibuſdam exemplaribus pro eo quod legimus: Quia bona ſunt vbera tua ſuper vinum: inuenimus ſcriptum: Quia bonæ ſunt loquelæ tuæ ſuper vinū: q̄ quanuis videantur ſignificaſſe euidentius ea ipſa, quę
a nobis ſpirituali interpretatiōe diſſerta ſunt: tamē nos L
Lxx. interpretum ſcripta per omnia cuſtodimus, certi q̄ ſpiritus ſanctus myſteriorum formas obtectas ineſſe voluit in ſcripturis diuinis, & nō palā atq; in propatulo haberi. Vnguentū exinanitū nomen tuum, propterea adoleſcentulæ dilexerunt te, ac traxerunt te poſt ſe. In odore vnguētorum tuorum curremus. Hiſtorica quidem expoſitio eadē quę in ſuperioribus, percurrit etiam in præſenti loco, donec fiat aliqua mutatio perſonarū. Ita quippe ordo dramatis, qui à nobis in hac expoſitione receptus eſt, poſcit. Poſſunt ſanè in prophetia quędā videri ex perſona ſpōſæ prolata de Chriſto, q̄ futurum eſſet in aduentu domini & ſaluatoris noſtri, vt nomen eius ita per orbē terræ, & per vniuerſum mundum diffunderetur, vt fieret odor ſuauitatis in omni loco: ſicut
& Apoſtolus dixit: Quia Chriſti bonus odor ſumus, in 2.Cor.2.d
omni loco: Aliis quidem odor ex morte in mortem: aliis autem odor de vita in vitam. Si enim omnibus fuiſſet odor vitæ in vitam, dixiſſet vtiq; & hic: Omnes dilexerunt te, & traxerunt te. Sed nunc ait: Vbi nomen M
tuum eſt factum vnguentum exinanitum, dilexerunt te: non illæ vetulæ, ac veterem hominem indutæ animæ, neq; rugas habentes, neq; maculas: ſed adoleſcentulæ, in augmento ſcilicet ętatis, & pulchritudinis poſitæ animæ: quæ ſemper innouantur, & de die in diem renouantur: nouum ſe hominem induentes, qui ſecundum deum creatus eſt. Propter iſtas ergo adoleſcentulas, & in augmentis vitæ, & profectibus poſitas: exinanit ſe ille, qui erat in forma dei, vt fieret vnguentū exinanitum nomen eius: vt non iam inacceſſam lucē tantummodo habitaret, & in forma dei permaneret, ſed verbum caro fieret: quò poſſent iſtæ adoleſcentulæ, & in augmentis profectuum poſitæ animæ, non ſolum di-
ligere, ſed & trahere eum ad ſe. Trahit enim vnaquęq; anima, & aſſumit ad ſe verbum dei, pro capacitatis & fidei ſuæ mēſura. Cùm autem traxerint ad ſe animę verbum dei, & ſenſibus ſuis atq; intellectibus inſeruerint: & dulcedinis eius, & odoris ſenſerint ſuauitatem: vbi vnguentorum eius fragrantiam ceperint, rationem duntaxat aduentus eius, & redemptionis ac paſſionis cauſas charitatémque agnouerint, qua pro ſalute omnium vſque ad mortem crucis, immortalis acceſſit: & his omnibus velut diuini cuiuſdam, & ineffabilis

vnguenti

A vnguenti odoribus inuitatæ adoleſcētulæ: id eſt animæ, plenæ vigoris atque alacritatis effectæ: currunt poſt ipſum, atq; ad odorē ſuauitatis eius non leni gradu, nec tardis paſſibus, ſed rapido curſu, & tota properatione
1.Cor.9.d feſtinant: quemadmodum & ille qui dicebat: Sic curro vt comprehendam. Verùm quod ait: Vnguentum exinanitum nomen tuum, propterea adoleſcentulæ dilexerunt te, & traxerunt te poſt ſe: In odorem vnguentorū tuorum curremus: trahunt ad ſe Chriſtum adoleſcentulæ: ſi quidem de eccleſiis intelligatur, quæ vna quidem eſt, cùm perfecta eſt. Multæ verò ſunt adoleſcentulæ, cùm adhuc inſtruuntur & proficiunt. Iſtæ ergo trahūt
Matt.18.c ad ſe Chriſtum per fidem: quia Chriſtus vbi viderit cō gregatos duos vel tres in fide nominis ſui, vadit illuc, & eſt in medio eorum, fide eorum tractus, & vnanimitate prouocatus. Si verò tertia expoſitiōe, de anima verbum dei ſequente intelligi hæc oportet: quæcūq; anima fuerit erudita, primò in moralibus, ſecundò etiam in naturalibus exercitata, per illa omnia quæ in his diſciplinis edoceri ſuprà oſtendimus, ipſa morum emendatio, & eruditio rerum, ac probitas diſciplinæ, trahit ad
B ſe verbum dei. Et libens trahitur. Gratiſſimè enim ad eruditas animas venit, & trahi ſe ab his indulgēter accipit, benigneq; concedit. Requiro ſanè ſi ſolum nomē eius quia vnguentum factum eſt exinanitum, tantum operis egerit, & ita ſuſcitarit adoleſcentulas: vt primò traherent eum ad ſe, & habentes eum apud ſe, caperent vnguentorum eius odorem, & ſtatim currerent poſt eum. Si hæc, inquam, omnia ſolo nomine eius effecta ſunt, quid putas faciet ipſa eius ſubſtantia? Quid ex illa adoleſcentulæ iſtæ virtutis, quid vigoris accipient: ſi quo pacto potuerint aliquando ad ipſam incōprehenſibilem atque ineffabilem ſubſtantiam eius peruenire? Ego puto quòd ſi ad hoc aliquando peruenerint, iam non ambulent, neque currant: ſed vinculis quibuſdam charitatis eius aſtrictæ, adhęreant ei, ne vltrà mobilitatis alicuius vllus in eis reſideat locus: ſed ſint cum eo vnus ſpiritus, & compleatur in eis illud quod ſcriptum
Ioan.18.b eſt: Sicut tu pater in me, & ego in te vnum ſumus: ita & iſti in nobis vnum ſint. Sed nunc interim, vt videtur, ſponſa conſociatis ſibi adoleſcentulis multis, quarum in poſterioribus nullus eſſe numerus dicitur, ab vno ſo-
C lo ſenſu: id eſt, odoratu tantummodo capta, currere ſe in odorem vnguentorum ſponſi commemorat: ſiue quòd ipſa curſu indigeat adhuc & profectu: ſiue quòd ipſa quidem perfecta ſit, pro his autem adoleſcentulis, quæ adhuc curſu & profectibus indigent, etiam ipſa ſe
1.Cor.6.d currere fateatur: ſicut & ille, qui cùm ipſe ſub lege non eſſet, ſit tamen ſub lege, vt eos qui ſub lege ſunt, lucrifaciat. Et iterum cùm in lege ſit Chriſti, his tamen qui ſine lege ſunt, ſit & ipſe ſine lege: vt eos qui ſub lege ſunt, ſaluet. Et hoc fit, vt diximus, ſolo adhuc odoratu eius accepto. Quid putas agent, cùm & auditum earū, & viſum, & tactum, guſtumq; occupauerit verbū dei, & ſingulis quibuſq; ſenſibus, virtutes ex ſe competentes naturæ earum capacitatiq; præbuerit, ita vt oculus ſi vi-
Ioan.1.b. dere potuerit gloriam eius, gloriam tanquam vnigeniti à patre: aliud vltrà iam videre nolit: neq; auditus aliud, quàm verbum vitæ & ſalutis audire. Sed & cuius
1.Ioan.1.a manus palpauerit de verbo vitæ, nihil vltrà materiale, nihil fragile caducumq; palpabit: nec guſtus cùm guſtauerit bonum verbum dei, carnemq; eius & panē, qui de cœlo deſcēdit, aliud quid poſt hæc guſtare patietur. Præ dulcedine nanque ipſius & ſuauitate, omnis reliquus ei ſapor aſper videbitur & amarus: & ideo hoc ſo-
lo veſcetur. Omnem nanq; ſuauitatem quācunq; cupierit, in hoc inueniet: ad omnia nanq; aptum ſe reddit & habilem. Deniq; his qui ex incorruptibili ſemine regenerantur, rationabile & ſine dolo efficitur lac. His verò qui infirmantur in aliquo, olera ſe præbet ad hoſpitalitatis amicitiam & gratiam. His verò qui pro poſſibilitate ſumendi exercitatos habent ſenſus, ac diſcretionem boni & mali, cibum ſe ſolidum præbet. Si qui verò ſunt qui exierint de Aegypto, & ſecuti columnam Exo.15.& 16
ignis & nubis, in eremū venerint, de cœlo ad illos deſcendit, minutum & ſubtilem eis præbens cibum angelico ſimilem, ita vt panem angelorum manducet homo. Habet & alias multas in ſemetipſo atq; innumeras ciborum differentias, quas interim pelle quis, & carne oſſibusq; indutus & neruis, capere non poteſt. Qui autē
Lu.16.& 19. dignus fuerit redire, & eſſe cū Chriſto: quiq; in parvo fidelis inuentus, conſtituetur ſuper multa: ille guſtabit, & capiet voluptatem domini: perductus ad locū quendam qui pro huiuſmodi ciborum copiis, & varietatib⁹, delitiarum nominatur locus. Propter quod & in Eden Genes.2.b
poſitus dicitur, quòd delitias indicat. Ibi enim dicetur ad eum, delitiare in domino. Delitiabitur autem nō in
E vno ſolo edendi guſtandiq; ſenſu, ſed & auditu delitiabitur & viſu, & tactu odoratuq; delitiabitur: in odorem nāq; vnguenti eius curret. Et ita omnibus ſenſibus ſuis delitiabitur in verbo dei, is qui ad ſummam perfectionis ac beatitudinis venerit. Vnde & in his poſiti locis, deprecamur auditores horum, vt mortificent carnales ſenſus, ne quid ex his quæ dicuntur, ſecundum corporis motus excipiant, ſed illos diuiniores interioris hominis ad hæc capienda ſenſus exhibeant: ſicut Salomon edocet nos, dicens: Senſum autem diuinum inuenies.
Hebr.5.d Et vt Paulus quoque ad Hæbræos ſcribit de perfectis, vt ſuprà memorauimus: qui exercitatos habent ſenſus ad diſcretionem boni vel mali: oſtendens eſſe in homine prēter hos corporeos ſenſus, quinq; alios nihilominus qui per exercitia queruntur: & exercitati dicuntur, cùm ſcilicet intelligentiam rerum acumine acriore diſcutiunt. Non enim perfunctoriè, & vt libet audiendū
Heb.5.d eſt: quod apoſtolus de perfectis dicit: Quia exercitatos habent ſenſus ad diſcretionem boni vel mali. Quod vt
F clarius eluceſcat: ſumamus, ſi videtur, exemplum ab his corporalibus ſenſibus: & ita demum ſtatim ad illos diuinos, quos ſcriptura nominat ſenſus interioris hominis, veniemus. Si enim corporeus oculus exercitium viſus habeat, nullo impediente obſtaculo, integrè, & abſq; vlla falſitate vel colores corporum, vel magnitudines qualitatesq; deprehendet. Nam ſi aut caligine, aut alia qualibet infirmitate impediatur aſpectus, & rubrū pro albo, & viride pro nigro, aut rectum putat eſſe aliquid cùm curuum ſit, & tortuoſum, conturbabitur ſine dubio iudicium mentis: & aliud pro alio agetur. Ita ergo & interior viſus, niſi eruditione & induſtria fuerit exercitatus, quo per multam peritiam diſcretionem boni habeat ac mali, ſed ignorantia & imperitia tanquā caligo oculis inciderit: aut etiam malitiæ alicuius languor tanquam lippis oculis acceſſerit, diſcrimen boni aut mali intueri nullatenus poſſit: & inde fiet vt mala pro bonis agat: bona verò pro malis ſpernat. Secundum hanc verò formam quam de viſu corporis animæq; tractauimus, conſequenter etiam de auditu, & guſtu, & odoratu, tactuq; per ſingulas quaſq; ſui generis virtutes ſenſuum corporalium, referemus ad animæ ſenſus, quæ in ſingulis adhibere debeant exercitia, quęq; debeat emendatio parari dilucidè recognoſcemus.

G Hæc autē paulo latiori exceſſu proſequuti ſumus,oſten
dere volentes odoratum ſponſæ & adoleſcentularum:
quo odoratæ ſunt odorem vnguentorum ſponſi:non
corporis ſenſus, ſed diuini odoris illius & interioris,
qui appellatur hominis dici. Hic ergo odorationis ſen
ſus,in quo ſanus eſt & integer, odore Chriſti accepto,
ex vita adducit ad vitam. Si verò non ſit ſanus, hoc o-
dore ſuſcepto,de morte in mortem deiicit, ſecundum
2.Cor.2.d illum qui dicebat:Quoniam Chriſti bonus odor ſumꝰ:
aliis quidem de vita in vitam: aliis autē odor de mor-
te in mortem . Deniq; & hi quibus intellectus herbarū
eſt,pigmentorumq; peritia, ferunt quædam eſſe pigmē
ta,quorum ſi odorem ceperint nonnulla animalia,cō-
tinuò intereunt:alia verò eodem odore recreantur,vi-
tamq; recipiunt . Et nunc ergo in his ipſis expoſitioni-
bus,& ſermonibus quos habemus in manibus, videtur
aliis eſſe vita ex vita,aliis verò mors ex morte. Nam ſi
Ibidem. hæc exponi ita audiat animalis qui dicitur homo , qui
non poteſt percipere , & intelligere quæ ſunt ſpiritus
dei:irridebit ſine dubio atque inepta hæc eſſe, & inania
pronunciabit,dicens,ſomnia potius quàm rerum cau-
H ſas,& dogmata diuina tractari.His ergo odor hic cāti
cicanticorum efficitur de morte in mortem,ſcilicet de
morte infidelitatis in mortem iudicij, & condemnati-
onis . Sequentibus verò ſpiritalem ſenſum & ſubtilē,
atque intelligentibus maiorem ineſſe veritatem, in his
quæ non videntur,quàm in his quæ videntur:& verio-
ra haberi apud deum inuiſibilia : & ſpiritualia magis,
quàm viſibilia & corporalia , amplectenda ſine dubio
huiuſmodi intelligentia videbitur & ſequenda. Agno-
ſcunt enim tale eſſe intelligendę veritatis iter quo per-
uenitur ad deum . Sed ſiquidem alienus à fide ſit is qui
hæc ſtulta iudicat & irridenda,nihil mirum. Si verò ali
quis ex his ſit qui videntur credere,& ſcripturarum au
thoritatem recipere : non tamen recipit expoſitionis
huius ſpiritualis formam,ſed irridet & derogat,tente-
mus ex aliis ſcripturarum locis inſtruere eum ac per-
ſuadere.Qui ſi fortè poterit ſic reſipiſcere,& talia quę-
Pſalm.18.c. dam dicamus ad eum,ſcriptum eſt:Præceptum domi-
ni lucidum, illuminans oculos. Dicat ergo nobis, qui
ſunt oculi qui illuminantur luce præcepti . Et iterum:
Lucæ.8.a Qui habet aures audiendi audiat : quæ ſunt aures iſtæ,
I quas qui habuerit, ipſe ſolus verba Chriſti audire dica-
2.Cor.2.d tur. Et iterum : Quoniam Chriſti bonus odor ſumus
Pſal.33.b deo.Et in aliis:Guſtate & videte,quoniam ſuauis eſt do
1.Ioan.1.a minus.Et quod alius ait:Manus noſtræ palpauerunt de
verbo vitæ.Putasne in his omnibus non mouebitur, vt
aduertat hæc vniuerſa nō de corporeis ſenſibus dicta,
ſed de his quos ſecundum interiorem hominem ineſſe
vnicuiq; docuimus,niſi ſi contentionis & iactantiæ vi-
tio agitur,qui eiuſmodi eſt.Quibus vitiis, quoniam &
viſus ille interior excæcatur,& odoratus obcluditur,&
obturatur auditus, meritò nec videre quæ ſpiritualia
ſunt, nec audire poteſt.Sed nec odorem iſtum Chriſti
capere:quo nunc recepto,adoleſcentulæ iſtæ, in quibus
bene ſanus,& vigens erat hic ſenſus:in odorē vnguen-
torum eius currunt poſt ipſum: nec deficiūt currentes,
aut laborāt,quia ſuauitate odoris ipſius , qui eſt de vita
in vitam refectæ , iugiter inualeſcunt . Poteſt adhuc &
hoc modo accipi,quod ait:Vnguentum exinanitū no-
men tuum,propterea adoleſcentulæ dilexerunt te.Vni-
Philip.2.b genitus dei filius cùm in forma dei eſſet, exinaniuit ſe-
metipſum,& formā ſerui accepit. Exinaniuit autē de ple
nitudine,ſine dubio , in qua erat . Illi ergo qui dicunt:
Ioan.1.b Quia de plenitudine eius nos oēs accepimus , ipſi ſunt
adoleſcētulæ,quę de ea plenitudine ex qua ſe ille exina- K
niuit:& factum eſt vnguentū exinanitum nomen eius,
percipientes dicūt:Poſt te in odorē vnguentorū tuorū
curremus. Niſi enim exinaniſſet vnguentū:hoc eſt, ple
nitudinē diuini ſpiritus,& humiliaſſet ſe vſq; ad formā
ſerui,capere eū nullus in illa diuinitatis plenitudine po
tuiſſet:niſi ſola fortaſſis ſpōſa,pro eo quòd videtur in-
dicare quia vnguentū iſtud exinanitū non ſibi, ſed ado
leſcentulis dilectionis dederit cauſam. Sic enim dicit:
Vnguentū exinanitū nomen tuū:propterea adoleſcen-
tulæ dilexerunt te.Ac ſi diceret:Adoleſcentulæ quidem
propterea dilexerūt te : quia exinaniſti te de forma dei,
& factū eſt vnguentū exinanitū nomen tuū:ego autem
non pro exinanito vnguento,ſed pro ipſa vnguentorū
plenitudine dilexi te. Hoc enim indicat in eo loco, vbi
dicit: Odor vnguentorū tuorū ſuper omnia aromata.
Quòd verò etiam ipſa cum adoleſcētulis poſt ipſum ſe
curſurā dicit:hanc aio eſſe cauſam, ꝙ perfecti quiq; om
nia omnibus fiant,vt omnes lucrifaciant:ſicut iā ſuprà
expoſuimus.Introduxit me rex in cubiculū ſuum:exul-
temus & iocundemur in te.Cū indicaſſet ſpōſo ſuo ſpō L
ſa,ꝙ adoleſcentulæ odore eius captæ, currerēt poſt ip-
ſum,cū quibus etiam ipſa curſura eſſet,vt eis formā præ
beret in omnibus:nunc quaſi laboris ſui conſecuta iam
palmam,pro eo ꝙ cōcurrerit currētibus,introductā ſe
dicit ab ſpōſo rege in cubiculū eiꝰ: vt ibi videret cūctas
opes regias.In quo vtiq; meritò iocundatur & exultat,
vtpote quæ ſecreta iā regis, & arcana proſpexerit. Hic
eſt, ſecundū propoſitū dramatis ordinē,quaſi hiſtoricꝰ
intellectus.Sed qm̄ cuius res agitur,eccleſia eſt ad Chri
ſtū veniens, vel anima verbo dei adhærens:quod aliud
cubiculū Chriſti, & promptuariū dei credendū eſt , in
quo vel eccleſiā,vel animā cohærentē ſibi introducat,
niſi ipſe arcanus ſenſus eius,& recōditusꝰde quo & Pau
lus dicebat:Nos autē ſenſum Chriſti habemus,vt ſciamꝰ 1.Cor.2.d
quæ à deo donata ſunt nobis.Hæc illa ſunt,quæ oculus Ibidem.c
nō vidit, nec auris audiuit,nec in cor hominis aſcēde-
runt,quæ præparauit deus his qui diligunt eū. Cū igitur
Chriſtus animam in intelligentiam ſui ſenſus inducit,
in cubiculū regis introducta dicitur: in quo ſunt theſau Colo.2.a
ri ſapientiæ ac ſcientiæ eius abſconditi . Non mihi autē
vacuū videtur, ꝙ cùm potuiſſet dicere : Introduxit me
ſponſus meus,aut fraternus meus,aut aliquid huiuſmo M
di:vt ei moris eſt:nūc quia cubiculum dictura erat, re-
gis dixerit cubiculū: & nō aliud nomē poſuerit, in quo
poſſet fortaſſis aliquis etiā mediocris ſtelligi. Sed pro-
pterea arbitror in his regē nominatū : vt oſtenderetur
per hoc nomē prædiues cubiculū,vtpote regiū,& mul- 2.Cor.12.a
tis atq; immenſis opibus repletum. Prope hunc omni-
no mihi videtur fuiſſe & ille, qui dixit raptū ſe eſſe vſ-
que ad tertium cœlum,& inde in paradiſum,& audiſſe
verba ineffabilia,quæ non licet homini loqui. Quid e-
nim putas eſſe illa verba quæ audiuit: nonne à rege au-
diuit,& in cubiculo,& prope cubiculum poſitus audi-
uit:Et erant credo illa verba talia quædam,quæ horta-
rentur eum ad maiorem profectum, & promitterēt ei,
ꝙ ſi perſeueraret vſque in finem, & ipſe poſſet intrare
regis cubiculum:ſecundum illud quod per prophetam
quoq; promittitur:Dabo tibi theſauros obſcuros , oc- Eſa.45.a
cultos,inuiſibiles. Aperiam tibi vt cognoſcas,quia ego
ſum dominus deus tuus,qui vocaui nomen tuum Iſra-
ēl. Currunt ergo adoleſcentulæ poſt ipſum, & in odo-
rem eius,vnaquæq; tamen pro viribus:alia quidem ve-
locius, alia paulò tardius: alia etiam inferius cæteris &
vltimo,alia primo loco: veruntamen currunt omnes:

ſed vna eſt

A ſed vna eſt perfecta quæ cucurrit ſic, vt peruenīret , &
ſola acciperet palmam.Sola enim eſt quæ dicit: Intro-
duxit me rex in cubiculum ſuum : cùm prius non de ſe
ſola,ſed de pluribus dixiſſet:quia poſt te in odorem vn
guentorum tuorum curremus.Introducitur ergo in cu
biculum regis,& efficitur regina:& ipſa eſt de qua dici
Pſal.44.b. tur:Regina aſtitit à dextris tuis in veſtitu deaurato,cir
cundata varietatibus.De his autem adoleſcentulis,quæ
poſt ipſam cucurrerant,& procul ab ea in ipſis curren-
di ſpaciis remanſerant,dicitur:Adducentur regi virgi
nes poſt eam,proximæ eius adducentur tibi.Adducen-
tur in lætitia & exultatione,inducētur in templum re-
gis.Sed & illud etiam in hoc aduertere debemus,quòd
ſicut rex habet cubiculum quoddam, in quod reginam
ſiue ſponſam ſuam introducit:ita habet& ſponſa ſuum
cubiculum , in quod monetur per verbum dei ingreſſa
Matt.6.a. claudere oſtium:& ita concluſis illis omnibus diuitiis
ſuis,intra illud cubiculum,orare eum qui videt in abſ-
condito,& perſpicit quantas opes,animi ſcilicet virtu-
tes intra cubiculum ſuum ſponſa condiderit:& videns
B eius diuitias,det ei petitiones ſuas.Omni enim habenti
Matt.13.b. dabitur.Quod autem ait,exultemus & iocundemur in
te:videtur ex perſona adoleſcentularum dici, vel optā
tium & petentium à ſponſo:vt quemadmodum ſpon-
ſa conſecuta eſt quæ perfecta ſunt,& exultat,ita ipſæ e-
tiam ſuum implere curſum , & peruenire vſq; ad regis
cubiculum mereantur:vt perſpectis & intuitis omni-
bus his,de quibus illa gloriatur,etiam ipſæ exultent ſi-
cut & illa,& iocundentur in eo. Vel etiam ad ſponſam
poteſt dictum videri ab adoleſcentulis congratulanti-
bus ei,& promittentibus petentibusq;,vt participes fiāt
exultationis eius & lætitiæ. Diligemus vbera tua ſu-
per vinum.Sponſa quidem poſtquam oſcula meruit ab
ipſo ſponſi ore ſuſcipere,& vberibus eius perfrui,ait ad
eum:Bona ſunt vbera tua ſuper vinum. Adoleſcentulæ
verò quæ nondū ad id beatitudinis venerāt, neq; ſum-
mam perfectionis acceperant,neq; vſu & operibus fru
ctus perfectæ charitatis expleuerant : vt quaſi expertæ
pronunciarent de vberibus eius,quia bona ſunt:viden
tes tamen ſponſam delectari,& refici ex vberibus ſpon
ſi,ex fontibus ſcilicet ſapientiæ & ſcientiæ,quæ de vbe-
ribus eius fluunt , & pocula cœleſtis doctrinæ ſumen-
C tes,tanquam imitatrices perfectionis eius,& deſideran
tes eiſdem veſtigiis incedere,promittunt & dicunt:Di
ligemus vbera tua ſuper vinum:id eſt, nos quidē nōdū
in id perfectionis aſcendimus,vt iam diligamus vbera
tua plus quàm vinū,vel certè vbera tua quæ ſunt ſuper
vinum(vtroq; enim modo ſenſus ſtare videbitur)geri-
mus tamen ſpē,vtpote adoleſcentulæ in id ætatis pro-
ficere,quo poſſimus non ſolum paſci,& ali ex vberibus
verbi dei,ſed & diligere alētem.Iſtæ ſunt autem adoleſ
centulæ(vt ſæpe iam diximus)animæ,quæ primis,& ini
tiò valentibus eruditionibus videntur imbutæ:& velut
vino quodam lætificatæ,inſtitutione tutorum dūtaxat
curatorumq; & pædagogi:vtpote paruulæ,& quæ habe
rent quidem in viribus amare vinum:non tamen habe
rent in ætate,vt amore vberū ſponſi moueri,aut excita
ri poſſent.Sed vbi aduenit plenitudo tēporum,& Chri
ſtus in eis profecit ætate & ſapientia,& iā ſentire cœpe
runt quid ſint vbera ſponſi,quæq; in his perfectio verbi
dei,& doctrinæ ſpiritualis plenitudo deſignetur,etiam
promittunt:quia pluſquam vinum quod nūc tanquam
paruulæ bibunt,dilecturæ ſint vbera ſpōſi:id eſt,propen
ſiores futuræ erga perfecta, & omni plenitudine decre
ta dogmata Chriſti,quàm iam antea ſiue in cōmuni-
bus ſtudiis,ſiue in legis & prophetarum viſæ ſunt inſti D
tutionibus extitiſſe.Aequitas dilexit te.Etiam hoc mihi
videntur adoleſcentulæ proloqui, velut ſatisfacientes,
pro eo quòd dilecturas ſuper vinum ſe promiſerūt vbe
ra ſponſi:& non iam in præſenti diligant, neq; integrā
vim charitatis oſtendant.Eſt ergo vox iſta velut incu-
ſantium ſemetipſas,quaſi quæ nōdum abiecta omni ini
quitate peruenerint ad æquitatē, vt poſſint iam diligere
vinum ſuper vbera ſponſi,ſcientes incōueniens eſſe,
vt aliquid adhuc reſideat iniquitatis in eo,qui ad perfe
ctionē ſpiritualis& myſticę doctrinæ peruenerit. Quia
ergo ſumma perfectionis in charitate cōſiſtit:charitas
autē nihil iniquitatis admittit:vbi autē nihil iniquitatis
eſt,ibi ſine dubio eſt æquitas:meritò ergo æquitas eſſe di
citur quæ diligit ſponſum.Et vide,ſi non ob hoc etiam
videtur illud in euangelio à ſaluatore dictum: Si diligi Ioan.14.b.
tis me,mādata mea ſeruate.Si ergo qui diligit Chriſtū,
mandata eius cuſtodit:& qui mādata eius cuſtodit,nul
la eſt in eo iniquitas,ſed æquitas in eo permanet:æquitas
ergo eſt quæ mandata eius cuſtodit,& diligit Chriſtū.
Et rurſum:Si is qui mandata cuſtodit,ipſe diligit Chri E
ſtum:mandata autem in æquitate ſeruantur,& æquitas
eſt quæ diligit Chriſtū:qui iniquum aliquid gerit , neq;
mandata cuſtodit,neq; diligit Chriſtum. Erit ergo vt
quantum iniquitatis in nobis eſt, tātum longè ſimus à
dilectione Chriſti:& tantum mandatorū eius præuari-
catio habeatur in nobis.Et ideo regulam quādam dire
ctam ponamus eſſe æquitatē:vt ſi quid in nobis iniqui-
tatis eſt,hanc adhibentes,& ſuperducētes directoriam
mandatorum dei:ſi quid in nobis curuum,ſi quid tor-
tuoſum eſt,ab huius regulæ linea reſecetur,vt poſſit &
de nobis dici:Aequitas dilexit te. Poſſumus autem etiā
ſic accipere,vt videatur ſimile eſſe quod dixit : Aequi-
tas dilexit te,ac ſi dixiſſet:iuſtitia dilexit te,& veritas,&
ſapientia,& pudicitia:& ſingulę quæq; virtutes.Nec mi
reris ſanè,ſi dicimus virtutes eſſe quæ diligūt Chriſtū
cùm in aliis ipſarum virtutum ſubſtantiam, Chriſtum
ſoleamus accipere.Quod & frequenter inuenies in ſcri 1.Cor.1.d.
pturis diuinis,pro locis & opportunitatibus aptari.In- Epheſ.2.c.
uenimus nanq; ipſum,& iuſtitiam dici,& pacem, & ve Ioan.14.a.
ritatem . Et rurſum ſcriptum eſt in pſalmis:Iuſtitia & Pſal.84.b.
pax oſculatæ ſunt.Et,veritas de terra orta eſt,& iuſtitia Ibidem.
de cœlo proſpexit:quæ vtiq; omnia,& ipſe eſſe,& rurſum F
ipſum dicuntur amplecti.Sed & ſponſus idem dicitur,
idem etiam ſponſa nominatur:vt in prophetia ſcriptū
eſt:Sicut ſponſo impoſuit mihi mitram, & ſicut ſpon- Hiere.3.a.
ſam ornauit me ornamento.

Homilia ſecunda.

EVſca ſum,& formoſa,filiæ Hieru-
ſalem:vt tabernacula Cedar,vt pel
les Salomonis. In aliis exemplari-
bus legimus:Nigra ſum,& formo
ſa . Rurſus in hoc perſona ſponſæ
loquentis introducitur. Loquentis
autem non ad illas adoleſcentulas,
quæ cum ipſa currere ſolent , ſed ad filias Hieruſalem,
quibus tanquam his quæ derogauerint fœditati eius,reſ
pondere videtur,& dicere:Fuſca quidē ſum,vel nigra,
quantum ad colorem ſpectat,filiæ Hieruſalem: formo
ſa verò,ſi quis interna membrorum lineamenta perſpi
ciat.Nam & tabernacula,inquit,Cedar,quæ eſt gēs ma Cedar.
gna,nigra ſunt:& ipſa gens Cedar,nigredo, vel obſcu
ritas interpretatur. Sed & pelles Salomonis nigræ ſūt:
nec tamen ob hoc tanto regi,in omni gloria ſua pelliū
viſa eſt indecora nigredo.Non ergo mihi ô filiæ Hie-
ruſalem,

Grusalē,exprobretis culpā coloris:cū siue naturalis, siue exercitio quæsita,corpori pulchritudo non desit. Hæc continet historicum drama,& propositæ fabulæ species.Sed redeamus ad ordinem mysticum. Hæc sponsa quæ loquitur,ecclesiæ personam tenet ex gentibus congregatæ.Filiæ verò Hierusalē,ad quas ei sermo est, illæ sunt animæ quæ propter electionem patrū, charissimæ
Roma.11.d. quidem dicuntur,inimicæ autem propter euangelium. Istæ sunt filiæ Hierusalem ciuitatis terrenæ, quæ videntes ecclesiam ex gētibus,quanuis pro eo ignobilē, quòd
Psal.44.c. generositatem sibi Abraham,& Isaac,& Iacob non possit asscribere: obliuiscentem tamen populum suum, & domum patris sui,atq; ad Christū venientem,spernunt eam:& pro ignobilitate generis offuscant.Quod spōsa sentiens,filias prioris populi imputari sibi, & pro hoc etiam nigram se appellari,quasi quæ paternę eruditionis non habeat claritatem,respondens ad hæc dicit:Nigra sum quidem,ò filiæ Hierusalem: pro eo quòd non descendo de stirpe clarorum virorū:neq; illuminationem Mosi legis accepi: habeo tamen pulchritudinem meam mecum.Nam & in me illud primum est, quod ad imaginem dei in me factum est, nunc accedens ad
H verbum dei,recepi speciem meam. Quanuis enim pro coloris obscuritate, cōparetis me tabernaculis Cedar,
Gene.25.b. & pellibus Salomonis:tamē & Cedar ex Ismaële descē
Ibidē.17.c. dit.Secūdo nanq; loco ex Ismaële natus est, qui Ismaël non fuit expers diuinæ benedictionis.Sed & pellibꝰ Salomonis comparatis me,quæ non aliæ sunt quàm pelles tabernaculi dei:& tamen miror vos ò filiæ Hierusalem,mihi coloris velle exprobrare nigredinem.Quomodo non meministis,quòd in lege vestra scriptū est,
Num.12.a. quid passa sit Maria quæ derogauit Mosi cùm Aethiopissam nigram accepisset vxorem? quomodo ignoratis illius imaginis adumbrationem in me nunc veritate cōpleri?Ego sum illa Aethiopissa, ego sū nigra quidem,pro ignobilitate generis: formosa verò, propter pœnitentiam & fidem. Susceptenim in me filium dei,
Coloss.1.c. recepi verbum carnem factum.Accessi ad eum, qui est
Rom.8.f. & Heb.1.a. imago dei,primogenitus omnis creaturę:&qui est splēdor gloriæ,& fulgor substātiæ eius,& facta sum formosa.Tu ergo quid improperas conuertenti se à peccato, quod vtiq; lex fieri vetat:& quomodo tu gloriaris in lege præuaricans legem?Verùm quoniam in his locis sumus,vbi ecclesia quæ ex gentibus venit, nigram se esse
Rom.2.d. I dicit & formosam,quanuis longum videatur esse,& operosum colligere ex scripturis diuinis, in quibus vel qualiter sacramenti huius forma præcesserit, tamē nō mihi penitus omittendum videtur,sed quàm potuerit breuiter memorandum.Primò ergo in Numerorum libro de Aethiopissa ita scriptum est:Et locuta est Maria
Num.12.a. ad Aaron,& derogauerunt Mosi,propter mulierē Aethiopissam quam accepit vxorem,& dixerunt: Nūquid Mosi soli locutus est dominus?Nonne & nobis locutꝰ est?Et iterum in tertio Regnorū libro scriptū est de re-
3.Reg.10. &.2.Paralipo.9.& Matt.12.& Lucæ.11.d. gina Saba,quia venit à finibus terræ audire sapientiam Salomonis:hoc modo,Regina Saba audiuit nomen Salomonis,& nomen domini:& venit tentare eum in parabolis,& venit in Hierusalē in virtute magna valde: & cameli portantes odoramenta,& aurum multū valde,& lapidem precios̄um:& ingressa est ad Salomonē, & locuta est ei omnia verba quæ erant in corde suo.Et enunciauit ei Salomon omnia verba eius. Et non fuit verbum quod omiserit rex,& non enunciauerit rex ei. Et vidit regina Saba omnem prudentiam Salomonis, & domū quā ædificauit,& cibos Salomonis,& sedē pue-

rorum eius,& ordinem ministrorū eius,& vestes eiꝰ,& K
vini fusores eius,& holocausta eius,quę offerebat in domo domini:& obstupuit & dixit ad regem Salomonē: Verus est sermo quem ego audiui in terra mea de verbo tuo,& prudentia tua:& non credidi his qui loquebantur mihi,vsquequo venirē,&viderunt oculi mei:& ecce nec media pars est quæ nunciabantur mihi.Addidisti enim bona,super omnem auditionem quam audiui in terra mea.Beatæ mulieres tuæ, beati pueri isti qui assistunt in conspectu tuo semper: & audiunt omnem prudentiam tuam. Sit dominus deus tuus benedictus, qui tibi dedit sedem Israël. Quoniam dilexit dominus Israël,& voluit eum permanere in æternū:posuit te regem super eos,vt facias iudicium cum iustitia,& iudices eos.Et dedit Salomoni centum viginti talenta auri,& odoramenta multa valde, & lapidem precios̄um. Nunquam talia venerant odoramenta,nec in tāta multitudine,quæ dedit regina Saba regi Salomoni.Hāc autem historiam paulo latius repetere voluimus,& inserere huic expositioni nostræ,scientes intantum conuenire hæc ad personā ecclesiæ,quæ ex gentibus venit ad Christum:vt ipse dominus in euangeliis reginæ huius faceret mentionem,dicens eā venisse à finibus terrę,vt L
audiret sapientiā Salomonis. Austri autē reginā dicit Matt.12.& Lucæ.11.d.
eam,pro eo qꝺ Aethiopia in Austri partibus iaceat:& à finibus terræ,quasi in vltimo posita.Inuenimus aūt huius ipsius reginæ etiam Iosephum in historia sua facere mentionē,addentem etiā hoc,qꝺ postea q̄ regressa est, inquit,à Salomone,Cābyses rex miratꝰ eius sapientiā, quam sine dubio ex Salomonis sapientia susceperat,cognominauit,inquit,nomen eius Meroën. Refert autē qꝺ non solū Aethiopiæ,sed & Aegypti regnū tenuerit. Addēmus autē adhuc & ea quæ in sexagesimoseptimo psalmo,de hac eadem forma continētur. Ait ergo ibi: Dispergegentes quæ bella volūt:venient legati ex Aegypto:Aethiopia præueniet manus eius deo.Est adhuc quarto in loco apud Sophoniā prophetā de hac eadē Soph.3.b.
figura,hoc modo scriptum:Propterea sustine me,dicit dominꝰ,in die resurrectionis meæ in martyrio:hoc est in testimonio:quoniam iudicium meum est ad cōgregationes gentium,vt suscipiā reges, & effundā super eos omnē iram indignationis meę:in igne zeli mei cō sumetur omnis terra.Quoniam tunc conuertā in po- M
pulis linguā in generationem eius:vt inuocent omnes nomē domini,& seruiāt ei sub iugo vno.De vltra flumina Aethiopiæ suscipiā eos qui dispersi sunt, & afferent sacrificiū mihi.In die illa non cōfunderis Saba ab omnibus adinuētionibus tuis,in quibus impiè egisti in
Hiere.38.a. me.Sed & in Hieremia scriptum est:qꝺ principesquidā populi Israël miserint Hieremiam in lacum Melchiæ filij regis,qui erat in domo carceris:& deposuerūt eum cum funibus,& in lacu nō erat aqua,sed cœnū:& erat i cœno.Audiens autem Abdimelech Aethiops,vir eunuchus,qui erat in domo regis,quia miserūt Hieremiā in lacum:locutus est regi,& dixit:Domine rex, malè fecerunt viri isti omnia quę fecerūt in Hieremiā prophetā quia miserūt eum in lacum, & morietur ibi à facie famis:quoniam nō sunt iam panes in ciuitate.Et præcepit rex ipsi Abdimelech Aethiopi, dicens : Tolle hinc triginta homines,& educ eum de lacu, vt non ibi moriat.Et quid plura?Abdimelech Aethiops fuit qui Hieremiā eduxit de lacu.Et paulo post factus est sermo do-
Ibid.39.d. mini ad Hieremiam,dicens : Vade & dic Abdimelech Aethiopi,dicēs:sic dicit dominus deus Israël:Ecce ego adduco verba mea super ciuitatem istā in mala,& non in bona:&

A in bona:& saluabo te in die illa,& non dabo te in manus hominum quos tu times.A facie eorum saluās saluabo te:& in gladio non cades,sed erit anima tua in salutē:quoniam confisus es in me,dicit dominꝰ.Hæc interim ad præsens de scripturis sanctis occurrere potuerunt,quibus mihi videtur propositi de canticiscanticorum,versiculi mysteriū cōprobari:in quo dicit : Fusca sum,siue nigra,& formosa filiæ Hierusalē,sicut taberna culū Cedar,& sicut pelles Salomonis. Inuenitur ergo
Num.12.a. Moses in Numeris accepisse Aethiopissam vxorē fuscā vel nigrā:pro qua Maria & Aaron derogant ei,& indignantes dicunt : Nunquid Mosi soli dominus locutus est?Nonne & nobis locutus est?In quo si diligenter cōsideres,nec consequentiā sermo inuenitur habere historicus.Quid enim conuenire ad rem videbitur,vt indignantes pro Aethiopissa dicant:Nūquid soli Mosi locutus est dominus:nonne & nobis locutus est?Oportebat enim,si hoc erat in causa,dici ab eis:nō oportuit te ô Moses vxorem accipere Aethiopissam, & de semine Cham,sed de genere tuo,& de domo Leui.Horū nihil dicūt,sed aiunt:Nūquid Mosi soli locutus est deus: nōne & nobis locutus est?In quo & mihi videtur secundū
B mysterium magis intellexisse quod gestum est:& vidisse quòd iam Moses,id est, spiritualis lex , in nuptias & coniugium congregatæ ex gentibus migraret ecclesiæ: & Mariam,quæ synagogæ derelictæ formam:& Aarō, qui sacerdotij carnalis tenebat imaginem,videntes ablatum esse à semetipsis regnum:& datum esse genti facienti fructus eius,dicere:Nūquid Mosi soli locutus est
Matt.21.g. deus:nonne & nobis locutus est?Deniq; & Moses ipse, cùm tanta & tam magnifica eius opera fidei ac patientiæ referantur:nunquam tantis à deo elatus est laudibus,vt nunc cum Aethiopissam duxit vxorem. Nūc de
Num.12.a. eo dicitur,quia Moses,homo māsuetus valde super omnes homines qui sunt super terram:nunc & illud de eo dicit dominus:quia si fuerit in vobis propheta,in visionibus loquar ei aut in somniis:nō itavt famulo meo Mosi:quia in omni domo mea fidelis est.Os ad os loquar ad eum.In specie,& non in ænigmate gloriā domini vidit. Et cur nō timuistis detrahere famulo meo Mosi?Hæc omnia pro coniugio Aethiopissæ Moses audire meruit à domino . Verùm de his plenius in libro Numerorum prosecuti sumus:quæ si quis dignum iudi-
Ibidem.b. cat noscere,illa perquirat.Nunc autem sufficiat approbare ex his,quòd ipsa est nigra,& formosa, & Aethio-
C pissa,quam Moses:id est,lex spiritualis, quæ sine dubio verbum dei & Christus est, in coniugium suum ascisciticèt obtrectent,& derogent filię Hierusalem,plebs scilicet ista cum sacerdotibus suis. Videamus autem & ea quæ ex tertio Regnorum libro protulimus de regina Saba,& ipsa nihilominus Aethiopissa, cui testimonium dat dominus in euangeliis:quòd in die iudicij ve-
niat cum viris generationis incredulæ , & condemnet eos:quia venit à finibus terræ audire sapientiam Salomonis:& addit: Quia plus Salomone hic : docens per hoc plus esse veritatem,quàm veritatis figuras . Venit ergo & hæc,imò secundum figuram eius,ecclesiavenit ex gentibus audire sapientiam Salomonis veri,& veri pacifici domini nostri Iesu Christi . Venit & hæc primò quidem tentans eum per ænigmata, & quæstiones quæ ei prius insolubiles videbantur:atq; ab ipso de agnitione veri dei,& de creaturis mundi,vel de immortalitate animæ,& iudicio futuro:quod apud eam,& apud doctores eius, gentiles duntaxat philosophos, incertum semper,aut dubium manebat,absoluitur.Venit ergo in Hierusalem,ad visionem scilicet pacis,cū mul- D
titudine & virtute multa.Non enim cum vna sola gēte,vt prius synagoga solos habuit Hebrēos,sed cum totius mundi gentibus venit:deferens etiam munera digna Christo:odoramentorum siquidem suauitates: opera scilicet bona,quæ ad deum per odorem suauitatis ascendunt.Sed & auro venit repleta, sensibus sine dubio,& rationalibus disciplinis : quas ante fidem adhuc ex communi & scholari eruditione collegerat.Detulit etiam lapidem precios̄um , quem ornamenta morum possumꝰ intelligere.Cum hoc ergo apparatu intrat ad pacificum regem Christum,& ipsi aperit cor suum, in confessione & pœnitentia,scilicet præcedentium delictorum:& locuta est ei omnia quæ erant in corde suo. Propter quod & Christus,qui est pax nostra, enunciauit ei omnia verba eius:& non est verbum quod omiserit rex,& non enunciauerit ei. Deniq; cùm iam tēpus passionis appropinquaret,sic loquitur ad eam:id est,ad
Ioan.15.b. electos discipulos suos:Iam non dicam vos seruos,sed amicos:quia seruus nescit quid faciat dominꝰ eiꝰ.Ego autem nota feci vobis omnia quæcunq; audiui à patre meo.Sic ergo impletur quod dixit:quia nō fuerit verbū, quod non enunciauerit pacificus dominus reginæ E
Sabæ:id est,ecclesiæ ex gentibus cōgregatæ.Quòd si intueariś ecclesiæ statum,& dispensationes eius ordinationesq; eius consideres:tunc aduertes quomodo regina mirata sit omnem prudentiam Salomonis.Simul & require,cur non dixerit,omnem sapientiam:sed,omnē prudentiam Salomonis:quoniā quidē eruditi viri pru- Prudentia Sapientia.
dētiam de humanis negociis, sapiētiam de diuinis intelligi volūt.Idcirco fortassis & ecclesia nunc interim Christi prudentiam miratur,dum in terris est,& inter homines conuersatur.Cùm autem venerit quod perfectum est,& de terris trāslata fuerit ad cœlum,tunc vi- 1.Cor.13.c.
debit omnem sapientiam eius, cùm iam non per speciem, non per ænigmata, sed facie ad faciē de singulis quibusq; perspiciet.Vidit autem & domum,quam ædi- Ibidem.d.
ficauit,sine dubio incarnationis eius mysteria. Ipsa est enim domus quam ædificauit sibi sapientia:vidit & cibos Salomonis: illos puto,de quibus dicebat: Meus cibus est,vt faciā voluntatem eius qui misit me:vt perfi- Ioan.4.c.
ciam opus eius. Vidit & sedem puerorum eius: Ecclesiasticum puto ordinem dicit, qui in episcopatus, vel presbyterij sedibus habetur. Vidit & ordinationes siue F
stationes ministrorum eius. Diaconorum vt mihi videtur ordinem memorat,astātium diuino ministerio. Sed & vestes eius vidit : illas credo quibus induit eos, de quibus dicitur: Quicunq; autem in Christo baptizati estis,Christum induistis.Sed & vini fusores eius,ar- Galat.3.d.
bitror dici doctores,qui verbum dei & doctrinā quasi vinum populis miscent:quod auditorū corda lætificet. Vidit & holocausta eius,orationū sine dubio supplica- Psal.103.b.
tionumq; mysteria.Hęc ergo omnia vbi vidit in domo regis pacifici,imò Christi:nigra hæc & formosa, obstupuit,& ait ad eum:Verus est sermo quem audiui in terra mea,de verbo tuo,& de prudentia tua.Propter enim verbū tuū quod agnoui verum esse verbum,veni ad te. Omnia etenim verba quæ mihi dicebātur,& quę audiebā cùm essem in terra mea,à doctoribus scilicet seculi, & philosophis,non erant vera:istud est solumverū verbum quod est in te.Sed fortassis quærendum videbitur: quomodo dicat regi regina hæc, quia non credidi his quæ dicebātur mihi de te:cū vtiq; nec venisset ad Christum,nisi credidisset. Sed vide si possumus hoc modo soluere quod proponitur.Nō his,inquit,credidi qui loquebantur

G quebantur mihi.Nõ enim fidem meam in illos qui locuti sunt de te,sed in te direxi:id est,non hominib⁹,sed tibi credidi deo.Et per illos quidem audiui: ad te autẽ veni,& tibi credidi.Apud quem multo plura viderunt oculi mei,quàm annunciabãtur mihi. Reuera enim cũ peruenerit nigra hæc & formosa in Hierusalem cœlestẽ,& ingressa fuerit visionẽ pacis:multo plura & magnificẽtiora,quàm nunc ei sunt annunciata perspiciet. Nũc enim tanquã in speculo & ænigmate: tunc autem videbit facie ad faciem,cùm cõsequetur ea quæ oculus non vidit:nec auris audiuit,nec in cor hominis ascen-
1.Cor.2.c. derunt.Et tunc videbit,quia nec medietas eorũ est quæ audiuit in hac sua terra posita.Beatæ ergo sunt mulieres Salomõis,animæ sine dubio,quæ verbi dei & pacis eius participes fiunt.Beati pueri eius,qui assistunt in cõspectu eius semper:non illi qui aliquando assistũt,& aliquando non assistunt:sed qui semper & sine intermissione assistunt verbo dei,verè beati sunt.Talis erat & illa Maria,quæ sedebat secus pedes Iesu,& audiebat eum cui & testimoniũ reddidit ipse dominus,dicẽs ad Mar-
Lucæ.10.g. thã,Maria optimã partem elegit, quæ nõ auferetur ab ea.Adhuc nigra hæc & formosa dicit, Benedictus qui
H voluit dare te super sedẽ Israel.Verè enim quia dilexit dominus Israël,& voluit vt staret in ęternum,posuit te regem super eũ.Quem:Pacificum sine dubio: Christus
Ephes.2.c. enim est pax nostra,qui fecit vtraq; vnũ,& medium parietẽ sepis soluit.Et post hæc omnia dedit,inquit,centũ viginti talenta auri regi Salomoni regina Saba.Numerus hic centum viginti, consecratus est vitæ hominũ,
Gene.6.a. eorum qui fuerunt in diebus Noë,quibus istud cõceditur spaciũ vitæ,quo inuitãtur ad pœnitentiã. Ipse autẽ numerus annorũ & Mosi vitæ fuit.Offert ergo Christo
Deut.34.c. ecclesia in auri specie & põdere, non solũ multitudinẽ sensuum suorũ& intellectuũ,sed legi dei cõsecratos indicat sensus suos,per hũc qui Mosi annos vitæ cõtinet numerũ.Offert etiã suauitates odoramẽtorũ, quales & quantæ nunquã venerãt.Vel orationes in hoc, vel opera misericordiæ intellige,nunquã enim vel tam rectè orauerat,vt nũc cùm accessit ad Christum,vel tam piè
Matt.6.a. operata fuerat,vt cùm cognouit iustitiã suam non facere coram hominibus,sed corã patre,qui videt in abscõdito,& reddet palam.Sed multum est alienis in locis simul vniuersa persequi hęc,quæ nec testimonij gra
I tia videntur assumpta.Sufficiãt ista de tertio libro Regnorum.Videamus aliqua & ex his quę de sexagesimo septimo psalmo protulimus,vbi ait,Aethiopia præueniet man⁹ eius deo.Si enim intuearis,quomodo ex de-
Rom.11.b. licto Israël sit salus gẽtibus,& quòd illorum lapsus, introëũdi viam nationib⁹ dedit,aduertes quomodo præuenit & pręcedit Aethiopiæ manus,hoc est,gẽtium populus illos ad deũ,quibus primis data sunt eloquia dei,
Psal.67.g. & in hoc cõpleri,Aethiopia præueniet manus ei⁹ deo, & fit nigra ista formosa,etiam si nolunt,etiã si inuidẽt, & obtrectant filiæ Hierusalem.Sed & prophetæ testimonium quod posuimus:vbi suscepit domin⁹ etiã eos qui veniunt de locis quæ sunt vltra flumina Aethiopũ & afferunt hostias deo,simili sensu aduertendum puto.Videtur enim mihi,ꝙ vltra flumina Aethiopiæ esse dicitur ille, qui nimiis & superabundantibus peccatis infuscatus est,& atro malitiæ fuco infectus,niger & tenebrosus est redditus:& tamen ne hos quidem repellit
Psal.50.d. domin⁹,sed omnes qui sacrificia cõtribulati spũs,& humiliati cordis offerũt deo,cõfessionis scilicet,ac pœnitentiæ titulo ad eũ cõuersi,nõ repelluntur ab eo.Sic ẽm
Ioan.6.d. pacificus dicit domin⁹ noster:Ego veniẽtem ad me nõ repello.Potest autẽ & de illis dictũ videri:ꝙ vltra flu- K
mina Aethiopũ positi, venient etiã ipsi ad deũ hostias deferẽtes:qui postea q̃ intrauerit omnis plenitudo gẽtiũ,quę fluminibus Aethiopũ cõparatur:veniẽt etiã ipsi Rom.11.c.
& tũc omnis Israël saluabitur: & pro eo vltra flumina Aethiopũ dicantur,quasi qui vlteriores,& posteriores sint his spaciis,in quibus currit inundatq; gentiũ salus. Et ita fortè cõpleri videtur hoc quod dicit:quia in die Soph.3.b.
illa nõ cõfundèris omnis Israël,ex omnibus adinuẽtionib⁹ tuis,quib⁹ impiè egisti in me.Superest vt illud testimoniũ, quod de Hieremia assumpsimus explicetur: vbi Abdimelech nihilominus Aethiops vir eunuchus, cùm audisset quia Hieremias in lacum missus est à principibus populi,educit eum inde.Et puto incõueniẽs nõ videri,si dicamus quem principes Israël cõdemnauerunt,& in lacum mortis miserũt,iste alienigena & ob Hiere.38.a. & seq.
scuræ gẽtis homo,& degeneris:id est,populus gentium educit eum de lacu mortis:resurrectionem scilicet ei⁹ à mortuis credẽs:& fide sua hũc quem illi in mortẽ tradiderãt:iste de infernis reuocat ac reducit.Sed & eunu Matt.19.b.
chus hic Aethiops esse dicitur,credo ꝙ castrauerit semetipsum propter regnum dei,vel etiam ꝙ semẽ mali
L tiæ in semetipso nõ habebat,seruus quoq; est regis,quia seruus sapiẽs imperat stultis dominis.Interpretatur au Prou.17.a.
tem Abdimelech,seruus regum.Et ideo dominus relin Abdimelech.
quẽs populũ Israël pro peccatis suis,ad Aethiopem verba dirigit,& ad ipsum mittit prophetã,& ipsi dicit,Ecce ego adduco verba mea super ciuitatem istã in mala Hiere.39.d.
& nõ in bona,& saluabo te in die illa, & nõ te dabo in manus hominum,sed saluans saluabo te.Salutis autem causa hæc est ei,quia eduxit prophetã de lacu, id est ꝙ fide sua qua Christum resurrexisse credat à mortuis,eduxisse eum ex lacu videtur.Habet ergo plurima testimonia fusca hæc vel nigra & formosa,in quibus liberè agat,& cum fiducia dicat ad filias Hierusalem,quia fusca sum quidẽ vel nigra,sicut tabernacula Cedar,formosa autẽ sicut pelles Salomonis.De pellibus Salomonis scriptum aliquid propriè non memini.Puto aũt referri posse ad gloriam eius,de qua dicit saluator, Quia nec Matt.6.&
Salomon in omni gloria sua opertus est sicut vnum ho Lucæ.12.d.
rum.Nomen tamen ipsum pellium in tabernaculo testimonij inuenimus frequẽter referri, sicut cùm dicit, Et facies pelles ex caprarum pilis operimentum super Exo.26.c.
tabernaculum testimonij,vndecim pelles facies. Lõgi M
tudo pellis vnius triginta cubitorum,latitudo quatuor cubitorũ.Eadem mensura erit vndecim pellibus.Et cõiunges quinq; pelles simul,& alias sex simul,& replicabis sextã pellẽ à fronte tabernaculi,& facies quinquagĩta ansulas per orã pellis vnius,& quinquaginta ansulas per orã pellis alterius,per quas cõiũgantur vna ad alteram:& facies circulos æreos quinquagenos:& cõiũges ex ipsis pelles:& erit vnũ totum.Et replicabis quòd superest ex pellibus medietatem pellis vnius à fronte tabernaculi,& ex alia medietate quod superest velabis posteriora tabernaculi:cubitum hinc & cubitum inde: ex eo quod abũdat in lõgitudine pellium:& erit adopertũ tabernaculum ex lateribus hinc & inde. Puto ergo ꝙ harũ pelliũ mẽtio fiat in Cãticocãticorum:& istæ dicãtur esse Salomonis,qui accipitur in pacificum Christũ Ipsius ergo est tabernaculum,& ea quæ ad tabernaculũ pertinent:& præcipuè si illud tabernaculũ cõsiderem⁹ Heb.8.a.
quod dicitur tabernaculũ verũ,quod fixit deus & non Heb.9.f.
homo:& quod ait,nõ enim in manu facta sancta intrauit Iesus exẽplaria verorũ.Si ergo pulchritudinẽ suam spõsa pellibus cõparat Salomonis:illarũ sine dubio pellium

A lium gloriam & pulchritudinem dicit: quæ operiunt illud tabernaculum quod fixit deus,& nõ homo.Si verò nigredinem suam,quæ exprobari à filiabus Hierusalem videbatur,pellibus cõtulit Salomonis:huius tabernaculi,quod exemplar veri tabernaculi vocatur, accipiendæ sunt pelles:quasi quòd & ipsæ nigræ sint quidẽ: vtpote caprarum pilis textæ:& tamen vsum ornatumq; exhibeant diuino tabernaculo.Quòd autem videtur esse persona vna quæ loquitur:& pluribus se vel tabernaculis Cedar,in nigredine,vel Salomonis pellibus cõparauit:ita accipiendum est,quia vna quidem persona videtur ecclesiæ:innumeræ tamen sunt quæ per orbem terræ diffusæ sunt,atq; immensæ cõgregationis ac multitudinis populorum.Sicut & regnum cœlorum vnum quidem dicitur,sed multæ tamen in eo mansiones me-
Ioan.14.a. morantur esse apud patrem. Potest autem & de vnaquaq; anima,quæ post peccata plurima conuertitur ad pœnitentiam,dici:quòd nigra sit quidem pro peccatis: formosa,propter pœnitentiam & fructus pœnitentiæ. Deniq; & de hac ipsa quæ nunc dicit,nigra sum & formosa, quia non in finem in nigredine ista permansit, post hæc dicũt de ea ipsa filiæ Hierusalem:Quæ est ista
B quæ ascendit dealbata,incumbẽs super fratrem suum?
Cant.3.& 8.b Ne videatis me,quoniam infuscata sum ego:quia despexit me sol.Infuscata,siue denigrata. Si cõpetenter nobis videtur aptata expositio,quam in superioribus, vel de Aethiopissa,quæ à Mose suscepta est in coniugium: vel de regina Saba Aethiopum, quæ sapientiam Salomonis venit audire,texuimus:meritò nunc hæc quę fusca,vel nigra est & formosa,satisfacere videtur pro nigredine,vel fuscatione sua,causasq; reddere exprobrãtibus,quasi quę nõ natura talis,nec ita à cõditore creata sit:sed ex accidẽtibus hoc passa sit.Ex eo,inquit,quia sol despexit me.In quo ostendit non de nigredine corporis fieri sermonem:quod vtiq; sol obscurare, & denigrare solet,cùm respicit magis,quàm cum despicit. Ita deniq; & apud illam omnem gẽtem Aethiopum ferũt: cui iam naturalis quædam inest ex seminis carnalis successione nigredo,quòd in illis locis sol radiis acriorib⁹ ferueat:& adusta iam semel atq; infuscata corpora, genuini vitij successione permaneant.Contrarij verò ordinis est animæ nigredo.Nam neq; aspectu,sed despe-
C ctu solis inuritur:neq; nascendo, sed negligendo conquiritur:& ideo sicut ignauia assumitur,ita & industria repellitur & repulsatur.Denique (vt superius dixi) hæc ipsa quæ nunc nigra dicitur esse: in fine cantici huius dealbata memoratur ascendere, incumbens super fraternum suum.Effecta est ergo nigra,quia descendit. Si autem cœperit ascendere,& incumbere super fraternũ suũ,& adhærere ei,nec omnino separari ab eo, erit dealbata,& candida:abiectaq; omni nigredine, veri luminis luce circunfusa radiabit. Dicit ergo nunc ad filias Hierusalem,pro nigredine sua satisfaciens:Non putetis ô filiæ Hierusalem, quòd naturalis est ista nigredo, quam videtis in vultu meo:sed scitote, quoniam despectu solis est facta.Sol enim iustitiæ, quia me non inuenit rectè stantẽ,nec ipse in me rectos direxit lucis suæ radios.Ego enim sum populus gentium,qui prius non aspexi ad solem iustitiæ,nec steti ante dominũ: & ideo nec ille me aspexit,sed despexit:neque astitit mihi, sed præteriit.Hoc autem ita esse, etiã tu qui Israël diceris, re ipsa expertus iam iamq; cognosces,& dices.Sicut enim me aliquando non credente tu assumptus es,& misericordiam consequutus,& te respexit sol iustitiæ: me autem vtpote inobediẽtem,& incredulum despexit, & spreuit: ita & nunc quia tu incredulus, & inobediens D
factus es,ego spero respici à sole iustitiæ, & misericordiam consequi. Quòd autem mutua nobis sit solis ista despectio,& ego primò pro inobedientia mea despect⁹ sum,tu verò respectus: nunc autem etiam tibi non solum despectus solis,sed & cęcitas quædam licèt ex parte contigerit,testem tibi producã magnificum,& cœlestis secreti cõscium Paulum,qui ita dicit: Sicut enim Rom.3.a.
vos(de gentibus sine dubio loquens)aliquando non credidistis deo,nunc autem misericordiam consequuti estis propter istorum incredulitatem:ita & isti non crediderunt in vestra misericordia,vt ipsi misericordiam consequantur. Et item in aliis dicit: Quia cæcitas ex Ibid.11.c.
parte contigit in Israël, donec plenitudo gentium intraret.Hinc ergo est in me quam exprobras ista nigredo,quia despexit me sol propter incredulitatem,& inobedientiam meam.Cùm verò rectè stetero ante eum, & non fuero obliquus in aliquo, neq; declinauero ad Prou.4.d.
dexteram neque ad sinistram,sed fecero rectas semitas pedibus meis,contra solem iustitiæ incedens in omnibus iustificationibus eius,sine querela: tunc & ipse rectus me respiciet,& nulla erit obliquitas,nec erit causa
E vlla despectus:& tunc reddetur mihi lux mea & splendor meus:intantumq; propelletur à me quam nunc exprobratis ista nigredo:vt etiam lux mundi merear appellari.Sic ergo sol iste quidẽ visibilis ea corpora, quibus à summo libramine insederit,infuscat & vrit:ea verò quæ procul sunt,& ab ista collibratione longius posita,conseruat in candore suo:nec omnino vrit ea, sed illuminat. Sol verò spiritualis,qui est sol iustitiæ,in cu- Malac.4.a.
ius pennis sanitas esse dicitur, econtrariò eos quidem quos recti cordis inuenerit,& ad libram sui splendoris consistentes illuminat,& omni fulgore circundat:eos autem qui obliquè incedũt cum eo,necessario etiã ipse obliquè non tam respicit quam despicit:hoc eis præstãte inconstãtia sua,& instabilitate.Quomodo enim qui peruersi sunt possũt suscipere quod rectum est: velut si curuo ligno adhibeas rectissimam regulam: videbitur quidem per regulam argui materię prauitas:nõ tamen regula est,quæ ligno causam peruersitatis imposuit. Et ideo festinandum est ad vias rectas,& standum in semitis virtutum,ne fortè sol iustitiæ,rectus incedens, si
F nos obliquos stare inueniat & peruersos,despiciat nos, & efficiamur denigrati.Inquantũ enim incapaces fuerimus lucis eius,intantum tenebris & nigredini dabimus locum.Hinc enim est ipse sol qui & lux vera, illuminans omnem hominem veniẽtem in hunc mundũ, Ioan.1.a
& qui in hoc mundo erat,& mundus per ipsum factus est.Nõ enim per istud visibile lumen,mundus fact⁹ est, cùm & ipsum portio sit mũdi:sed per istud verũ lumẽ, à quo lumine si nos peruersi incesserimus,despici dicimur.Et ipsum enim nobis peruersè incedentibus, peruersum quoq; incedit:sicut scriptũ est in maledictionibus Leuitici.Et si incesseritis,inquit,mecum peruersi:& Leuit.26.b.
nolueritis obedire mihi,adiiciam vobis plagas septem. Et post pauca:Et si,inquit,non fueritis emẽdati, sed incesseritis mecum peruersi,incedã & ego vobiscum peruersus.Siue vt in aliis exemplaribus legimus:Si incesseritis mecum obliqui, incedã & vobiscum obliquus. Et post aliquanta iterum dicit ad vltimum. Et quoniam ambulauerunt in conspectu meo obliqui,& ego ambulabo cum eis in furore obliquus. Hæc assumpsimus ex quibus probaremus qualiter despiçere,hoc est, obliquè aspicere sol dicatur.Et euidẽter claruit,quòd hos despiciat,& cum his obliquè incedat ac peruersè,qui obliquè incedunt

Gincedunt cum eo. Sed & hoc quod admonuit præsens locus, indiscussum nõ omittamus: quia sol duplicis videtur esse virtutis: vnius, qua illuminat: alteri⁹, qua adurit. Sed pro rebus, aut materiis subiacẽtibus, aut illuminat aliquid luce, aut infuscat, & obdurat aliquid ardore. Secũdum hæc ergo fortassis & indurasse dicitur deus cor Pharaõis, quòd scilicet talis fuerat materia cordis ipsi⁹, quæ præsentiam solis iustitiæ, non ea parte qua illuminat, sed ea qua adurit, & indurat exceperit, propter hoc sine dubio, quòd & ipse affligebat Hebræorum vitam in operibus duris, & quòd luto, & latere cõficiebat eos. Et erat vtiq; cor eius, secũdũ ea quę cogitabat, luteum & limosum. Et sicut materiam luti sol istevisibilis stringit, & indurat, ita sol iustitiæ his iisdẽ radiis, quibus illuminat populum Israël, Pharaonis cor, cui inerant luteę cogitationes, pro ipsis motuum suorum qualitatibus indurabat. Hæc autẽ, quòd ita se habeãt, & nõ communẽ (vt hominibus videtur) historiã; famulus dei per spiritũ sanctum scribat, ostẽditur etiam inde, quod vbi refert ingemuisse filios Israël, non dicit à luto, neq; à latere, neq; à paleis ingemuisse eos, sed ab operibus suis inquit. Et rursum: Et ascendit, inquit, clamor eorũ ad deũ. Non dixit à luto & latere: sed iterũ ab operibus suis, propter quod & subiungit, Quia exaudiuit dominus gemitus ipsorũ, cùm vtiq; nõ exaudiuit eorum gemitum, qui nõ ex operibus suis clamãt ad dominum. Hæc quanuis per excessum dicta videãtur, tamen locorum opportunitate cõmoniti, nequaquam iudicauimus omittẽda, maxime cũ habeãt aliquid similitudinis ad hoc quod dicit, hęc quę infuscata est, quia despexerit eam sol. Quod vtiq; ostenditur ibi accidere, vbi peccatorum causa præcedit, & ibi infuscari, vel aduri aliquẽ sole, vbi peccati materia subsistit. Vbi verò non est peccatum, sol neq; adurere dicitur, neque infuscare, sicut de iusto refertur in psalmis, Per diem sol non vret te, neq; luna per noctem. Vides ergo quia sanctos, in quib⁹ peccatorum nulla causa est, sol nunquam adurit. Vt enim diximus, duplicis virtutis est sol: iustos quidem illuminat, peccatores verò nõ illuminat, sed adurit: quoniam & ipsi oderunt lucem, quia malè agunt. Deniq; ob hoc deus noster ignis dicitur esse consumens: & nihilominus lux, in quo tenebrę non sunt: lux sine dubio iustis, & ignis efficitur peccatoribus, vt consumat in eis omne quod in anima eorum corruptibilitatis, aut fragilitatis inuenerit. Quòd autem in multis scripturæ locis, & sol, & ignis non iste visibilis, sed ille inuisibilis, & spiritualis dicatur: ipse etiam si recenseas, abundanter inuenies. Filij matris meæ dimicauerunt in me, posuerunt me custodem in vineis: vineam meam non custodiui. Adhuc ipsa quæ fusca quidem pro delictis priorib⁹: formosa verò est pro fide, & conuersatione, etiam hęc dicit, asseueransq; filij matris suæ dimicauerũt non contra eam, sed in ea: & post hoc bellum quod in ea gesserunt, constituerunt eam vineam custodem: nõ vnius vineæ, sed multarum. Astruit autem hæc eadem, q; prẽter illas vineas quas à filiis matris suæ custodire posita est, habuerit aliam propriã vineam quam non custodierit. Hæc est propositi dramatis fabula. Sed nunc inquiramus, quæ sit mater sponsæ huius, quam hæc allegat: qui sint etiam filij eius, qui dimicauerunt in ea: & confecto bello tradiderint ei vineas, quas custodiret: quasi quæ non potuisset seruare eas, nisi ab illis dimicatũ fuisset: illam verò susceptа aliarũ vinearum custodia: propriam vineam noluisse, vel non potuisse seruare. Ad Galatas Paulus scribens ait: Dicite mihi qui sub lege vultis esse, legem non audistis? Scriptum est enim: Quoniam Abraham duos habuit filios K vnum ex ancilla, & vnum de libera. Sed is quidem qui de ancilla, secundum carnem natus est: qui verò de libera, secundum repromissionem: quæ sunt allegorica. Hæc enim sunt duo testamenta: vnum quidem in mõte Sina, in seruitutem generãs, quæ est Agar. Sina enim mõs est in Arabia, qui confertur huic quę nũc est Hierusalem, & seruit cum filiis suis. Quæ autem sursum est Hierusalem, libera est, quæ est mater omnium nostrũ. Hanc ergo Hierusalem cœlestem dicit esse Paulus, & suam, & omnium nostrum credentiũ matrẽ. Deniq; addit in posterioribus, & dicit: Propter quod fratres nõ sumus filij ancillæ, sed liberæ: qua libertate liberauit nos Christus. Euidenter ergo Paulus pronunciat, q̃ omnis qui per fidem à Christo consequitur libertatẽ, filius sit liberæ: & hanc dicit esse sursum Hierusalem quæ libera est, quæ est mater omnium nostrũ. Huius ergo matris, & ipsa hæc sponsa filia esse intelligitur, in his qui dimicauerunt in ea, & constituerunt eam custodẽ vinearũ. Vnde videntur isti qui tantam potestatẽ habuerint, vt & bellum gererent in ea, & ordinarent eã vinearum custodem, non cuiuscunq; humilis, aut contemnendi loci L fuisse. Possum⁹ ergo & apostolos Christi accipere filios matris sponsæ: hoc est, Hierusalem filios cœlestis, qui pugnauerunt prius in ista quæ ex gẽtibus congregatur. Pugnauerunt autem vt vincerent in ea illos, quos prius habuit infidelitatis & inobedientiæ sensus, & omnẽ elationem extollẽtem se aduersus scientiam Christi: sicut Paulus dicit: Cogitatiões destruentes, & omnem altitudinem extollentem se aduersus scientiã Christi. Pugnauerunt ergo non aduersus eã, sed in ea: hoc est, in sensibus & corde eius: vt destruerent, & depellerẽt omnem infidelitatẽ, omne vitiũ, omnesq; doctrinas, quæ ei inter gẽtes positæ, falsis sophistarum assertionibus inoleuerãt. Fuit ergo apostolis Christi grãde bellum, donec omnes ex ea mendacij turres, & muros peruersę doctrinæ subruerent, donec iniquitatis argumenta prosterne rent: & operãtes hæc atq; succedentes in corde ei⁹ dæmones debellarent. Vbi ergo effugauerũt ab ea omnes sensus infidelitatis antiquæ, nõ eam relinquũt ociosam: ne fortè per ocium rursus antiqua surrepant, & redeãt quæ depulsa sunt: sed dant ei opus quod agat, & consignãt ei custodiam vinearum. Vineas accipiamus singula quæcũq; volumina legis ac prophetarum. Erat enim M vnusquisq; eorum sicut ager plenus, quem benedixit dominus. Hæc ergo isti viri fortes post victoriam belli, seruanda ei, & custodienda consignant. Non enim relinquunt eam, vt diximus ociosam. Sed & euangelistarum scripta, atq; ipsorum apostolorum literas possumus similiter vineas accipere: quas huic quæ ex gentibus congregatur, pro qua etiam dimicauerunt, custodiẽdas colendasq; tradiderunt. Quod verò ait: Quia suam propriam vineam non custodierit: illam possumus eruditionem dicere, qua vnusquisq; exercebatur ante fidem, quam sine dubio credens Christo, relinquit ac deserit: & ea quæ sibi lucra videbantur, dicit propter Christum detrimenta. Sicut & Paulus gloriatur legis obseruãtias, & omnem Iudaicæ institutionis gloriam fuisse sibi vt stercora, tantum vt in Christo inueniretur, non habẽs suam iustitiam quæ ex lege est, sed iustitiam quæ ex deo est. Sicut ergo Paulus accepta Christi fide non custodiuit vineam suam, Iudaicæ scilicet traditionis obsequia: & idcirco fortasse non custodiuit: quia cum plantata esset à deo vitis vera, cõuersa est in amaritudinem vitis alienæ, & erat iã vitis Sodomorũ vinea eorũ, & palmes eorum

Exod.4.e. & 7.a.

Exod.2.d.

Ibidem.

Psal.120.b.

Ioan.3.c. Deut.4.d. 1.Ioan.1.b.

Gala.4.c

2.Cor.10.b.

Gene.27.d

Philip.3.b.

Ibidem.

Hiere.2.d.

Deut.32.e.

A eorũ ex Gomorra: & botrus amaritudinis in eis: & furor draconum vinum eorũ, & furor aspidum insanabilis: ita & apud gentes erant plurimæ huiusmodi doctrinæ, quas post illa bella quibus pro fide, & agnitione Christi à doctoribus dimicatum est, superatas dicit: puto quòd omnino criminis loco ducatur, si custodierit aliquis huiusmodi vineas, & agrum colat vltrà, venenatis & noxiis constitum disciplinis. Nec mireris si his culpis aliquãdo fuisse videatur obnoxia hæc quæ ex nationum dispersione colligitur, & iam Christo sponsa præparatur. Recordare quomodo prima mulier seducta est, & in præuaricatione facta: quæ non aliter salua fieri dicitur, nisi per filiorum generationem: illorũ dũtaxat, qui permanent in fide, & charitate cum sanctitate. Hoc ergo quod de Adam, & Eua scribitur, sic asseuerat Apostolus: Mysterium magnum est in Christo, & ecclesia: qui eam ita dilexit, vt semetipsum traderet pro ea, cum esset adhuc impia hęc ipsa: sicut ipse dixit: Cùm enim adhuc secundum tempus impij essemus, Christus pro nobis mortuus est. Et iterum: Quia cùm adhuc essemus infideles, Christus pro nobis mortuus est. Nõ ergo mirum est, si hæc quæ seducta, & in præuaricatione B facta, & quæ impia secundum tempus fuit & peccatrix talem dicatur vineam coluisse eo tempore, cùm adhuc impia erat, quam relíquere debuerit, & nequaquam omnino seruare. Quòd si etiam tertium explanationis locum placet exequi, referamus hęc ad vnamquamq; animam, quæ conuersa ad deum, & ad fidem veniẽs patitur sine dubio cogitationum pugnas, & obluctationes dæmonum reuocare eam nitentium ad prioris vitæ illecebras, vel infidelitatis errorem. Sed ne hoc fiat, néve rursum dæmonibus in ea tantum liceat: prospexit diuina prouidentia, vt paruulis quibusq;, & his qui pro semetipsis aduersus astutias diaboli, & dæmonũ pugnas dimicare non possunt (vt pote infantes adhuc & lactẽtes in Christo) daret angelos propugnatores, & defensores: qui velut tutores & procuratores constituti sunt à deo eorum qui in infirma ætate positi, pro semetipsis (vt diximus) pugnare non possunt. Et vt hoc cum maiori fiducia agant, conceditur eis semper videre faciẽ patris, qui in cœlis est: & istos puto esse paruulos, quos venire ad se Christus iussit, & nõ sinit phiberi: & quos semper dixit videre faciem patris. Nec tibi contrarium videatur: si eos hæc anima quæ ad deum tendit, matris C suæ filios appellat. Si enim animarum mater Hierusalem cœlestis est, & angeli nihilominus cœlestes nominantur, nihil dissonans videbitur, si hi qui similiter vt ipsa cœlestes sunt, ab ea filij matris appellentur. Super omnia autem congruum videbitur, & conueniens: vt quibus vnus est pater deus, vna sit & Hierusalem mater. Quòd verò ait: Vineam meam non custodiui: instituta illa ac mores & propositum, in quo exercebatur secundum veterem hominem viuens, indicare videtur laudabiliter à se non esse seruata: ex quo autem adiutorio angelorum dimicauit & vicit, iam penitus à se effugauit veterem hominem cum actibus suis: constitutaq; est ab eis vinearũ custos, sensuum scilicet, & dogmatũ diuinorũ: ex quibus possit vinum bibere, quod lætificet cor eius. Annuncia mihi quem dilexit anima mea: vbi pascis, vbi cubas in meridie: ne fortè efficiar sicut adoperta super greges sodalium tuorum. Adhuc sponsa loquitur etiam hæc: sed ad sponsum, & non iam ad filias Hierusalem. Igitur ab initio, vbi ait: Osculetur me: vsq; ad hunc locum, super greges sodalium: cuncta quæ dicta sunt, verba sunt sponsæ. Sed primò sermo eius ad deũ factus est, secundò ad sponsum, tertiò ad adolescẽtulas: D inter quas & sponsum media quædam, & vt se dramatis huius species habet, quasi mesochorus effecta: nunc ad ipsum, nunc etiam ad filias Hierusalem respondens dirigit verba. Hos ergo nũc vltimos sermones suos ad sponsum facit, requirens ab eo vbi pascat in meridie, & vbi collocet gregem: verens ne dum requirit eum, incurrat in ea loca, vbi sodales sponsi locatos per meridiẽ greges seruant. Ostenditur autem per hæc, quia sponsus hic etiam pastor sit. In superioribus autem didiceram⁹ eum esse & regem, pro eo sine dubio quòd homines regat: pastorem verò, pro eo quòd oues pascat: sponsum autem, pro eo quòd habeat sponsam; quæ cũ eo regnet: secundum quod scriptum est: Astitit regina à dextris Psal.44.b. tuis in vestitu deaurato. Hæc interim continet dramatis ipsius, qui est quasi historicus, ordo. Nunc autem requiramus intelligentiam mysticam: & si oportet præuenire paululum ea, quæ in posterioribus proferẽda sunt, quo quis effectus sit horum sodalium pateat: memorẽmus illud quod scriptum est: Quia reginę sunt sexaginta, Cant.6.c. sed ex his omnibus vna sit columba; & vna perfecta ac particeps regni. Cæteræ verò iã inferiores sunt: quæ octoginta appellantur concubinæ. Adolescentulæ verò, quarum numerus nullus est, post ordinem concubinarum ponuntur. Istæ autem omnes animarum earum differentiæ sunt, quę in Christo credentes diuersis ei affectibus associantur. Vt (verbi gratia) dicamus omnem ecclesiam per illam figuram corpus esse Christi; qua Apostolus dicit: in quo corpore diuersa esse membra pronunciat: & alios esse oculos, & alios manus, alios etiam pedes: & singulos pro operum studiorumq; suorum meritis, in membra corporis huius aptari. Secundum hanc ergo speciem, & hæc intelligenda sunt: & alias quidem animas putandum est in hoc sponsali dramate, quæ magnificentiori affectu sponso atq; illustriori sociantur, apud eum reginarum loco, & affectu habeãtur: alias, quarum inferior sine dubio in profectibus & virtutibus honor est, concubinarum loco duci: & alias adolescentularum, quæ videntur extra aulam quidem positæ, non tamen extra vrbem regiam. Posteriores verò, & post omnes quę supra memoratæ sunt, esse eas animas, quæ oues appellantur. Si verò perspiciamus attentius, adhuc fortassis etiam harum omnium inuenie mus inferiores alias, & vltimas omnium: illas scilicet F quæ in sodaliũ eius gregibus numerantur. Et ipsi enim habere greges quosdam dicuntur, in quos nóvult sponsa incurrere, & ob hoc petit à sponso, vt annunciet sibi vbi pascat, vbi meridiem faciat: ne fortè, inquit, efficiar sicut adoperta super greges sodalium tuorum. Quæritur ergo, sodales isti qui habere quosdam greges dicũtur, vtrum sponso operam dantes, & sub ipso velut pastorum principe agentes, hoc faciant: quandoquidem sodales eius nominãtur: an proprium aliquid & seque stratum habentes, & quod non sit cum animo sponsi: quandoquidem refugit sponsa; & veretur ne fortè incurrat sodalium greges, dum sponsum suum requirit. Sed & quod dixit: Ne fortè efficiar non adoperta, sed sicut adoperta: require, ne fortè innuat per hoc esse alí quas sodalium quasi sponsas, habentes etiam ipsas habitum sponsalem, & esse adopertas: & sicut Apostolus dicit, Velamen & potestatem habentes super caput. Et vt 1.Cor.11.b. manifestior sermonis huius explanatio fiat, iterũ quasi dramatis ordine, quod dicitur exequamur. Exposcit ab ipso sponso suo sponsa: vt ei locum secreti sui indicet, & quietis: quandoquidem amor is impatiens, etiam per meridiem

Matt.18.b. Ibid.19.b.

1.Tim.2.d.

Ephes.5.g.

Rom.5.a.b.

Ephes.4.c.

Psal.103.b.

G meridiem cupit audire ſponſum:eo præcipuè tempore, quo clarior lux,& ſplendor diei perfectus & purus eſt, vt aſſiſtat ei oues paſcenti,vel refrigeranti. Et ſtudioſè vult viam diſcere,qua ire ad eum debeat:ne fortè ſi nó fuerit edocta itineris huius anfractus, incurrat greges ſodalium:& videatur ſimilis eſſe alicui illarum,quæ adopertæ veniunt ad ſodales eius,nec pudoris curam gerunt,aut verentur paſſim diſcurrere, & multis apparere.Ego autem quæ à nullo,inquit,alio videri volo, niſi à te ſolo:ſcire deſidero,quo ad te itinere veniam,vt ſecretum ſit,vt nemo ſit medius,vt nullus arbiter peregrinus & alienus occurrat.Et fortè ob hoc requirit iſta loca,in quibus paſcit ſponſus oues ſuas,& oſtédit ei verecundiam ſuam,pro qua non vult incurrere gregeſodalium:vt ille ſegreget oues ſuas à ſodalibus , & ſeorſum paſcat:vt non ſolum ſponſa nonvideatur ab aliis, ſed & arcanis,& ineffabilibus myſteriis ſponſi ſecretius perfruatur.Nunc ergo videamus per ſingula:& primò quidem vide ſi poſſumus dicere,quòd dominus,cu
Pſalm.77.g & 134.a. ius portio fuit Iacob,& funiculus hæreditatis eius Iſrael,ipſe intelligendus ſit ſponſus:Sodales verò eius, an-
Dent.32.a. H geli illi ad quorum numerum cùm diuideret excelſus gentes,& diſpergeret filios Adam,ſtatuit terminos gẽtium ſecundum numerum(vt ait)angelorum dei:& iſti ſunt fortaſſis greges ſodalium ſponſi,gentes ſcilicet cũctæ,quæ velut pecora ſub angelis paſtoribus conſtitutæ ſunt.Grex verò ſponſi illæ dicantur , de quibus ipſa
Ioan.10.c. in euangelio veritas dicit:Oues meæ,vocem meam audiunt.Vide enim & obſeruanter intende,quoniam dixit,oues meæ:quaſi ſint & aliæ oues, quæ non ſint eius: ſicut & ipſe in aliis dicit,Vos non eſtis de ouibus meis quæ ſingula huic occulto myſterio conuenienter videbuntur aptari.Quę ſi ita ſe habent,competenter ſponſa vniuſcuiuſq; ſodalium gregem, ſponſam eius intelligi voluit,quam adopertam nominauit.Sed quoniam certa erat , quòd ſuper omnes illas ipſa eſſet : non vult ſimilis videri alicui illarum:vtpote quæ ſciret tantum ſe debere præcellere illas ſodalium ſponſas,quas ſponſa nominat velut adopertas,quantum eminentiæ ſponſus ſuus habeat ad ſodales. Sed & pro hoc adhuc videbitur percunctandi cauſas habuiſſe:quandoquidem bo
I ni paſtoris ſcit eſſe ſtudium, vt optima ouibus paſcua requirat,& vt viridantia atq; opaca quæq; ad requiem nemora meridiani æſtus inueniat.Quod quidem ſodales ſponſi facere neſciunt: nec in eligendis paſcuis,aut ſcientiæ tantũ, aut ſolicitudinis gerunt:&ob hoc dicit, Annuncia mihi, vbi paſcis , vbi cubile habes in meridie? cupiens tempus ſcilicet illud, quo copioſius mundo lumen infunditur:quo magis merus eſt dies,& purior,& florulentior eſt lux.Tunc,inquit,annuncia mihi ô tu quem dilexit anima mea, vbi paſcis , vbi cubile habes in meridie? ne fortè efficiar , vt adoperta ſuper greges ſodalium tuorum. Nouo nunc nomine ſponſa appellauit ſponſum.Sciens enim ipſum eſſe filium charitatis,imò ipſum eſſe charitatem,quæ ex deo eſt , quaſi vocabulum ei iſtud poſuit, quem dilexit anima mea: & tamen non dixit, quem dilexi , ſed, quem dilexit anima mea:ſciens non qualicunq; dilectione,ſed ex to-
Deut.6.a. ta anima , & ex totis viribus , & ex toto corde habendam eſſe dilectionem ſponſi . Vbi paſcis,inquit, & vbi cubile habes?Putò autem quòd & propheta de hoc loco , quem nunc ſponſa diſcere ab ſponſo deſiderat , &
Pſal.22.a. audire,etiam ipſe ſub eodem poſitus paſtore dicat: Dominus regit me:ſiue,vt in aliis legimus,Dominus paſcit me,& nihil mihi deerit : Et quoniam ſciebat alios paſtores,vel ignauia,vel imperitia faciente, greges in K locis aridioribus collocare:de hoc optimo paſtore do Ibidem. minus dixit:In loco viridi,ibi me collocauit. Super aquam refectionis educauit me : oſtendens paſtorem hunc,non ſolum abundantes aquas ouibus ſuis: ſed & ſalubres,& puras,& quæ per omnia reficiant,prouidere.Sed quoniam ab hoc ſtatu , quo vt ouis ſub paſtore deguerat,conuerſus ad rationabilia, in excelſiora profecit: idq; adeptus eſt per conuerſationem:ſubiungit& Ibidem. dicit:Animam meam conuertit : Eduxit me ſuper ſemitas,iuſtitiæ,propter nomen ſuum. Hinc verò quandoquidem in hoc profecerat, vt iuſtitiæ incederet vias:iuſtitia autem habet ſine dubio impugnantem ſe iniuſtitiam:& neceſſe eſt eum qui iuſtitiæ iter incedit:habere pugnas aduerſantium,fide conuerſus & ſpe , dicit de eis:Nam & ſi ambulem in medio vmbræ mortis:nõ timebo mala:quoniam tu mecũ es. Poſt hæc verò quaſi gratiam referens ei qui ſe paſtoralibus imbuerat diſciplinis:Virga,inquit,tua & baculus tuus:quibus inſtitutus videor ad paſtoris officium:ipſa me conſolata ſunt. Hinc verò vbi vidit ſeſe à paſtoralibus paſcuis,ad rationabiles cibos,& myſtica ſecreta trãſlatũ , addit & ſubdit : Paraſti in conſpectu meo menſam , aduerſus eos, qui tribulant me.Impinguaſti in oleo caput meum: & L calix meus inebrians quàm præclarus eſt.Et miſericordia tua ſubſequetur me:omnibus diebus vitæ meæ . Vt inhabitem in domo domini,in longitudine dierum. Illa ergo prima,id eſt,paſtoralis inſtitutio , initium eorum fuit:vt in loco viridi collocatus, ſuper aquam refectionis educaretur.Hæc verò quæ ſequuntur de profectibus,ad perfectionem requiruntur. Et quoniam de paſcuis,& viriditate propoſuimus , conueniens etiam videtur de euangeliis confirmare quæ diximus. Inueni etiam ibi paſtorem hunc bonum de paſcuis ouium diſſerentem , vbi ad hoc quòd paſtorem ſe profitetur, Ioan.10.b. etiam oſtium ſe eſſe commemorat,& dicit : Ego ſum oſtium:per me ſi quis introierit,ſaluabitur:& ingredietur,& egredietur,& paſcua inueniet.Hunc etiam nunc ſponſa percunctatur, vt ab eo audiat & diſcat , in quibus paſcuis oues agat,vel in quibus amœnitatibus meridianos procuret æſtus:meridiem appellans illa ſcilicet cordis ſecreta,quibus clariorem ſcientiæ lucem , à verbo dei anima conſequitur . Hoc enim tempus eſt, quo ſol excelſiorem circumitus ſui verticem tenet. Si-
M quando ergo ſol iuſtitiæ Chriſtus,eccleſiæ ſuæ excelſa, & ardua virtutum ſuarum ſecreta manifeſtat , amœna etiam paſcua cubiliaq; meridiana videbitur edocere. Nam cùm adhuc initia habet diſcendi,& prima (vt ita dicam)ab eo ſcientiæ ſuſcipit rudimenta:tũc dicit pro-
Pſal.45.a. pheta,Et adiuuabit eam mane diluculò.Nũc ergo,quia perfectiora iam quærit, & excelſiora deſiderat , meridianum ſcientiæ lumen expoſcit . Hinc puto & Abrahæ poſt multas eruditiones , quibus apparens ei deus,
Gene. 18.a. imbuit eum de ſingulis,& docuit,pòſt refertur, quia viſus ſit ei deus ad quercum Mamre , ſedenti ad oſtium tabernaculi ſui meridie,Et reſpiciens,inquit,oculis ſuis vidit,& ecce tres viri ſtabant ſuper eum.Quod ſi credimus hæc per ſpiritum ſanctum ſcripta,non puto fruſtra placuiſſe diuino ſpiritui , vt etiam tempus & hora viſionis , ſcripturæ paginis mandaretur , niſi & horæ iſtius & temporis ratio aliquid conferret ad ſcientiam filiis Abrahæ , quibus vtiq; ſicut opera Abrahæ facienda,ita & viſitationes iſtæ ſperandæ ſunt . Qui enim po-
Rom.13.d. teſt dicere,Nox præceſſit, dies autem appropinquauit, ſicut in die honeſtè ambulemus , non incomeſſationibus

A bus & ebrietatibus , non in cubilibus & impudicitiis, non in contentione & æmulatione:& cùm hæc omnia trãſierit,ſupergreſſus videbitur tempus hoc,quod nox præceſſit, & dies appropinquauit: & feſtinare non ad initium diei , ſed ad meridiem , vt & ipſe ad gratiam perueniat Abrahæ.Si enim lux,quæ in ipſo eſt, mentis, & puritas cordis clara fuerit & ſplendida,iſte meridianum tempus in ſemetipſo habere videbitur:& per hãc puritatem cordis,quaſi in meridie poſitus,deum vide-
Gene.18.a. bit:ſedens ad quærcum Mamre:quod, ad viſionem interpretatur.Apud viſionem ergo ſedet in meridie , qui vacat ad videndum deum.Inde deniq; non dicitur intra tabernaculum,ſed foris ad oſtium ſedere tabernaculi.Foris etenim eſt extra corpus poſita mẽs eius, qui longè eſt à corporalibus cogitationibus,longè à carnalibus deſideriis : & ideo ab his omnibus foris poſitum viſitat deus.Eiuſdẽ quoq; myſterij eſt : quòd & Ioſeph,
Gene.43.d. & fratres ſuos cùm ſuſcepiſſet in Aegypto , in meridie eos paſcit:& in meridie adorant eum cum muneribus. Propterea denique puto , & de his quæ Iudæi in ſaluatore commiſerunt , nullum euangeliſtarum voluiſſe
B ſcribere,quia meridie hæc geſta ſunt: cùm vtique ſexta hora , non aliud quàm meridianum tempus oſtendat: nullùs tamen meridiem nominauit. Sed Matthæus ita
Matt.27.c. dicit: Ab hora autem ſexta tenebræ factæ ſunt ſuper omnem terram,vſque in horam nonam.Lucas verò:E-
Lucæ.23.f. rat iam quaſi hora ſexta , & tenebræ factæ ſunt ſuper omnem terram,vſque in horam nonam deficiente ſole . Sed & Marcus : Cùm autem eſſet facta hora ſexta,
Marc.15.e. tenebræ factæ ſunt ſuper omnem terram,vſque in horam nonam.Vnde apparet, quia in viſitatione quidem Abrahæ , & in conuiuio patriarcharum apud Ioſeph, non indigebat vt tempus iſtud ſub nomine ſexti numeri ſignificaretur , ſed vt meridies diceretur . Volebat enim ſponſa,quæ iam tunc in illis adumbrabatur, diſcere vbi paſceret ſponſus , & vbi haberet cubile : & ideo meridiem nominat . Euangeliſtæ verò in his quæ narrabant , non meridianum tempus , ſed horæ ſextæ numerum requirebant: ad enarrandum ſcilicet ſacrificium hoſtiæ eius,quæ oblata eſt in die paſchæ,pro re-
Gene.1.c. demptione hominis , qui in die ſexta formatus eſt à deo : poſteaquam terra produxit animam viuentem ſecundum genus,quadrupedia , & repentia , & beſtias
C terræ.Ob hoc igitur in præſenti loco illuminari ſponſa deſiderat pleno ſcientiæ lumine: ne per imperitiam errans in aliquo,ſimilis efficiatur illis doctorum ſcholis,quæ non per ipſam dei ſapientiam,ſed per philoſophorum & principum huius mundi exercentur . Hoc
1.Cor.2.b. enim,& Apoſtolus dicere videtur in eo, vbi ait : Quia loquimur dei ſapientiam in myſterio abſconditam, quam nemo principum huius mundi cognouit.Et iterum hæc eadem ſignificat,cùm dicit: Non enim ſpiritum huius mundi accepimus, ſed ſpiritum qui ex deo
Ibidem.d. eſt,vt ſciamus quæ à deo donata ſunt nobis. Ob hoc ergo requirit ſponſa Chriſti meridiana cubilia, & plenitudinem ſcientiæ poſcit à deo:nevideatur eſſe ſicut vna ex philoſophorum ſcholis : quæ adoperta nominatur, pro eo quòd plenitudo veritatis apud eos tecta eſt,& a-
2.Cor.3.d. doperta. Sponſa autem Chriſti dicit: Nos autem reuelata facie gloriam dei ſpeculamur. Niſi cognoueris te ô bona,ſiue pulchra inter mulieres,egredere tu inueſtigiis gregum,& paſce hœdos tuos in tabernaculis paſtorum.Vni9 Chilonis ſcilicet ex ſeptẽ quos apud Græcos
Chilon. ſingulares fuiſſe in ſapiẽtia fama cõcelebrat , hæc inter cætera mirabilis fertur eſſe ſentẽtia,qua ait:Scito teipſum,vel cognoſce teipſum.Quod tamen Salomõ, quẽ D præceſſiſſe omnes hos tẽpore & ſapientia ac rerũ ſcientia,in præfatione noſtra docuimus,ad animã quaſi ad mulierẽ ſub cõminatione quadã loquens dicit:Niſi cognoueriſtemetipſam ô pulchra inter mulieres,&agnoueris pulchritudinis tuæ cauſas inde deſcendere, quòd ad imaginem dei facta es , per quod ineſt tibi plurimũ naturalis decoris:& cognoueris q̃ pulchra eras ex initio:q̃uis & nũc iam præcellas cęteras mulieres, & pulchra inter eas ſola dicaris:tamẽ niſi cognoueris teipſã, quæ ſis:non enim ex cõparatione inferiorum volo bonam videri pulchritudinem tuam:ſed vt tibiipſi & decori tuo collata atq; exæquata,reſpõdeas.Quod niſi feceris:iubeo te exire,& in vltimis gregũ veſtigiis collocari:& iã non oues,neq; agnos,ſed hœdos paſcere,illos ſcilicet,qui pro prauitate , & laſciuia, à ſiniſtris ſtaturi
Matt.25.c. ſunt regis in iudicio præſidentis: & cùm tibi introductæ in cubiculum regium,oſtẽderem quæ ſumma ſunt bona:ſi nõ cognoueris temetipſam,oſtendã tibi etiam quæ ſunt vltima mala:vt ex vtroq; proficias, tã malorum metu,quàm bonorũ deſiderio. Si enim neſcieris temetipſam,& ignorãtia tui vixeris,nec ſciẽtiæ ſtudiũ geſſeris:ſine dubio,nec tabernaculum propriũ habebis, E ſed & per paſtorũ tabernacula diſcurres:& nũc in illius nũc in illius tabernaculis paſtoris paſces hœdos,inquietũ animal,ac vagũ,& peccatis deputatũ.Hæc aũt patie-
3.Eſdrę.7.b ris,donec rebus ipſis & experimentis intelligas , quantum mali ſit animam neſcire ſeipſam,neq; pulchritudinem ſuã:per quam præcellat cæteras,non virgines,ſed mulieres:illas ſcilicet quæ corruptionẽ paſſæ ſunt, nec in virginitatis integritate permãſerunt. Hæc ſunt quæ ſpõſus poſt illa omnia quæ locuta fuerat ſponſa:auſtera quadã comminatione ſponſæ animos ad agnitionis ſuæ curã ſuſcitans,per ordinem propoſiti dramatis dicit.Sed nunc conſequenter,vt cætera ad Chriſtũ, hæc & ad eccleſiã referamus:qui ad ſponſam ſuam,ad animas ſcilicet credentium loquẽs,ſummã ſalutis & beatitudinis in ſcientiæ agnitione conſtituit . Quomodo ergo anima cognoſcat ſemetipſam,nec facilè puto,nec breuiter explicari poſſe,tamẽ pro viribus pauca ex multis aperire tẽtabimus.Videtur ergo mihi duplici modo Anima quo modo ſe cognoſcat. agnitionẽ ſui animã capere debere.Quid quidẽ ſit ipſa: & qualiter moueatur,id eſt,quid in ſubſtãtia,& quid in affectibus habeat:vtputa vt intelligat ſi boni affect9 ſit, F aut non boni:aut recti propoſiti,aut nó recti . Et quidẽ ſi recti ſit,ſi erga omnes virtutes eundẽ tenorem habeat,tã in intelligendo,quàm in agẽdo , an erga neceſſaria tantũ,& quæ in promptu ſunt.Et vtrum in eo ſit,vt recipiat profectus,vt augeatur in intellectu rerũ augmentoq; virtutũ,an in iſto ſtet,& reſideat,in quod potuit peruenire,& vtrũ erga ſemetipſam tantummodo vacet excolendã,an aliis prodeſſe & conferre aliquid vtilitatis ſtudeat,vel in verbo doctrinæ , vel in exẽplis geſtorum.Si verò cognoſcat ſemetipſam , nõ eſſe boni affectus,neque recti propoſiti,in hocipſo, vt intelligat vtrum ei ſatis deſit,& procul à via virtutũ ſit,an in ipſo iam poſita ſit itinere,& incedere iã conetur,cupiens
Philip.3.c. quæ in antè ſunt apprehendere,& quæ retro ſunt obliuiſci,ſed nondũ appropinquauerit , aut proxima quidẽ ſit,nondum tamen ad perfectionem venerit.Sed & in eo opus videtur eſſe animæ cognoſcentis ſemetipſam, ſcire ſi hæc ipſa quæ operatur mala,an ex affectu,& ſtudio operetur,an fragilitate quadam,& vt ille ait, quòd quaſi non vult agens,& quæ odit faciens, & rurſus ea
Rom.7.e. quæ bona ſunt,affectibus & recto propoſito gerere videatur,

Gdeatur,verbi gratia,Si iracundiam apud aliquos quidé cohibet,apud aliquos autem effert: an ſemper eam cohibet,& apud nullum omnino profert. Similiter & triſtitiam:ſi in aliquibus quidem negociis vincit, in aliquibus autem recipit, an in omnibus omnino non recipit.Ita & timorem,aliaq; ſimiliter,quæ virtutibus videntur eſſe contraria. Adhuc & iſtud opus eſt animæ cognoſcentis ſe,ſi gloriæ multum cupida ſit, aut parũ, aut omnino nihil.Quod inde colligit:ſi laudibus multum,aut mediocriter delectetur, aut omnino nihil: & ſi in opprobriis ſatis,aut parum,aut omnino nihil con triſtetur.Sed & in dando,& accipiendo, cognoſcentis animæ ſemetipſam,ſunt quædam indicia: ſi quod tribuit & præbuit,ita communicabili affectu, & quaſi cui æquitatem haberi inter homines placeat. An vt ille ait ex triſtitia,aut neceſſitate:vel certè gratiam,ſiue ab accipientibus,ſiue ab audientibus quærens.Sed & in accipiendo anima,quæ cognoſcit ſemetipſam, obſeruabit vtrum indifferenter habeat ea quæ accipit: an velut ſuper aliquo bono gaudeat. Sed & in intellectu penſabit ſemetipſam huiuſmodi anima, vt cognoſcat, an facilè moueatur cuiuſcunque veriſimilis iudicio: & H ſubripiatur ei arte, vel ſuauitate,vel calliditate ſermonum: an rarò hoc,an nunquam omnino patiatur. Sed ſufficiant hæc in hoc agnitionis genere à nobis dicta. Poſſibile eſt enim volenti horum ſimilitudinem,& alia innumera colligere, quibus cognoſcere ſemetipſam anima probetur: & pulchritudinem ſuam, quàm ad imaginem dei in conditione ſuſcepit,ſi reparare ac
Gene.1.d. & 5.a. reſtituere potuerit,contemplari. Hoc igitur eſt, quod præſens ſermo ſub ſpecie mulieris animam docet: vt cognoſcat ſemetipſam,& ait: Niſi cognoueris temetipſam: hoc eſt, niſi per ſingula quæ ſuprà memorauimus duxeris ſenſus tuos, & diſcretionem ſingulorum tenueris, quæ agenda ſint, quæ cauenda, quid deſit tibi, & quid abundet, quid emendandum ſit, quídve ſeruandum:Sed ſi volueris indifferenter agere inter cæteras animas communis vitæ hominum, quas hic mulieres appellat: inter quas tu pulchra es: vtpote quæ iam oſcula verbi dei ſuſceperis, & cubiculi eius arcana perſpexeris: ſi inquam non te cognoueris, ſed indifferenter, vt commune vulgus agere volueris:exi in veſtigiis gregum:id eſt, eſto in reliquo grege: ſi nihil egregium poſt hæc omnia, quæ in te collata ſunt agis:
I neque temetipſam cognoſcens, à conuerſatione gregali ſequeſtraueris: & eris non ſolum in grege, ſed in veſtigiis gregum. Vltimus enim fiet, & nouiſſimus,
Ephe.4.c. qui primatus ſuos non intellexerit. Et ob hoc, vbi iam ſcientiam neglexerit,neceſſe eſt, vt circunferatur omni vento doctrinæ, ad deceptionem errorum: ita vt modo quidem apud illum paſtorem, id eſt, doctorem verbi tabernaculum ponat: nunc verò apud alium, & ſic vbique circunferatur:paſcens non oues,quod eſt animal ſimplex:ſed hœdos, laſciuos ſcilicet, & inquietos ſenſus atque ad peccatum deputatos, diuerſis doctoribus excolens ad hoc ipſum quæſitis. Et hæc erit pœna culpæ illius animæ,quę ſeipſam non ſtuduerit agnoſcere,& illum ſolum ſequi paſtorem, qui animam
Ioan.10.b. ſuam poſuit pro ouibus ſuis. Hæc eſt vna ſpecies, qua intelligere ſemetipſam anima in affectibus & actibus ſuis debeat.Illa verò alia pars profundior eſt, & difficilior: qua iubetur anima, quæ tamen iam in mulieribus pulchra eſt,agnoſcere ſemetipſam.Quod ſi obtinere potuerit,ſperet ſibi bona omnia:ſi minus,ſciat exeũdum ſibi poſt veſtigia gregum:& paſcendum hœdosin tabernaculis paſtorum alienorũ à ſe.Videamus ergo,& K incipiamus pro virib⁹ etiã huius partis agnitionem diſcutere.Dicit per prophetam ſermo diuinus:Illuminate vobis lumen ſcientiæ.Sed in donis ſpiritualibus,vnum quidem donum maximum eſt:quod per ſpiritum ſanctũ miniſtratur,ſermo ſciẽtiæ:cuius ſcientiæ opus illud
Matth.11.d. principale eſt,quod in euãgelio ſecundum Matthęum, quidem ita dicit:Nemo nouit filium niſi pater:neq; patrem quis nouit,niſi filius,& cui voluerit fili⁹ reuelare.
Lucæ,10.b. In Luca autem,ita ait:Nemo ſcit quid ſit filius, niſi pater:& nemo ſcit,quid ſit pater,niſi filius,& cui voluerit filius reuelare.Secundum Ioãnem verò ita ſcriptũ eſt:
Ioan.10.c. Sicut agnoſcit me pater,& ego agnoſco patrẽ.In quadrageſimo vero quinto pſalmo dicit:Vacate & cognoſcite,quoniam ego ſum deus. Igitur principale munus ſcientiæ,eſt cognoſcere trinitate.Secundo verò in loco,cognoſcere creaturam eius:ſecũdum eum qui dicebat:Ipſe enim mihi dedit horũ quę ſunt, ſcientiam veram:ſubſtantiam mundi,& virtutem elemẽtorum, initiũ,& finem,& medietatem temporũ,& reliqua. Inter hæc ergo animæ erit quædam etiam ſui agnitio, per quam ſcire debet,quæ ſit eius ſubſtantia,vtrum corporea,vel ſcorporea,& vtrum ſimplex,vel ex duobus, aut
Anima. L tribus,anverò ex pluribus compoſita.Sed & iuxta quorundam quæſtiones,vtrum facta,an omnino à nullo ſit facta,& ſi facta ſit,quomodo ſit facta.Vtrum(vt putant aliqui) in ſemine corporali,etiam ipſius ſubſtantia continetur,& origo eius pariter cum origine corporis ducitur,An perfecta extrinſecus veniens, parato iam & formato inter viſcera muliebria corpore induitur: Et ſi ita ſit,vtrum nuper creata veniat,& tunc primùm facta cum corpus videtur eſſe formatum, vt cauſa facturæ eius,animandi corporis neceſſitas extitiſſe credatur, an prius, & olim facta, ob aliquam cauſam ad corpus ſumendum venire exiſtimetur: & ſi ex cauſa aliqua in hoc deduci creditur,quæ illa ſit cauſa,vt agnoſci poſſit, ſcientiæ opus eſt. Sed & illud requiritur: vtrum ſemel tantum corpore induatur, & id poſtmodum depoſitum vltrà non quærat,an cùm ſemel ſuſceptum depoſuerit, iterum aſſumat, & ſi ſecundò ſumptum ſemper habeat,an aliquando iterum abiiciat. Et ſi quidem ſecundum authoritatem ſcripturarum,conſummatio immineat mundi,& corruptibilis ſtatus hic
1.Cor.7.f. in incorruptibilem mutabitur, ambiguum non videri quod in præſentis vitæ ſtatum,ſecundò aut tertiò in M corpus venire poſſit. Nam ſi recipiatur hoc, neceſſariò ſequitur vt huiuſmodi ſucceſſionibus conſequentibus finem neſciat mundus,& adhuc cognitionẽ ſui anima requirat,ſi eſt aliquis ordo, aut ſunt aliqui ſpiritus eiuſdem ſubſtantiæ cum ipſa.Alij verò nõ eiuſdem,ſed diuerſi ab ea,id eſt,ſi ſunt & alij ſpiritus rationabiles vt ipſa eſt,& alij carentes ratione.Et ſi eadẽ eſt ipſius quæ & angelorum ſubſtantia,quoniam rationabile à rationabili nequaquam differre creditur.Aut ſi non eſt quidem talis per ſubſtantiam, ſed erit talis per gratiam, ſi meruerit, an non poſſit omnino ſimilis effici angelis, niſi hoc naturæ ſuæ qualitas, aut ſimilitudo receperit. Reddi enim poſſe videbitur quod amiſſum eſt, non tamen conferri id quod ex initio conditor non dederit.Sed & hoc adhuc ad cognoſcendam ſemetipſam anima requirat,ſi virtus animæ eius accedere poteſt & decedere. An eſt immutabilis, an acquiſita ſemel vltrà non defluit. Et quid opus eſt plura commemorare, quibus ex cauſis ſemetipſam cognoſcat anima,ne fortè, ſi neglexerit perfectè ſemetipſam cognoſcere,

Agnoſcere:exire iubeatur in veſtigiis gregum:& paſcere hædos:& hoc non in proprio tabernaculo,ſed in tabernaculis paſtorum,cùm præſtò ſit volenti hæc perſequi, largiſſimas occaſiones ex hisq; ſupra memorauimus ſumere,in quibus ſeſe exercere in ſermone ſcientię pro viribus poſſit.Dicantur verò hæc à verbo dei,etiam ad animam quæ in profectibus quidem poſita eſt: nondum tamen ad ſummum perfectionis aſcendit. Quæ pro eo quidem quòd proficit,pulchra dicitur:vt autem peruenire poſſit,& ad perfectionem,ſiat ad eam comminatio neceſſaria. Quod niſi per iſta ſingula,quæ ſuprà diximus,ſemetipſam cognouerit, & vigilanter exercuerit in verbo dei,& lege diuina:continget ei de his ſingulis opiniones colligere diuerſorum: & ſequi homines nihil egregium, nihil ex ſpiritu ſancto locutos: hoc eſt enim exire in veſtigiis gregum, & eorum doctrinam ſectari: qui & ſi ipſi permanſerint peccatores, nullum peccantibus remedium prouidere potuerint.Quos qui ſequitur, hœdos vtique qui peccatorum indicium tenent,videbitur paſcere: circumiens tabernacula paſtorum: diuerſas ſcilicet ſectas philoſophorum.Intuere ergo plenius quàm terribile eſt, quod ſub
B hac adumbratur figura.Exi,inquit, tu in veſtigiis gregum,quaſi ad eam loquitur quæ intus iam ſit anima,& intra myſteria collocata: pro eo tamen quòd negligat ſemetipſam cognoſcere,& requirere quę ſit:& quidvel quomodo agere debeat,quídve non agere,dicitur ei,exi tu:quaſi quæ ob hanc deſidiæ culpam foras mittatur ab eo qui præeſt.Sic ingens animæ periculum eſt,ſcientiam ſui agnitionemq; negligere.Sed fortaſſe,quia duplicem expoſitionem dedimus agnitionis ſuæ animæ: videbitur cuipiam ſecundum eam quidem quæ de moribus & de actibus ſuis diſcutere negligit, & inquirere de profectibus ſuis, aut perſcrutari de vitiis, meritò ei dici,exi:per quod videatur,quaſi de interioribus, foras propelli.Si verò ſecundum æditionem aliam,qua diximus,quòd naturam ſubſtantiamq; ſuam agnoſcere debeat & ſtatum, vel in quo fuerit, vel in quo erit, graue credetur. Quæ enim facilè talis anima inuenietur, ita perfecta, ita præpotens, cui horum omnium ratio, & intelligentia pateat?Ad hoc reſpondebimus, quoniam ſermo qui habetur in manibus, non ad omnes animas fit,neq; ad adoleſcentulas quibus hic loquitur ſponſus,
C neq; ad cæteras mulieres, neq; ad octoginta concubinas,aut ſexaginta reginas:ſed ad illam quæ inter omnes mulieres ſola pulchra dicitur & perfecta.Vnde apparet ad dilectas quaſque animas hæc dici:quibus cùm gratia multa ſentiẽdi & intelligendi à deo data ſit, negligunt tamen ſcientiæ partes, & cognoſcendi ſemet-
Lucæ.12.f. ipſas nullum adhibent ſtudium.His ergo comminatur ſermo diuinus:quia quibus multum datur, multum ex eis exigitur:& humilis quidem, & venia & miſericordia dignus erit:potentes autem potenter cruciabũtur.
Prou.6.a. Si ergo & tu anima,quæ pulchrior es & eminẽtior inter cæteras (verbi gratia) doctrinis, negligas temetipſam,& in ignorantia tui maneas: quomodo poterunt vel hi qui ædificari deſiderant, inſtrui, vel conuinci & argui contradicentes?Dignè ergo cum comminatione quadam ad eam dicitur:Exi tu in veſtigiis gregum, &
Leuit.20. & Deut.22. c.d. paſce hœdos tuos in tabernaculis paſtorum. Poteſt ad hoc trahi etiam illud quod Moyſes ſcribit: quòd ſi qua Iſraëlitica mulier adulterauerit,lapidetur. Si verò filia ſacerdotis,ignibus exuratur.Sic ergo iuſta videbitur eſſe comminatio in eos qui capaces eſſe poſſunt ad agnitionem & ſcientiã,ſed per deſidiam negligunt. In quos iuſtiſſima indignatio ſponſi eſt: quia ſcit vnius negligentiam cedere ad damna multorum. Similis enim D
Lucæ.19.d. videbitur huiuſmodi anima, vel illi qui acceptum denarium abſcondit in terram,ne lucri aliquid ex eo pecuniæ dominus acquireret:vel illi quem occidiſſe dicitur deus, quia malignus erat Onam, vel Her ſcilicet
Gene.38.b. qui accepta ſemina ſcientiæ naturalis, poſteritati inuidens,profundebat in terram. Paſtores quoque ſicut & antè iam diximus: ſiquidem ad eccleſiam comminationis hic ſermo fit, mundi huius principes accipiendi ſunt:vel illi angeli ſub quorum cura reliquæ gentes habentur, ſiue ſorte in hoc, ſiue ſecretioribus cauſis quibuſdam ſeductæ.Si verò ad vnamquamq; animam comminatio iſta referatur, quæ ſemetipſam negligit agnoſcere:ſapientes & magiſtri huius ſeculi intelligendi ſunt,docentes ſapientiam huius mundi: vt in ſumma hoc intelligatur,quia neceſſe eſt animam eam,præcipuè quæ bona & pulchra eſt, ſenſibus & ingenio vigilans,cognoſcere ſemetipſam:& dare operam ad agnitionem ſui per exercitia doctrinæ, & ſtudia diuina: ac per hoc agi ſpiritu dei,& ſpiritu adoptionis: Aut ſi talis hæc anima ſemetipſam neglexerit,& à diuinis ſtu diis declinauerit, neceſſe eſt eam operam dare ſtudiis E
mundanis & ſapientiæ ſeculi:& agi ſpiritu mundi huius iterum in timore. Quod deſignat Apoſtolus cùm
1.Cor.2.c. dicit, Nos autem non ſpiritum huius mundi accepimus,ſed ſpiritum qui eſt ex deo.Et iterum: Non acceꝑiſtis enim iterum in timore ſpiritum ſeruitutis, ſed
Rom.8.c. ſpiritum acceꝑiſtis adoptionis, in quo clamamus abba pater. Hæc interim nobis de præſenti loco occurrere potuerunt:nunc iam conuertamur ad conſequentia. Equitatui meo in curribus Pharaonis: ſimilem te arbitratus ſum proxima mea. Hiſtoricus quidem ſenſus hoc videtur oſtendere. Sicut, inquit, tunc in
Exod.15.a. Aegypto cùm Pharao perſequens populum Iſraël proceſſit in curribus & equitatu: & meus, hoc eſt domini mei ſpõſi equitatus longè præcellebat currus Pharaonis,& præſtantior erat, vtpote qui illos ſuperauerit, & in mare demerſerit:ita & tu proxima mea ſponſa,præcellis omnes mulieres, ſimilis effecta equitatui meo: qui Pharaonis curribus comparatus, potentior vtique eſt & magnificentior. Hic interim mihi videtur eſſe F
ordo ſermonum ipſorum verborumq; directio. Videamus autem ne fortè ſecundum intelligentiam myſticam,animas quæ ſunt ſub illo ſpirituali Pharaone & ſub ſpiritualibus nequitiis poſitæ,currus dicat eſſe Pharaonis:& quadrigas eius quas ipſe agit & ducit ad perſequendum populum dei, & ad opprimendum Iſraël. Certum enim eſt, quia tentationes & tribulationes quas excitant dæmones ſanctis,per animas aliquas excitant ad hoc ipſum aptas & conuenientes.Quibus tanquam curribus aſcenſis, exagitant & impugnant, vel eccleſiam dei,vel ſingulos quoſque fidelium. De equitatu verò domini, qui ſit eius iſte equitatus, in Exodo quidem, vbi ſuperantur currus Pharaonis & demerguntur in mare, nihil legimus ſcriptum: niſi tantum
Ibidem. quòd dominus currus Pharaonis & exercitum eiꝰ proiecit in mare rubrum.Inuenimus tamen in quarto Regnorum libro:quòd Heliſæus de aduentu hoſtium qui cum equitatu & curribus venerant, formidanti puero ſuo dicit: Ne timeas, quoniam plures ſunt nobiſcum,
4.Reg 6.c. quàm cum illis.Et orauit,inquit,Heliſæus,& dixit:Domine aperi oculos pueri huius vt videat.Et aperuit dominus oculos eius,& vidit:Et ecce mõs plenus equitibus erat:& currus ignei in circumitu Heliſæi, qui deſ-

G cenderant ad eum.Sed & in propheta Habacuk manifestè & euidenter legimus de equitatu domini,& quòd
Habac.3.b. ascendat equos suos.Sũt ergo scripturæ verba hæc: Nũ quid in fluminibus irasceris domine,aut in fluminibus furor tuus,aut in mari rubro impetus tuus?qui ascendes equos tuos:& equitatus tuus salus.Sũt ergo equi domini,quibus ascendit:& equitatus eius. Quos ego non alios esse puto quàm illas animas quę frenum disciplinæ eius accipiunt,& iugum portant suauitatis eius, & quæ spiritu dei aguntur:& in hoc est eis salus.In reuela
Apoc.19.b. tione Ioannis legimus,quòd apparuit ei equus,& sedẽs super eum quidem fidelis & verus & cum iustitia iudicans,cuius nomen est verbum dei.Ait ergo:Et vidi cœlum apertum:& ecce equus albus , & qui sedebat super eum vocabatur fidelis & verus,& cum iustitia iudicãs, & pugnans:& oculi eius sicut flamma ignis,& super caput eius diademata multa , habentia nomen scriptum quod nemo nouit nisi ipse:& adopertus eratvestimẽto sanguine conspersо,& vocabatur nomen eius verbum dei.Et exercitus eius erat in cœlo : & sequebantur eum in equis albis,induti byssino albo puro.Sed op°est gratia dei,quę horum nobis aperiat intellectum,quo possimus aduertere quid istæ indicent visiones,qui sit equ°
H albus,& quis sit qui sedet super eum cuius nomẽ est verbum dei.Et fortè quidem dicet aliquis,album esse equũ corpus quod assumpsit dominus,& quo ille qui in principio erat apud deum,deus verbum,vel vestitus vel vectus est.Alius autem animam dicet:quam assumpsit primogenitus omnis creaturæ:& de qua dicebat:Potestatem habeo ponendi eam,& potestatem habeo iterũ sumendi eam.Alius vero vtrunq; simul,corpus atq; animam,quasi vbi peccatum non fuerit, equum dici albũ putabit.Alius adhuc quarto loco ecclesiam dicet , quæ & corpus eius nominatur,album videri equum , quasi non habentem maculam aut rugam,quam sibiipse sanEphe.5.f. ctificauit lauacro aquæ . Secundum hæc autem singula etiam illa accipiet quæ sequũtur,militiam cœli & exercitum verbi dei:& quomodo singuli quiq; eorũ sequentesverbum dei,equis albis sedeant:& byssinis albis induantur,& mũdis.Huic ergo equo albo quo ipse vehitur qui verbũ dei appellatur,vel huic equitatui cœlesti qui eum sequitur in albis nihilominus equis, comparat & similem facit Christus ecclesiam suam.In curribus au-
I tem Pharaonis,vel ita possumus accipere:vt quantum hic domini equitatus,equitatum & currus Pharaonis euincit & præcellit:tantum tu quæ pulchra es in mulieribus,præcellis & euincis omnes reliquas animas, quæ adhuc iugum Pharaonis portant,& sessoreseius patiũtur:vel certè quod equitat° hic meus,qui lauacro aquæ mundatus,purus & candidus factus est,& verbum dei meruit habere sessorem,ex curribus assumptuseſt Pha-
1.Tim.1.d. raonis.Inde enim omnesveniunt credentes,quia Christus venit in hunc mundum peccatores saluos facere. Hoc ergo modo potest explanari versiculi huius sensus.Equitatui meo qui fuit ante in curribus Pharaonis, & nunc sequitur me in equis albis , purificatus in lauacro aquæ:similem te arbitror proxima mea.Beatæ ergo sunt illæ animæ quæ dorsum suum curuauerunt, vt susCipiant sessorem verbum dei super se, & frena eius patiuntur:vt quocunq; ipse voluerit flectat eas & agat habenis præceptorum suorum:quia iam non propriavoluntate incedunt,sed ad omnia ducuntur & reducuntur voluntate sessoris.Et fortassis videbitur secundum hoc quòd ex multis animabus congregata est ecclesia, & exemplum vitæ accepit à Christo : quòd non tam ab ipsa deitate verbi dei acceperit, quæ vtiq; supereminet K eos actus vel affectus qui ad exemplum dari hominib° debeant:sed illa anima quæ assumpta est ab eo , in qua fuit summa perfectio:illa sit ad exemplũ posita : & ipsa dicat hic,proxima mea: cuius similitudinẽ habere debeat etiam ecclesia:quæ ex multis congregatur animabus,illis scilicet quæ prius fuerant sub iugo & curribus Pharaonis,& equitatus domini appellantur. Quæ autẽ ex duabus expositio conuenire magis proposito versiculo videatur,probabis etiam tu qui legis. Quàm speciosæ factæ sunt genæ tuæ,tãquam turturis:ceruix tua, sicut redimicula. Ordo dramatis,huiusmodi videtur habere consequentiam : quòd postea quàm austeriore vsus est comminatione sponsus ad sponsam,protestatus ei quòd nisi cognosceret semetipsam, exitura esset í vestigiis gregum,& pasceret non oues sed hœdos, eruբuerit super austeritate præcepti:sed & ruborverecundiæ diffusus in vultu , speciosas effecerit genas eius : & multo quàm fuerant pulchriores.Non solũ autem genæ,sed & ceruix eius tam decora sit reddita,quasi monilium redimiculis adornata.Pulchritudo ergo genarum,turturibus comparatur:quod per huiusmodi aues L simul honestas vultus& alacritas indicetur.Hæc est historici dramatis explanatio.Sed veniamus ad rem.Pau
1.Cor.12.c. lus apostolus scribens ad ecclesiam Corinthiorum, ita ait:Corpus autem non est membrumvnum,sed multa. Et si dixerit pes,quia non sum manus,non sum de corpore:non propterea nõ est de corpore:Et si dixerit auricula,quia nõ sum oculus,nõ sum de corpore:nõ propterea nõ est de corpore.Si totũ corpus est oculus, vbi
Ioan.10.d. est auditus?Si totum auditus,vbi odoratus?Nunc autẽ deus posuit vnumquodq; membrum in corpore , sicut voluit.Et cùm plura de hoc disputasset:ad vltimum dicit:Vos autem estis corpus Christi & membra ex par-
Ephes.5.d. te.Et iterum ad Ephesios scribens dicit: Subiecti inuicem in timore Christi.Mulieres viris suis subiectæ sint sicut domino,quia vir caput est mulieris,sicut & Christus est caput ecclesiæ:ipse saluator corporis . Sed sicut ecclesia subiecta est Christo, ita & mulieres viris suis in omnibus. Viri diligite vxores vestras,sicut & Christus dilexit ecclesiam suam:& semetipsum tradidit pro ea:vt eam sanctificaret lauacro aquæ in verbo : vt ipse sibi præpararet gloriosam ecclesiam : non habentem maculam,aut rugã,aut aliquid huiusmodi , sed vt esset M sancta & immaculata.Et post pauca.Nemo,iquit,enim aliquando carnem suam odio habuit:sed nutrit & fouet eam,sicut & Christus ecclesiam : quia membra sumus corporis eius:& reliqua.Per hæc ergo edocemur: quomodo sponsa Christi,quæ est ecclesia,etiam sit corpus eius,& membra.Si ergo audias sponsi membra nominari:ecclesiæ membra dici intellige , in quibus sicut sunt aliqui qui dicuntur oculi,pro intelligentiæ sine dubio ac scientiæ lumine:& alij aures,pro audiẽdo verbo doctrinæ,alij manus,pro bonis operib° religiosisq; ministeriis,ita sunt alij& qui genæ eius appellentur.Genę autem partes vultus dicuntur,in quibushonestas,& verecundia animę agnoscitur,per quod sine dubio illi in membris ecclesiæ declarantur,qui castitatis & pudicitiæ excolunt honestatem.Pro hisergo ad omne corpus sponsæ dicitur,Quàm speciosæ factæ sunt genæ tuæ:Et obserua quia non dixit,quàm speciosæ sunt genæ tuæ, sed,quàm speciosæ factæ sunt , vt ostendat prius quidẽ non eas ita fuisse speciosas,sed postea quàm suscepit oscula sponsi, & ipse qui loquebatur per prophetas prius affuit:& mundauit sibiipsi ecclesiã suam lauacro aquæ:

& fecit

A & fecit eam non habere maculam,aut rugam,& agnitionem sui præstitit ei:tunc factę sunt speciosæ genæ eius.Tunc enim castitas,& pudicitia, & virginitas quæ prius non fuerat,per ecclesię genas speciosо decore diffusa est.Quæ tamẽ genarum species:id est, pudicitiæ & castitatis,turturibus comparatur. Turturum ferũt huiusmodi naturam esse , vt neq; masculus præter vnam fœminam adeat aliam:nec fœmina plus quàm vnũ patiatur marem:ita vt si accidat altero intercepto superesse alterum:pariter cum coniuge extinctus sit ei concubitus amor.Conuenienter ergo similitudo turturis, aptatur ecclesiæ , quòd vel alterius viri post Christum coniugium nesciat,vel quòd continentiæ & pudicitiæ in ea tanquam turturum volitet multitudo.Secundum hanc intelligentiam etiam ceruicẽ sponsæ accipiamus.
Matt.11.d. Quæ sine dubio illæ intelligi debent animæ,quæ Christi iugum suscipiunt dicẽtis:Suscipite super vos iugum meum : quia iugum meum suaue est . Obedientia ergo eius,ceruices eius appellantur.Ceruix ergo eius speciosa facta est , sicut redimicula : & meritò . Quam enim prius præuaricationis inobedientia turpem fecerat , nunc obedientia fidei,speciosam fecit & pulchrã.Ceruix ergo tua speciosa facta est,sicut redimicula. Ad v-
B trumq; enim subaudiatur,speciosa facta est. Redimicula hic dicit constrictiones,vel connexiones monilium quæ in ceruicibus sedere solent:ex quibus deducitur & descendit per omne collum reliquus ornatus.Ipsi ergo ornamento quod ceruicibus & collo imponi solet,ceruicem sponsæ comparauit . Quod dictum ita aduertimus.Ceruicem diximus subiectionem, & obedientiam dici,pro eo quòd quasi iugum Christi suscipiat,& fidei eius obedientiam præbeat.Ornamentum ergo ceruicis eius quæ est obedientia,Christus est.Ipse enim prior fa-
Rom.5.d. ctus est obediens vsq; ad mortem : Et sicut per vnius, Adę scilicet,inobedientiam,peccatores constituti sunt multi:ita & per vnius obedientiam, Christi duntaxat, iusti constituentur multi.Ornamentum ergo & monile ceruicis ecclesiæ,obediẽtia Christi est . Sed & ceruix ecclesiæ:id est,obedientia eius,similis effecta est obedientię Christi,quod est monile ceruicis.Magna ergo in hoc laus sponsæ est,magna ecclesiæ gloria , vbi imitatio obedientiæ eius,exæquatur obedientiæ Christi quẽ imitatur ecclesia.Hęc ipsa species monilis,etiam in Ge-
Gene.38. nesi memoratur à Iuda patriarcha Thamar nurui suę,
C quando cum ea quasi cum meretrice concubuit data. Quod non omnibus patet mysterium.Intelligitur per hoc quòd Christus ecclesiæ , quam ex multorum dogmatum prostitutione collegerat , futuræ perfectionis hæc dedit pignora: & istud obedientiæ monile ceruici eius imposuit. Similitudines auri faciemus tibi cum distinctionibus argenti , quoadusq; rex sit in recubitu suo . Suprà diximus quòd specie dramatis libellus hic ordinatus,personarum immutatione cõtexitur:& nũc ergo videntur hæc amici,vel sodales sponsi ad spõsam locuti,qui secundum intelligentiam mysticam:& vt su-
Matt.4.a. pra iam diximus,aut angeli,vel etiam prophetæ,aut patriarchæ possunt intelligi . Non enim tunc solum cùm post baptismum Ioannis in deserto tentatus est à diabolo dominus , accesserunt angeli , & ministrauerunt ei: sed ante aduentum præsentiæ corporalis ministrauerunt semper.Nam & lex dispositа in manu per angeGala.3.c. los dicitur mediatoris . Et ad Hebræos scribens Apo-
Heb.2.d. stolus dicit:Si enim qui per angelos habitus est, sermo factus est firmus:Ipsi ergo erant velut autores , & procuratores,appositi paruulę sponsæ cum prędagogo,le-

D ge:donec plenitudo temporũ veniret & mitteret deus
Rom.11.c. filium suum natum ex muliere,factum sub lege, & adduceret eam sub autoribus,& procuratoribus, & pædagogo,lege:vt ipsiusverbi dei oscula,doctrinam scilicet verbaq; susciperet. Antequam ergo tempus horum adesset : in multis angelorum ministerio excolebatur sponsa qui apparebant tũc hominibus : & loquebantur ea,quæ resposcebat & tempus.Nõ enim tu mihi ex aduentu saluatoris in carne sponsam dici , aut ecclesiam putes:sed ab initio humani generis,& ab ipsa constitutione mundi,imò vt Paulus docet, altius mysterij huius originem repetam,ante etiam constitutionem mũ-
Ephes.1.a. di.Sic enim dicit ipse:Sicut elegit nos in Christo ante constitutionem mundi,vt essemus sancti,& immaculati coram ipso in charitate,prædestinans nos in adoptionem filiorum.Sed & in psalmis scribitur:Memen-
Psal.73.a. to congregationis tuæ domine: quam congregasti ab initio.Prima etenim fundamenta congregationis ecclesiæ,statim ab initio sunt posita . Vnde & Apostolus
Ephes.2. & 4. dicit,ædificari ecclesiam , non solum super apostolorũ fundamentum,sed etiam prophetarum.Inter prophetas autem numeratur & Adam:quia magnum mysterium prophetauit in Christo,& in ecclesia,dicẽs: Pro-
Gene.2.d. pter hoc relinquet homo patrem suum,& matrem su-
E am,& adhærebit vxori suæ:& erũt ambo in carne vna. Euidẽter enim de his dictis eius,dicit Apostolus.Quia
Ephes.5.g. mysterium hoc magnum sit.Ego autem dico in Christo,& in ecclesia. Sed & idem Apostolus cùm dicit:Sic enim ecclesiam dilexit,vt semetipsum traderet pro ea,
Ibidem.a. sanctificans lauacro aquæ:non vtiq; ostendit eam prius non fuisse : quomodo enim dilexisset eam quæ non erat:Sed eam sine dubio dilexit quæ erat.Erat autem in omnibus sanctis,qui ab initio seculi fuerunt facti. Diligens igitur eam,venit ad eam.Et sicut pueri sui communicauerunt carni, & sanguini:similiter & ipse particeps factus est eorundem,ac semetipsum pro eis tradidit.Ipsi enim erant ecclesia quã dilexit:vt eam,vel numerositate augeret,vel virtutibus excoleret, vel perfectionis charitate de terris transferret ad cœlum. Misi strauerunt ergo & prophetæ ab initio , ministrauerunt & angeli.Quid enim aliud fiebat tunc, cùm apparuerũt
Gene.18.a. tres viri Abrahæ sedenti ad quercum Mamre?Licèt illa angelorum species plus aliquid quàm angelicum o-
F stenderit ministerium : nam trinitatis ibi mysterium prodebatur.Hoc erat & in Exodo:cùm angelus domi-
Exod.3.a. ni dicitur in flãma ignis apparuisse Moysi in rubo.Cõtinuò autem in subsequentibus dominus & deus loqui in angelo scribitur,& ipse deus esse Abraham , & deus
Ibidem.d. Isaac,& deus Iacob designatur. Quod quidem hæreticorum legentes,dixerunt:Deum legis & prophetarum longè inferiorem esse,quam Iesum Christum,& spiritum sanctum : & eousque impietatem suam pertenderunt:vt plenitudinem quidem in Christo ponant,& in spiritu sancto : imperfectionem verò & infirmitatem in deo legis.Sed hæc aliàs.Nunc autem nobis propositum est ostẽdere,quomodo sancti angeli,qui ante aduentum Christi , velut paruulæ adhuc sponsæ tutelam procurabant,ipsi sint amici & sodales sponsi:qui ad eã dicere videantur:Faciamus tibi similitudines auri cum distinctionibus argenti , vsquequo rex sit in recubitu suo.Indicant ergo quòd ipsi faciant sponsę, nõ aurum (neque enim habebant tale aurum quale dignum erat offerri sponsæ)sed pro auro,similitudines auri se facere promittunt.Et non vnam similitudinem , sed multas.Ita etiam dicunt de argento: sed quasi habentes li-

Gcet paruam argenti materiam,promittunt ſe ei facere, non ſimilitudines, ſed diſtinctiones argenti, vtpote quibus non tanta abundaret argenti materia, vt connexum aliquid,& ſolidum opus ex eo producere poſſent,ſed diſtinctiones ſolas ac ſigna quædam parua,velut puncta interſererent illi operi,quod ei ex auri ſimilitudine faciebant.Hæc ergo amici ſponſi illi, de quibus ſuprà diximus,ſponſę faciunt ornamenta.Sed quid in his ſecreti contineatur, & quid elocutionis nouitas ipſa parturiat: omnipotentis verbi ac ſponſi patrem precemur, vt ipſe nobis arcani huius clauſtra patefaciat: quò poſſimus non ſolum ad intelligenda hæc illuminari, verumetiam ad proferenda: ac ſecundum menſuram eorum,qui lecturi ſunt,moderationem eloquij ſpiritualis accipere. Auri ſpeciem in multis ſæpe oſtendimus figuram tenere inuiſibilis, & incorporeæ naturæ.Argentum verò virtutem verbi ac rationis,ſecundum quod & dominus dicit per prophetam: Dedi vobis argentum & aurum, vos autem feciſtis argentea & aurea Baalim:oſtendens per hæc, & dicens:quia dedi vobis ſenſum & rationem, qua me deum, & ſentire poſſetis,& colere: vos autem & ſenſum & rationem, quæ in vobis eſt, ad colenda dæmonia tranſtuliſtis. Sed & eloquia domini, eloquia caſta: argentum igne probatum dicitur. Et item in aliis argentum ignitum,iuſti lingua memoratur. Cherubim verò aurea dicuntur:quoniam quidem plenitudo ſcientiæ dei interpretantur. Sed & candelabrum in tabernaculo teſtimonij aureum & ſolidum poni iubebatur: quod mihi videtur formam tenere naturalis legis, in qua lux ſcientiæ habetur. Sed quid opus eſt multa congregare teſtimonia: cùm in promptu ſit ſcire volentibus in multis ſcripturæ locis hoc indicari, quòd aurum ad ſenſum mentêmque reuocetur: argentum verò ad verbum atque eloquia referatur. Nunc ergo properemus ad contemplandum, quomodo ſecundum ea quę præmiſimus amici ſponſi dicant ſe ſimilitudines auri facere ſponſæ cum diſtinctionibus argenti. Videtur ergo mihi quòd lex quæ per angelos diſpoſita eſt in manu mediatoris:quandoquidem vmbram habeat futurorum bonorum, non ipſam imaginem rerum: & quæcunque contingebant illis qui in lege referuntur, in figura & non in veritate contingebant. Iſta omnia ſimilitudines auri fuerunt, non aurum verum: quod ſcilicet aurum verum in illis quæ incorporea ſunt & inuiſibilia ac ſpiritualia intelligatur. Similitudo verò auri, in quo non eſt ipſa veritas, ſed vmbra veritatis, iſta corporea, & viſibilia accipiantur: verbi gratia. Similitudo auri fuit iſtud tabernaculum manufactum de quo dicit Apoſtolus: Non enim manufacta iſta introiuit Ieſus exemplaria verorum, ſed in ipſum cœlum. Ergo quæ in cœlis ſunt inuiſibilia & incorporea, illa ſunt vera: iſta autem quæ in terris ſunt viſibilia & corporea, exemplaria verorum dicuntur eſſe, non vera. Iſta ergo ſunt quæ ſimilitudines auri appellantur: in quibus eſt & arca teſtamenti, & propiciatorium, & Cherubim, & altare incenſi:& menſa propoſitionis, & panes: ſed & velamen, & columbæ ac ſeræ, & altare holocauſtorum: & ipſum templum,atque omnia quæ in lege ſcripta ſunt. Omnia hæc ſimilitudines erant auri. Sed & ipſum aurum viſibile, pro eo quòd viſibile erat, non erat aurum verum: ſed ſimilitudo erat illius veri auri inuiſibilis. Iſtas ergo ſimilitudines auri, fecerunt ſponſæ eccleſiæ ſponſi amici: angeli videlicet, & prophetæ, qui miniſtrauerunt in lege cæterisque myſteriis.Hæc opinor & Paulus intelligens dicebat: In religione angelorum, in his quæ videt fruſtra inflatus ſenſu carnis ſuæ. Omnis ergo Iudaicus cultus & religio, ſimilitudines ſunt auri. Cùm autem conuerſus fuerit quis ad dominum, & ablatum fuerit ab eo velamen: tunc videbit aurum verum, cuius auri antequam adeſſet & cognoſcendum ſe præberet, ſimilitudines fecerunt ſponſæ amici eius, vt ex illis ſimilitudinibus, commonita & prouocata, veri auri deſiderium caperet. Hoc enim factum indicat Paulus, cùm dicit: Hæc autem in figura contingebant illis. Scripta autem ſunt propter nos, in quos finis ſeculorum deuenit. Sed finem, quem dicit Paulus, non intelligas corporalem: Finis enim corporalis multos inueniet, pro quibus non ſunt ſcripta hæc. Neque enim huiuſmodi de his recipient intellectum, ſed finem ſeculorum, perfectionem rerum intellige: quæ vtique Paulo, & ſimilibus eius adueniſſe, & propter ipſos ſcripta hæc eſſe dicuntur. Sed hæc in exceſſu diximus, volentes oſtendere quomodo amici ſponſi dicant ad ſponſam,facere ſe ei ſimilitudines auri cum diſtinctionibus argenti: per ea ſcilicet quæ in lege, & prophetis, per figuras,& imagines, & ſimilitudines,& parabolas ſcripta tradiderunt. Sunt tamen in his & paruæ quædam diſtinctiones argenti, indicia ſcilicet ſenſus ſpiritualis verbi & interpretationis rationabilis, licet valde rara & exigua. Ante aduentum namque domini vix ſicubi prophetarum aliquis parum quid occulti ſermonis aperuit: verbi gratia,vt Eſaias cùm dicit: Vinea domini ſabaoth, domus Iſraël eſt, & domus Iuda nouella dilecta. Et iterum alibi:Aquæ multæ, gentes multæ ſunt. Et Ezechiel nominans duas ſorores, Oollam, & Oolibam, aliam Samariam diſtinguit eſſe, & aliam Iudæam: & ſicubi talia quædam ipſis prophetis interpretantibus aperiantur: iſtæ diſtinctiones argenti dicuntur. Vbi verò ſaluator, & dominus noſter Ieſus Chriſtus aduenit, nota faciens omnia verbo virtutis ſuæ, in paſſione eius indicium datum eſt: quòd ea quæ in abſconditis tegebantur, & arcana erant, in lucem proferrentur, & ad manifeſtationem venirent: per hoc quòd velum templi, quo ſancta ſanctorum & arcana velabantur, ſciſſum eſt deſurſum eius vſq;deorſum:palàm fore denuncians omnibus, quod intrinſecus videbatur obtectum.Sic ergo illud quod per angelos & prophetas miniſtratum eſt, ſimilitudo auri fuit cum diſtinctionibus paruis, & exiguis argenti. Hæc autem quæ per ipſum dominum noſtrum Ieſum Chriſtum tradita ſunt, in auro vero & argento ſolido collocata ſunt.Hæc enim quæ per amicos ſponſi facta eſt ſimilitudo auri cum diſtinctionibus argenti, non in ſempiternum menſura promittitur:ſed tempus ei ſtatuitur ab illis ipſis dicētibus: vſquequo rex ſit in recubitu ſuo. Cùm enim recubans dormierit, vt leo & vt catulus leonis, & poſt hæc ſuſcitauerit eum pater & reſurrexerit è mortuis,ſi qui fuerint conformes reſurrectionis eius, iam non in ſimilitudine auri:id eſt, non in rerum corporalium cultu manebunt: ſed aurum verum ab ipſis percipient, credentes & ſperantes,non ea quæ videntur, ſed quæ non videntur: nec quæ in terris ſunt, ſed quæ in cœlis, vbi Chriſtus eſt in dextera dei ſedens, & dicent: Quia & ſi cognouimus Chriſtum aliquando ſecundum carnem, ſed nunc iam non nouimus. Non ergo iam diſtinctionibus paruis argenti, ſed in latitudinem diffuſo vtentur argento. Audient enim, quia in illa auri ſimilitudine,

Oſeæ.2.b. — Pſal.11.b. Prou.10.c. Cherubim — Exod.25. & 37. — Gala.3.c — Heb.9.f. — Ibidem. — Coloſſ.2.c. — 1.Cor.10.c. — Eſaiæ.5.b. — Apoc.7.d. — Ezec.23.a. — Matt.27.f. — 2.Cor.5.c.

A ſimilitudine,petra,quæ ſequi dicitur,& potum populo præbere Chriſtus eſt, & mare baptiſmus eſt, & nubes ſpiritus ſanctus eſt,& manna verbum dei eſt, & agnus paſchæ ſaluator eſt,& ſanguis agni, paſſio Chriſti eſt, & velum quod eſt in ſanctis ſanctorum,quo diuina illa & arcana tegebantur,caro eius eſt,aliaq; innumera, ex eius reſurrectione patebunt,non iam parua vt priùs diſtinctione,ſed latiſſima expoſitione patefacta. Adhuc autem vt clarius fiat quod dicit,vſquequo rex ſit in recubitu ſuo, etiam de ſecunda Balaam prophetia, quæ de Chriſto ita continet proferemus. Orietur, inquit, ſtella ex Iacob,& exiet homo de ſemine eius, & dominabitur gentibus multis.Exaltabitur Gog regnum eius & creſcet regnum eius. Deus educet eum ex Aegypto, ſicut gloria vnicornis,& comedet gentes inimicorum ſuorum,& craſſitudines eorum emedullabit,& iaculis ſuis ſagittabit eos,Recumbens,vt leo requieſcet, & ſicut catulus leonis.Quis ſuſcitabit eum? Conſidera ergo & ex his diligentius,& vide quomodo omnis ſimilitudo auri vſque ad extremum tempus, ad recubitum regis ſcilicet ſtare memoratur. Poſt hæc ergo exaltabitur Gog,id eſt, ſuper tecta regnum eius, cùm videlicet de terris ad cœleſtia fuerit tecta tranſlatum. Sed de his plenius, prout dominus dedit, in Numerorum libro proſecuti ſumus. Requiramus ſanè ſi etiam ſanctis patribus ipſis & prophetis,qui miniſtrauerunt verbum ante aduentum domini noſtri Ieſu Chriſti, perfectionis huius verique auri gratia data ſit, an tantum futura hæc intellexerint, & in ſpiritu ventura præuiderint,atque ob hoc ſolum dixerit dominus de Abraham, Quia deſiderauerit videre diem eius, & viderit & lætatus ſit,quòd ſcilicet in ſpiritu futura præuiderit, & magis fortaſſe hoc ita eſſe, etiam ille ſermo confirmet,qui ait,Multi iuſti deſiderauerunt videre quæ videtis,& non viderunt,& audire quæ auditis,& non audierunt. Quanuis nec illis potuerit defuiſſe perfectio veniens ex fide.Quæ enim nos facta credimus, hæc illi maiore cum expectatione futura credebant. Sicut ergo ex aduentu Chriſti, credentes præteritorum fides, ita & illos futurorum ad ſummam perfectionis adduxit.Quod ſi ad vnamquanque animam referatur expoſitio,videbitur quòd donec paruula eſt adhuc anima & imperfecta, & ſub tutoribus & procuratoribus poſita, ſiue doctoribus eccleſiæ, ſiue angelis, qui paruulorum cuſtodes eſſe dicuntur,& videre ſemper faciem patris, qui in cœlis eſt,ſimilitudines auri fiunt ei,cùm non ſolidis & fortibus alitur verbi dei cibis: ſed ſimilitudinibus imbuitur: velut ſi dicamus parabolis & exemplis docetur,pro quibus & ipſe Chriſtus dicitur ætate creſcere & ſapientia,& gratia apud deum & homines. In illis ergo ſimilitudinibus imbuitur: & fiunt ei paruulæ diſtinctiones argenti. Aperiuntur enim interdum & his qui imbuuntur parua aliqua, & rara de ſecretioribus myſteriis:vt deſiderium concipiant maiorum.Neque enim deſiderari quid poteſt ſi penitus ignoretur: & ideo incipientibus & primis in eruditionibus poſitis,ſicut non ſunt ad ſubitum cuncta pandenda:ita neque penitus abſcondenda ſunt ſpiritualia myſteria,ſed vt ait ſermo diuinus,faciendæ ſunt eis diſtinctiones argenti:& ſcintillæ quædam ſpiritualis intelligentiæ animis eorum initiandæ ſunt: vt guſtum quodammodo deſiderandæ dulcedinis ſumant:ne,vt diximus,ſi penitus ignoretur,nec omnino deſideretur. Verum quòd paruulam nominamus animam, nemo ita accipiat, quaſi ſecundum ſubſtantiam paruula dicatur: ſed ſi cui deeſt eruditio,& in qua eſt exiguus intellectus ac minima peritia,hanc paruulam dicimus animam. Igitur hæc fieri conuenit,vſquequo rex ſit in recubitu ſuo: id eſt,vſquequo in id proficiat huiuſmodi anima, vt capiat regem, & habeat recumbentem in ſemetipſa. Sic enim dicit hic rex: Quia habitabo in eis & inambulabo in eis:profectò qui tantam verbo dei cordis ſui latitudinem præbent, vt etiam in eis deambulare dicatur,ſpaciis ſcilicet amplioribus intelligentiæ agnitionisq; diffuſioris. Ita ergo & recubare dicitur in anima illa ſine dubio, de qua ipſe dominus dicit per prophetam: Super quem requieſcam, niſi ſuper humilem & quietum,& trementem ſermones meos? Habitat ergo rex iſte,qui eſt ſermo dei,in illa anima,quę iam ad perfectum venerit recubitum ſuum,ſi tamen non ſit in ea aliquod vitium, ſed plena ſit ſanctitate, plena pietate, fide,charitate,pace omnibúſque virtutibus.Tunc enim delectat in ea recubare regem,& habere recubitum. Ad hanc enim animam dominus dicebat:Quia ego & pater meus veniemus & cœnabimus cum eo, & manſionem faciemus apud eum. Vbi ergo cœnat Chriſtus cum patre, & vbi manſionem facit, quidni recumbit? Beata illius latitudo animæ, beata ſtrata illius mentis, vbi pater & filius,vt non dubito,vnà cum ſpiritu ſancto recumbit, cœnat & manſionem facit. Quibus putas opibus,quibus copiis tales conuiuæ paſcuntur? Pax vbi primus cibus eſt,humilitas ſimul apponitur ac patientia, manſuetudo quoque & lenitas, & quod ſummæ ei ſuauitatis eſt,puritas cordis. Charitas autem in hoc conuiuio principalem obtinet locum. Tali ergo modo,etiam tertia expoſitione,ad vnamquanque animam referri poſſe videbitur quod ait: Similitudines auri faciemus tibi cum diſtinctionibus argenti, quoadúſque rex ſit in recubitu ſuo.Nardus mea dedit odorem ſuum:ſiue,odorem eius. In ſpecie dramatis videtur hoc oſtendi,quòd poſt hæc verba ingreſſa ſit ſponſa ad ſponſum,& vnguentis ſuis vnxerit eum: ac miro quodam genere, quaſi nardus quæ prius odorem non dederat, cùm eſſet apud ſponſam, tunc dederit odorem ſuum,cùm corpus contigit ſponſi, vt non tam ille ex nardo odorem, quàm nardus ex ipſo ſumpſiſſe videatur. Si verò ſecundum hanc differentiam, quæ in aliis inuenitur exemplaribus legimus:Nardus mea dedit odorem eius: inuenitur adhuc aliquid diuinius, vt videatur vnguentum hoc nardi, quo vnctus eſt ſponſus,non tantum ſuum,qui nardo ineſſe naturaliter ſolet,ſed ipſius ſponſi odorem ceperit, & ipſius odorem ad ſponſam reportauerit nardus: vt in eo quo vnxit eum, odorem ſponſi per ipſius vnguenti munus acceperit:& hoc ſit quod dicere videatur, Nardus mea qua vnxi ſponſum, regreſſa ad me, odorem mihi detulit ſponſi, & velut ſuperato naturali ſuo odore, præ fragrantia ſponſi ipſius mihi detulit ſuauitatem. Hæc habet hiſtorici dramatis explanatio. Sed veniamus iam nunc ad intelligentiam ſpiritualem.Ponamus hic ſponſam eccleſiam,in perſonam Mariæ,quæ decenter vtique dicitur afferre libram vnguenti nardi piſtici precioſi,& vngere pedes Ieſu,& detergere capillis ſuis, & recipere quodammodo ac recuperare per crinem capitis ſui ad ſemetipſam vnguentum, ex qualitate ac virture corporis eius infectum: & odorem non tam nardi per vnguentum,quàm ipſius verbi dei ad ſe trahentem per capillos,quibus abſtergebat pedes: & impoſuit capiti ſuo,non tam nardi quàm Chriſti fragrantiam:& dicere,Quia nardus mea,miſſa in corpus Chriſti,reddit

Exod.14. & 15.& 12. — Num.24.c. — Gene.49.b. — Lucæ.2.b. — Ioan.8.g. — Lucæ.10.d. — Gala.4.a. — Matt.18.b. — Paruula anima. — Leuit.26.b. — Eſaiæ. 66.a — Ioan.14.c. — Marc.14. & Ioan.12.a

Gsti,reddit mihi odorem eius. Denique vide quomodo
Ibidem. hæc ipsa referuntur. Maria, inquit, attulit libram vnguenti nardi pistici pretiosi,& vnxit pedes Iesu, & extersit capillis capitis sui. Domus autem, inquit, tota repleta est odore vnguenti. Quod vtique indicat, quia odor doctrinæ, qui procedit de Christo, & sancti spiritus fragrantia, repleuit omnem mundi huius domum, ac totius ecclesiæ domum. Vel certè repleuit omnem domum animæ illius, quæ odoris Christi susceptt participium, offerens primò fidei suæ munus, velut vnguẽ tum nardi,& recipiens ex hoc gratiam spiritus sancti, & spiritualis doctrinæ fragrãtiam. Quid ergo interest vtrum in Cantico canticorum sponsa perungat vnguẽto sponsum: an in euangelio discipula magistrum, & Maria Christũ: sperans, vt diximus, redire ad se ex hoc vnguento odorem verbi,& fragrantiam Christi, vt eo
2.Cor.2.d. ipso dicat, Christi bonus odor sumus deo. Et quoniam plenum fide fuit istud vnguentum, & pretiosi effectus,
Matth.26. & Mar.14.a ob hoc & Iesus testimonium reddidit ei, dicẽs: Bonum opus operata est in me. Sic ergo rursus in Cantico canticorum, post aliquanta amplectitur emissiones sponsæ: sicut hic opus Mariæ, ait enim: Emissiones tuæ paradisus cum fructu pomorum. Cyperus cum nardis.
H Nardus cùm crocis. Amplectitur ergo & in his emissiones ac munera sponsæ. Obseruauimus sanè quòd in his quæ nunc memorauimus pluraliter primò, postmodum singulariter nardum posuit, quod puto secundum
Matt.13.f. illam rationem dictum: quia negociator regni cœlorum, plures primò margaritas negociatur: vsquequo ad vnam perueniat pretiosam. Et fortè quod dixit: Emissiones tuæ paradisus cum fructibus pomorum: illos indicat fructus cum nardis plurimis, quos afferimus ex institutionibus, & doctrina prophetica. Ex doctrina verò ipsius domini nostri Iesu Christi: emissiones nostræ & munera, non plures habent nardos, sed vnam. Sed nunc redeamus ad eam quę dicit, Nardus mea dedit odorem suum: & vide si possumus adhuc etiam hoc in loco intelligere præsenti: quod si quando valuerimus integrè & decenter exponere de deitate Christi, virtutémque eius ac maiestatem dignis assertionibus consignare: tunc fortassis meritò dicet, vel ecclesia illa, vel anima, quæ ita manifestè potuerit gloriam eius exponere, Nardus mea dedit odorem suum. Nec mirum
I videri debet si Christus, quemadmodum fons est, & flumina aquæ viuæ de eo procedunt, & quemadmodum
Ioan.7.f panis est, & vitam dat: ita & nardus est, & odorem red-
Ibid.6.d.e. dit: & vnguentum est, quo qui vncti fuerint, Christi fiant: sicut dicit in psalmo: Nolite tãgere Christos meos. Et fortasse secundum illud quod dicit Apostolus:
Psal.104.b. Heb.5.d. His qui exercitatos habent sensus ad discretionem boni, vel mali: singulis quibusq; sensibus animæ, singula quæq; Christus efficitur. Idcirco enim & verum lumen dicitur, vt habeant oculi animæ quo illuminentur: idcirco & verbum, vt habeant aures quod audiant: idcirco & panis vitæ, vt habeat gustus animæ quod degustet. Idcirco ergo & vnguentum, vel nardus appellatur vt habeat odoratus animæ fragrantiam verbi: idcirco & palpabilis, & manu tractabilis, & verbum caro factum dicitur, vt possit interioris animæ manus contingere de verbo vitæ. Hæc autem omnia vnum atq; idem
Ioan.1.b. 1.Ioan.1.a. est verbum dei, quod per hæc singula affectibus orationis commutatum, nullum animæ sensum gratiæ suæ relinquat expertem. Alligamentum guttæ fratruelis meus mihi, in medio vberum meorum manebit, siue commorabitur. Eiusdem adhuc verba sunt sponsæ ad adolescentulas, vt videtur, loquentis. Prius quidem di- K
xerat, quia nardus sua dedisset odorem sponso, & quia per vnguentum quo vnxerat eum, odoris fragrantiam recepisset: nunc autem ait, Fraternus meus mihi guttam redolet, & hanc non diffusam, neque vt libet dispersam sed colligatam & constrictam: quò scilicet odor ipsius suauitatis densior reddatur & vehementior. Et hic, inquit, cùm talis sit, in medio vberum meorum demoratur, & commanet, & requiem ac mansionem suam facit in loco pectoris mei. Verùm quòd nunc primùm cognominauit eum fraternum suum sponsa, & nominis huius appellatione per totum penè libelli textum frequenter vtitur, dignum puto vt prius requiramus appellationis ipsius causam, & quid vel vnde fraternus di
Fraternus. citur, exponamus. Fraternus appellatur fratris filius. Requiramus quis sit primò frater sponsæ, cuius hic filius habeatur: vide si possumus dicere sponsam quidem ex gentibus esse ecclesiam: fratrem verò eius, priorem populum: & fratrem, vt res indicat, seniorem. Quia
Lucæ.15. ergo ex illo populo Christus secundum carnem nascitur, ob hoc ab ecclesia gentium, fratris filius appellatur. Quod ergo ait: Alligamentum guttæ fraternus meus mihi: corporeæ natiuitatis eius indicat sacramentum. Videtur enim quodammodo alligamen- L
tum esse, & vinculum quoddam animæ corpus: quod alligamentum, gutta in Christo diuinæ virtutis ac suauitatis astringitur. Si autẽ ad vnam quãq; animam quę dicta sunt referuntur: alligatura guttę, dogmatum continentiæ constrictio, ac diuinarum sentẽtiarum nodositas intelligitur. Innexæ enim sibiinuicem sunt fidei rationes,& vinculis veritatis astrictæ. Deniq; & lex mundum dicit esse omne vas quod alligatum est: immundum verò quod solutum fuerit,& non ligatum. Cuius rei hæc figura erat, quòd Christus, in quo nunquam fuit vlla immunditia peccati, alligamentũ guttæ dicitur. Et ideo anima non debet contingere aliquid dissolutũ, & quod non sit ratione subnixum,& dogmatum veri-
Leuit.5 & 15.a. tate constrictum: ne immunda fiat. Qui enim immundum contigerit, immundus erit secundum legem. Continget nanq; eum sensus irrationabilis, & alienus à sapientia dei,& faciet eum immundũ. Vide autem si fortè filium dei in carne guttam dictum,& quasi breue aliquid,& exiguum nominatum possumus accipere, sicut & Daniel de eo dicit: Lapidem paruum de monte
Dan.2.e. M excisum sine manibus,& factum post hęc mõtem magnum. Vel sicut in libello duodecim prophetarum nihilominus gutta quidem futura dicitur, quę congreget populum. Est ergo & in prophetis ita scriptum: Et erit
Micheæ.5.c ex gutta populi huius cõgregatus Iacob. Decebat enim eum qui veniebat congregare, non solum Iacob, sed & omnes gentes, quæ sicut propheta dicit: Reputatæ sunt
Esaiæ.40.d tanquam gutta ex situla, exinaniẽtem se diuinitatis forma, effici ipsum vt guttam,& sic venire ad congregandam guttam gentium,& guttam nihilominus reliquiarum Iacob. Sed & in quadragesimoquarto psalmo dicitur ad dilectum, cui etiam ipse psalmus asscribitur: Myrrha, & gutta, & casia à vestimentis tuis. A vestimentis ergo verbi dei: quæ est doctrina sapientiæ, procedit myrrha mortis duntaxat indicium, pro humano genere susceptæ. Gutta, vt suprà diximus, exinanita diuinitatis forma seruilis formæ susceptа dignatio. Casia quoque, quoniam id genus herbæ aquis indesinentibus nutriri dicitur, & coalescere, redemptionem humani generis per aquas baptismi indicat datam. Sic ergo alligaturam guttæ fraternum suum sponsa tanquam

A quam nuptiali dramate loquẽs, inter medium vberum suorum commorantem dicit. Vbera, vt superius iam dixim⁹, principale cordis aduerte: in quo ecclesia Christum, vel anima verbum dei, desiderij sui vinculis alligatum tenet, & astrictum. Si quis enim verbum dei toto affectu in corde suo,& toto amore constringit, ipse solus poterit odorem fragrantiæ eius, & suauitatis accipere. Botrus cyperi fraternus meus mihi in vineis Engaddi. Quantum ad literę ipsius explanationem, habet
Cyperus. aliquid ambiguum, quod ait: Botrus cyperi fratruelis mihi: quia & vua florens cyperus appellatur, & species quædam extrinsecus virgulti est quæ cyperus dicitur ferens etiam ipsa floridum quendam fructum, in modum florentis vuæ prolatum. Sed videtur magis ad fructum vitis respicere sermo, quandoquidem vinearum
Engaddũ. Engaddi facta est memoria Engaddum autẽ ager terræ Iudæ est: non tantum vineis, quantum balsamis florens. Hic ergo erit historicus sensus sponsæ loquentis ad adolescentulas, vt intelligatur dicens: Primo quidẽ nardus mea odorem mihi sponsi mei reddit. Secundò verò alligamentum guttæ effectus est fraternus meus mihi, demoratis inter media vbera mea. Tertio botrus
B cyperi ex vineis Engaddi, superans omne quicquid est in odoribus,& floribus suauitatis: quò scilicet audiẽtes hæc adolescentulæ, magis ac magis ad charitatẽ sponsi concitentur & amorem. Idcirco autem singulatim & per ordinem, primo nardum suã, deinde guttam, post hęc etiam botrum cyperi nominat: vt per eos gradus, quosdam profectus doceat charitatis. Sed videamus iam quid spiritualis habeat intellectus. Siquidem hic qui appellatur botrus, ad fructum vitis referendus est: verbum dei accipimus, sicut sapientiam & virtutem, & thesaurum scientiæ, aliaq; multa, ita & vitem veram dei. Sicut ergo his quibus efficitur sapientia,& scientia, non ad subitum, sed per profectus quosdam & gradus, pro studiis & intentione ac fide eorum, qui ei vel in sapientia, vel in scientia, vel in virtute participantur, sapientes eos, & scientes reddit vigentesq; virtutibus: ita & in quibus vitis vera efficitur, non eis ad summum maturos botros producit, & dulces: nec repente eis effi citur vinum suaue, & lætificans cor hominis, sed primò producit eis suauitatem tantummodo odoris in florem. Botrus hic florens esse memoratur in vineis Engaddi, vt gratia fragrantiæ ipsius immittatur in initiis
C animæ, vt post hæc pati possit acerbitatem tribulationum & tentationum, quæ propter verbum dei credentibus excitantur, & ita demum maturitatis eius dulcedinem præbet, vsque dum perducat eos ad torcularia, vbi effunditur sanguis vuæ, sanguis noui testamenti, qui bibatur in die festo in superioribus, vbi stratum magnum paratum est. Sic ergo per singulos hos profectꝰ graduum incedere oportet eos, qui per sacramentum vitis, & botrum cyperi initiati, ad perfectionem feruntur,& calicem noui testamenti ab Iesu susceptum bibere contendunt. Quòd si cyperus sui generis arbor accipiendus est: cuius fructus etiam flos, non tantum odoris suauitatem, quantum & vim calefaciendi ac fouendi dicitur possidere: illa sine dubio accipitur sponsi virtus, qua incalescunt animæ erga fidem eius, & charitatem quæ contingebat eos, qui dicebant: Nonne cor nostrum erat ardens intra nos, cùm adaperiret nobis scripturas? Vel certè quoniam de vineis Engaddi botrus hic florens nominatur esse: Engaddi autem interpretatur oculus tentationis meæ: si quis est qui intellectum habere potest, quomodo tentatio est vita hominis su-
Cyperus
Luc.24.e
Engaddi.
Iob.7.a
per terram: & intelligit quomodo quis in deo eripitur D
à tẽtatione,& qui agnoscit qualitatem tentationis suæ, ita vt possit de ipso dici: quia in his omnibus non peccauerit labiis suis corã deo: huic botrus cyperi de vineis Engaddi efficitur verbum dei. Obseruandum tamen est quòd verba sponsæ ita referuntur; vt & nardus & alligamentum guttæ,& botrus cyperi ipsi soli sint, vtpote quæ in hos iam profectus ascenderit. Sola enim perfecta anima est, quæ ita habet purum & purgatum odoramentum sui sensus, vt possit nardi,& guttæ,& cyperi ex verbo dei procedentis fragrantiam capere, & gratiam diuini odoris haurire.

Homilia tertia.

Ece es speciosa proxima mea, ecce es speciosa, oculi tui columbarum. Secundò iam sponsus cum sponsa in verbo colloquioq; miscetur. Et primo quidem sermone inuitauit eam ad hoc, vt cognosceret semetipsam, dicẽs ei quòd bona quidem esset inter mulieres, sed nisi cognosceret semetipsam, E
certa quæque pateretur,& quasi quæ velociter ad agnitionem sui sensu intellectuq; cucurrerit, comparat eã equis suis, vel equitatui, quibus obtinuerit currus Pharaonis. Simul & genas eius pro insigni verecundia,& cõuersationis pernicitate, turturibus comparat: ceruicemq; eius, ornamentorum redimiculis. Nunc autem iam speciosam profitetur eam,& speciosam: non sic vt prius in mulieribus tantum, sed quasi proximam sibi, & adhuc in maiorem titulum laudis extollit & affirmat: quia non tantum cùm proxima est ei speciosa sit, sed & si contingat ei absentem esse, etiam sic speciosa sit. Hoc enim indicatur in eo, quòd cum dixisset: Ecce es speciosa proxima mea: addit post hæc absolutè, & sine vlla adiunctione: ecce es speciosa. Sed in superioribus non laudauerat visum eius, credo quia nondum ad intuitũ profecerat spiritualis intelligentiæ: nunc ergo ait, Oculi tui columbarum. Grandis in hoc profectus eius ostẽ F
ditur, vt quæ prius tantum speciosa in mulieribus dicta est, nunc vt proxima speciosa dicatur, ex ipso sine dubio sponso splendorem decoris accipiens, vt semel ab ipso sumpta pulchritudine, etiam si accidat ei paululũ spõsi absentiam pati, nihilominus pulchra permaneat. Quòd autem oculi eius comparantur columbis, ob hoc profectò contingit: quia diuinas scripturas, nõ iam secundum literam, sed secundum spiritum intelligat, & aspiciat in eis spiritualia mysteria. Colũba enim indicium est spiritus sancti. Spirituali ergo sensu intellige-
Psalm.54.b re legem,& prophetas: hoc est oculos columbæ habere. Et hic quidem columbæ oculi eius appellantur. In psalmis vero huiusmodi anima pennas sibi dari columbæ
Ibid.67.d desiderat, vt volare possit in intellectum spiritualium mysteriorum,& requiescere in atriis sapientiæ. Sed & si dormire quis possit, hoc est, collocari, & requiescere in medio sortium, atque intelligere sortium rationem, & cognoscere diuini iudicij causas: non solum pennæ columbæ, quibus in spiritualibus intellectibus volet, permittuntur ei, sed deargentatæ pennæ: id est, verbi & rationis ornamento decoratæ. Scapulæ quoque eius in specie auri fieri dicuntur, vbi constantia fidei,& dogmatum stabilitas indicatur perfectorum. Ergo si caput esse Christus dicitur, nihil puto absurdum videri, si & oculi eorum, qui secundum interiorem hominem spiritualiter

Gritualiter intelligũt, & ſpiritualiter diiudicant, ſpiritus
Exod.12. ſanctus eſſe dicantur. Et ob hoc fortaſſis in lege ſicut agnus poſitus eſt, per cuius hoſtiam populus purificaretur in paſcha: ita & columbæ poſitæ ſunt quibus purificatur homo, ingreſſus hunc mundum. Sed & de eo nũc dicere, & hoſtiarum qualitates diſcutere, longior videtur exceſſus, & propoſito operi minimè conueniens. Hęc autem memoraſſe ſufficiat, pro eo quòd præſens ſermo continet, Oculi tui columbæ: quaſi diceret, oculi tui ſpirituales ſunt: ſpiritualiter videntes, ſpiritualiter intelligentes. Poteſt adhuc profundiore fortaſſis ſacramento quod dixit: Ecce es ſpecioſa proxima mea, intelligi de præſenti ſeculo dictum: quia ſpecioſa quidẽ ſit, & hic eccleſia cum proxima eſt Chriſto, & cùm imitatur Chriſtum. Quòd verò iterauit & dixit: ecce es ſpecioſa, poteſt ad futurum ſeculum pertinere: vbi iam nõ ſolum imitatione, ſed ipſa ſui perfectione formoſa eſt, & ſpecioſa: & ibi dicat eſſe oculos eius columbas, vt duorum oculorum columbæ duæ, intelligantur eſſe filius dei & ſpiritus ſanctus. Et ne mireris, ſi columba ſimul dicatur, cùm vterque ſimiliter aduocatus dicatur, ſicut
Ioan.14.b.d 15.d.& 16.b. 1.Ioan.2.a Zach.4.ad H ſto nihilominus in epiſtola ſua dicit: Quia ipſe ſit aduocatus apud patrem pro peccatis noſtris. Sed apud Zachariam prophetam duæ oliuæ, ad dexteram & ad ſiniſtram candelabri poſitæ, vnigenitum nihilominus, & ſpiritum ſanctum deſignare creduntur. Ecce es bonus fraternus meus: & quidem ecce es ſpecioſus, cubile noſtrum vmbroſum. Nunc primum videtur attentius inſpexiſſe ſponſi ſui pulchritudinem ſponſa, & conſideraſſe illis oculis, qui columbę eſſe dicti ſunt, decus & ſpeciem verbi dei. Quia reuera non poteſt prius perſpici, nec agnoſci quanta ſit in verbo magnificentia, niſi prius oculos quaſi columbæ, id eſt, intelligentiam ſpiritualem accipiat. Commune autem cubile ſibi quod dicit eſſe cum ſponſo, corpus hoc mihi videtur indicari animæ: in quo adhuc poſita, digna habita ſit aſciſci ad conſortium verbi dei. Idq; vmbroſum, vtpote non aridum, ſed fructuoſum memorat, & tanquam denſitate boni operis nemoroſum. Sed hæc ſponſa dicit, anima duntaxat quæ columbæ iam oculos habet. Hi verò qui
Eſaiæ.53.a tantummodo credunt ſponſo, non tamen perſpicere potuerunt in verbo dei, quanta ſit pulchritudo, dicunt:
I Et vidimus eum, & non habebat ſpeciem neque decorem: ſed ſpecies eius indecora, & deficiens præ filiis hominum. Quæ autem bene profecit, & ſupergreſſa eſt adoleſcentularum, & octoginta concubinarum, & ſexaginta reginarum ordinem: iſta anima poteſt dicere, Ecce es decorus fraternus meus, & quidem ſpecioſus. Sed & ſi adhuc in corpore poſitus intelligam denſitatẽ ſpiritualium ſenſuum, & intelligentiam ſcripturarum diuinarum tam crebra opacitate contextam, vt rapidior æſtus qui multos ſolet adurere, & arefacere fructus eorum, me tamen tenebrare non poſſit, nec vlla vis tentationum fidei in me germen arefacere: tunc poſſum dicere, quia cubile noſtrum vmbroſum. Quòd autem dicit, cubile noſtrũ: quaſi communẽ ſibi cum ſponſo corporis ſui indicans eſſe locum, ad illam ſimilitudinem
1.Cor.6 d. dictum intellige, qua & Paulus dixit: Quia corpora noſtra mẽbra Chriſti ſunt. Cùm enim dicit, corpora noſtra: quaſi ſponſæ id eſſe corpus oſtendit. Cùm verò mẽbra Chriſti memorat, eadem corpora etiam ſponſi eſſe corpus indicat. Hæc ergo corpora ſi vmbroſa ſunt, vt ſuperius diximus, bonis duntaxat operibus referta, & ſpiritualium ſenſuum denſitate cumulata, de his talib⁹ K
dici poteſt: Per diem ſol non vret te, neque luna per noPſal.120.b ctem. Iuſtũ nanque tentationis ſol non adurit, requieſcentem ſub vmbra verbi dei. Iſte enim ſol qui adurit iuſtum, non eſt damnabilis: ſed ille magis qui ſe transfigurat in angelum lucis. Bonus ergo & decorus dicitur 2.Cor.11.c fraternus: & quanto magis inſpici potuerit oculis ſpiritualibus, tanto ſpecioſior inuenitur & pulchrior: quia non ſolum illius ſpecies & pulchritudo mirabilis apparebit: verum & inſpicienti atque intuenti eum, decus ingens & ſpecies formæ noua ac mirabilis orietur, ſecundum illud quod Apoſtolus verbi dei intuens pulchritudinem dicit: Nam & ſi is qui foris eſt homo noſter corrumpitur, ſed qui intus eſt renouatur de die in 2.Cor.4. d diem. Meritò ergo talis hæc anima commune habet cubile cum verbo, corpus ſuum. Peruenit enim diuina virtus vſque ad corporis gratiam, cùm in eo vel caſtitatis donum, vel continentiæ, aliorumq; bonorum operum collocat gratiam. Conſidera ſanè, ne fortè poſſit etiam illud corpus quod aſſumpſit Ieſus, cõmune ei cum ſpõſa cubile nominari: quoniã quidem videtur per ipſum eccleſia Chriſto eſſe ſociata, & participium verbi dei capere potuiſſe, ſecundum quòd mediator dei & homi
num dicitur, & ſecundum quod Apoſtolus dicit: Quo- L
niam in ipſo habemus acceſſum per fidem in ſpe glorię Roma.5.a dei. Tigna domorum noſtrarum cedri, trabes noſtræ Ephe.2.e & 3.c cypreſſi. Videtur ab ſponſo reſponderi ad gratiam eorũ quæ dicta fuerunt prius ab ſponſa: quibus edoceat eam cuiuſmodi ſint tecta iſta communia, & qualis in eis materia contignationis habeatur. Hæc habet hiſtorica narratio. Videtur autem eccleſia deſcribi à Chriſto, quę eſt domus ſpiritualis, & domus dei: ſicut docet Paulus, di- 1.Timo.3.d cens: Si autem tardius venero, vt ſcias quomodo te oporteat in domo dei converſari, quæ eſt eccleſia dei viui, columna & firmamentum veritatis. Si ergo eccleſia domus dei eſt: quia omnia quæ habet pater, filij ſunt: ec Luc.10 d cleſia domus filij dei eſt. Frequenter autem & plurali numero appellantur eccleſiæ, vt vbi ait. Nos talem con
1.Co.11.c ſuetudinem non habemus, neque eccleſiæ dei. Et iterũ ſcribit eccleſiis Galatiæ Paulus. Et Ioannes ſeptem ec- Gala.1.d cleſiis. Sunt ergo ſiue eccleſia vel eccleſiæ, domus ſponſi & ſponſæ, ſiue animæ verbi domus, in quibus tigna In Apocal. ſunt cedrina. Legim⁹ etiam quaſdam cedros dei, ſuper
M quas vinea quæ tranſlata eſt de Aegypto, extendiſſe di- Eſaiæ.5. & citur traduces ſiue arbuſta ſua, ſicut ait in pſalmis: Ope Hiere.2 ruit montes vmbra eius, & arbuſta eius cedros dei. Eui Pſalm.79.b denter igitur per hæc, eccleſia cedri dei nominatur. Cũ ergo dicit ſponſus: Tigna domorum noſtrarum cedri: intelligere debemus cedros dei eſſe eos qui eccleſiã cõtegunt, & eſſe aliquos horum validiores, qui trabes appellantur. Et puto quòd conuenienter hi qui epiſcopatũ bene miniſtrant in eccleſia, trabes dici poſſunt: quibus ſuſtentatur, & tegitur omne ædificium, vel ab imbrium labe, vel ab ardoribus ſolis. Secundo autem horum loco, tigna presbyteros opinor appellari, & trabes quidẽ dici cypreſſos, quibus & fortitudo robuſtior, & odor ſuauitatis ineſt: per quod & in operibus ſolidum, & in doctrinæ gratia fragrãtem deſignat epiſcopum. Similiter autem & tigna cedros appellauit, vt per hoc incorruptionis virtutis, & odoris ſcientiæ Chriſti plenos deſignaret debere eſſe presbyteros. Ego flos campi, & liliũ conuallium: ſicut lilium in medio ſpinarum, ita proxima mea in medio filiarum. Hęc ille qui ſponſus, & verbum, & ſapientia eſt de ſemetipſo, & de ſponſa ad amicos ac ſodales ſuos loqui videtur. Sed ſecundum poſitæ

A poſitæ expoſitionis ordinem Chriſtus hæc de eccleſia loqui intelligendus eſt, & ipſe dicere ſe florem eſſe cam
Campus. pi, & lilium conuallium. Campus planicies terrę dici-
Conualles. tur, cui cultura adhibetur, & excolitur ab agricolis. Cõualles verò ſaxoſa magis, & inculta indicant loca. Poſſumus autem & campum illum intelligere, populũ qui per prophetas colebatur & legem: conuallem verò, ſaxoſum & incultum gentium locum. Sponſus ergo hic in Iudæorum populo flos fuit. Sed quoniam neminem ad perfectũ adduxit lex, idcirco in illo non potuit verbum dei ad florem proficere, & ad perfectionem fructuum peruenire. In iſta tamen conualle gentium, effe-
Matt.6.d. ctus eſt liſlium. Cuiuſmodi autem lilium? Tale ſine du-
Ibidem & bio, quale & ipſe in euangeliis dicit, quod pater cœle-
Lucæ.12.d ſtis veſtit. Et, neq; Salomon in omni gloria ſua indutus eſt, ſicut vnum ex iſtis. Fit ergo lilium in hac conualle ſponſus, in eo quòd veſtiuit eum pater cœleſtis tali veſtimento carnis, quale nec Salomõ in omni gloria ſua habere potuit. Non enim Salomon habuit abſque concupiſcentia viri, & concubitu mulieris, immaculatam, & nulli prorſus peccato obnoxiam carnem. Sed & cauſam cur is qui in campo flos fuerat, voluerit eſſe in cõ-
B uallibus liliũ, videtur oſtendere. Cùm enim multo tẽpore flos fuiſſet in campo, nullum dicit ex ipſo campo florem ad imitationem ſui ac ſimilitudinem proceſſiſſe. Vbi verò factus eſt in conuallibus lilium, continuò etiam efficitur proxima eius imitatione ipſius lilium: vt operæprecium fuerit, quoniam ipſe effectus eſt lilium, vt etiam proxima ſua: id eſt, vnaquæq; anima quæ ei approximat, & exemplum eius imitationemq; ſectatur lilium fiat. Quòd ergo ait: Sicut liliũ in medio ſpinarum, ita proxima mea in medio filiarum, accipiem⁹ eccleſiam gentium dici, quòd vel è medio infideli-
um, & non credentium, quaſi ex ſpinis emerſerit: vel pro hæreticorum circunſtrepentium ſe morſibus, in medio ſpinarum poſita dicatur. Quod & magis videbitur veriſimile, pro eo quòd dicit, ita proxima mea in medio filiarum. Non enim filias appellaſſet illas animas, quę nunquam omnino venerunt ad credendum. Omnes ergo hæretici primò ad credulitatem veniunt, & poſt hæc ab itinere fidei, & dogmatum veritate declinãt. Sicut & Ioannes apoſtolus in epiſtola ſua dicit:
1.Ioan.2.c Quia à nobis exierunt, ſed non erant ex nobis. Nam ſi
C fuiſſent ex nobis, permanſiſſent vtique nobiſcum. Poſſumus autem, & ad vnamquanque animam id referentes, huic quidem animæ quæ pro ſimplicitate ſui, & planitie vel æquitate campus dici poteſt, florem fieri verbum dei, & initia bonorum operum docere. His verò qui profundiora iam quærunt, & demerſiora ſcrutantur, quaſi in conuallibus, vel pro claritate pudicitiæ, vel pro fulgore ſapientiæ efficitur lilium, vt & ipſi fiant lilia erumpentia de medio ſpinarum: id eſt, fugientes cogitationes, & ſolicitudines ſeculares, quæ ſpinis in euangelio comparatæ ſunt. Sicut arbor mali inter ligna ſyluæ, ita fraternus meus inter medium filiorum. In vmbra eius concupiui & ſedi, & fructus eius dulcis in faucibus meis. Decuit quidem ſponſum, & de ſemetipſo dicere, quid eſſet in campo, quid etiam in conuallibus: & de ſponſa quæ eſſet, vel qualis inter cæteras filias haberetur. Sponſam verò ad hæc reſpondentem non conueniebat de ſemetipſa aliquid dicere, ſed affici totam erga admirationem ſponſi, & ipſius laudibus inhærere. Comparat ergo eum arbori mali. Sed ne ex ſimilitudi-
Malus. ne ſermonis ſimpliciores aliqui arborem mali, malam arborem putent, & à malitia dictam, dicamus nos arbo D
rem meli, Græco quidem nomine vtentes: ſed ſimpli- Meli. cioribus quibuſque Latinorum plus notiore quàm mali. Melius eſt enim vt Grammaticos offendam⁹, quàm legentibus ſcrupulum aliquem in veritatis explanatione ponamus. Comparat eum igitur arbori meli, ſodales verò eius reliquis arboribus ſyluæ. Sed ſponſum ita arbori huic meli ſimilem dicit: vt etiam concupiſſe ſe dicat ſub vmbra eius ſedere, fructũq; eius dulcem ſibi effectum in faucibus aſſeueret: Et hæc ad adoleſcẽtulas loqui videtur: ſicut & ſponſus locutus eſt prius ad ſodales ſuos. Sed nunc videamus ſecundum myſterium; quos dicat ſponſa filios, inter quos tanquam arborem meli præcellere reliqua ſyluæ ligna aſſerat ſponſum: & vide ſi poſſumus ſecundum ea quæ in ſuperioribus de filiabus, & ſpinis dupliciter expoſuimus: ita hic etiam filios, vel eos qui aliquando fuerunt & non ſunt, vel multitudinem cœleſtium miniſtrorum dictos eſſe intelligere. Ad omnes enim in initio pertinet illud quod ſcriptum eſt: Ego dixi dij eſtis, & filij excelſi omnes. Sed dif- Pſal.81. ferentia interceſſit per hoc quod ait: Vos autem vt hõ- Ibidem mines moriemini, & ſicut vnus de principibus cade- E
tis. Sed & illud in hoc reſpicit: quoniam quis in nubi- Pſalm.88.b bas æquabitur domino, aut quis aſſimilabitur ei inter filios dei? Sicut ergo arbor meli inter reliqua ligna ſyluę ſic eſt ſponſus inter reliquos filios, habẽs fructum, qui non ſolum ſapore oẽs, ſed & odore præcellat, & duos animæ ſenſus. i. guſtũ & odoratũ reficiat. Diuerſis nãq; copiis menſam ſuam nobis præparat ſapientia: in qua non ſolum panem vitæ apponit, ſed immolat carnes verbi: & non ſolum miſcet in cratere ſuo vinum, ſed & mella odorata ſatis adhibet, & dulcia quæ non tantum in ore, & labiis ſuauitatem reddant, ſed & interioribus tradita faucibus dulcedinẽ ſeruent. Poſſumus autem ligna ſyluæ accipere eos angelos, qui vniuſcuiuſque hæreſeos authores fautoresq; viſi ſunt extitiſſe: ita vt videatur eccleſia comparans ſuauitatem doctrinæ Chriſti, ad aſperitatem hæreticorum dogmatum ac ſterilẽ infructuoſamq; doctrinam dicere, meli quidem ſuauia & dulcia, eſſe dogmata eccleſiaſtica quæ in Chriſti eccleſia prædicantur. Ligna verò ſyluæ eſſe ea quæ à diuerſis hæreticis affirmantur. Et de iſtis videbitur infru
ctuoſis lignis ſyluæ dici, quod in euangelio ſcriptũ eſt: F
Ecce iam ſecuris ad radicem arboris poſita eſt. Omnis Matt.3.c. & ergo arbor quæ non facit fructum bonum, excidetur Luc.eodẽ.b & in ignem mittetur. Fraternus ergo ſponſæ eſt, vt arbor meli in eccleſia ſponſi: cæteri verò hæreſiarchæ tanquam infructuoſa ligna ſyluæ, diuino iudicio vt ſecuri excidendi, & in ignem mittendi. Igitur in huius meli vmbra concupiſcit ſponſa reſidere: vel eccleſia (vt diximus) in protectione filij dei, vel anima refugiẽs omnes reliquas doctrinas, & adhærens vni ſoli verbo dei: cuius etiam dulcem habeat in faucibus fructum, meditãdo ſcilicet indefinenter legem dei, & ſemper eam velut mundum animal ruminando: Verùm de appellatione vmbrę iſtius, ſub qua ſedere concupiſſe ſe dicit eccleſia: non puto abſurdum, ſi ea quæ inuenire poſſumus in ſcripturis diuinis, proferamus in medium: vt quæ ſit vmbra meli huius, dignius & diuinius agnoſcatur. Ait Hieremias in lamentationibus: Spiritus vultus noſtri Thren.4.d. Chriſtus dominus comprehenſus eſt in corruptionibus noſtris: cui diximus, in vmbra eius viuemus in gentibus. Vides ergo quomodo ſpiritu ſancto permotus propheta, vitam de vmbra Chriſti præberi gentibus dicit.

G dicit. Et quomodo non vitam nobis præbeat eius vm-
Lucæ.1.d bra,cùm & in conceptu corporis illius ad Mariam di-
catur:Spiritussanctus veniet super te,& virtus altissimi
obumbrabit tibi? Si ergo obumbratio fuit altissimi in
conceptu corporis eius, meritò vmbra eius vitam gẽ-
tibus dabit. Et meritò sponsa eius ecclesia sub meli vm
bra sedere concupiscit: sine dubio vt vitæ,quæ est in e-
ius vmbra, particeps fiat. Reliquorum verò lignorum
syluæ vmbra talis est, vt qui sederit sub ipsa, sedere vi-
deatur in regione vmbræ mortis. Sed adhuc vt magis
ac magis planior reddatur locus,qui habetur in mani-
Coloss.2.c. bus:requiramus quomodo apostolus dicat,legem vm-
& Heb.10.a bram habere futurorum bonorum : & omnia quæ vel
de diebus festis vel sabbatis vel neomeniis scripta sunt,
vmbram esse memoret futurorum bonorum,in his sci
licet quæ secundum literam gerebantur : & quomodo
omnem veterum culturam,exemplar &vmbram pro-
nunciet esse cœlestium.Quod vtique si ita est,ostendũ-
tur sub vmbra legis sedisse omnes quicunque sub lege
erant,& vmbram magis veræ legis habebant. Nos au-
tem alieni sumus ab vmbra eorum : quoniam non su-
H mus sub lege,sed sub gratia.Sed quanuis non simus sub
vmbra illa quam legis litera faciebat,sumus tamen sub
vmbra meliore.In vmbra enim Christi viuimus inter
gentes.Et est profectus quidam, de vmbra legis venire
ad vmbram Christi: vt quia Christ⁹ est vita & veritas
Ioan.14.a. & via:efficiamur primò in vmbra vię,& in vmbra vi-
tæ, & in vmbra veritatis:vt comprehendamus ex par-
1.Cor.13.c te,& in speculo ac in ænigmate:vt post hæc sic inceda-
mus per hanc viam quę est Christus,quò peruenire pos
simus in hoc, vt facie ad faciem comprehendamus ea
quæ prius quasi in vmbra , & in ænigmate videramus.
Nõ enim quis poterit ad illa quæ vera sunt & perfecta
peruenire,nisi prius desiderauerit,&concupierit in hac
Iob.8.b vmbra residere.Sed & Iob omnem hominum vitam di
cit esse vmbram super terram: credo pro eo quòd ani-
ma in hac vita velamento huius crassi corporis obum
bratur. Omnes ergò qui in hac vita sunt, necesse est in
Lucæ.1.g vmbra quadam esse. Sed alij quidem sunt sedentes in
regione vmbræ mortis, hi profectò qui non credunt
Christo.Ecclesia verò cum fiducia dicit:In vmbra spõ-
si concupiui, & sedi: quanuis certè fuerit tempus, quo
I potuerit quis sub vmbra legis residens defendi à duri-
tia ardoris & æstus. Sed transiit illud tempus. Venien-
dum est nunc ad arboris meliæ vmbram:& quanuis di
uersa quis vtatur vmbra , videtur tamen omnis anima
(donec in præsenti vita est) vmbram habere necessari-
Matth.13.& am: propter illum credo ardorem solis,qui cùm exor-
Mar.4.a. tus fuerit,continuò semen quod nõ alta radice demer-
sum est,arescit & deperit. Sed hunc ardorem tenuiter
quidem legis vmbra propellit. Christi verò vmbra, in
qua nunc in gentibus viuimus: id est, incarnationis e-
ius fides,auertet penitus & extinguet. Ille enim qui adu
rebat ambulantes sub vmbra legis tempore passionis
Luc.10.c Christi,sicut fulgur visus est cecidisse de cœlo: quanuis
etiam huius vmbræ tempus in fine seculi compleatur:
quia,sicut diximus,Post consummationem seculi, iam
non per speculum nec in ænigmate,sed facie ad faciem
videbimus veritatem . Simile esse puto & illud , quod
scriptum est:Sub vmbra alarum tuarum exultabo. Sed
& in sequentibus huius libelli ita dicit sponsa : Frater-
nus meus mihi, & ego illi ipsi, qui pascit inter lilia,do-
nec respiret dies, & amoueantur vmbræ : edocens per
hoc, quia veniet tempus, cùm omnes vmbræ remoue-
buntur , & per misericordiam dei patebit veritas sola. K
Sed & quod ait:Et fructus eius dulcis in faucibus meis:
illius animam hoc credo dicere,quæ nihil emortuum,
nihil insensibile habet in faucibus suis: & in nullo pror
sus similis est illis,de quibus dicitur:Sepulchrum patẽs Psalm.5.c.
est guttur eorum . Quicunque enim verba mortis , &
interitus de faucibus proferunt, ipsorum fauces sepul-
chra dicuntur:sicut sunt omnes qui vel contra veram
fidem loquuntur, vel contra disciplinam castitatis , &
iustitiæ,& sobrietatis aliquid proferunt. Ipsi ergo sunt,
quorum fauces sepulchra sunt , & loca mortis , vnde
mortis verba proferuntur . Iustus autem dicit : Quàm
dulcia faucibus meis eloquia tua. Et alius qui verba vi- Psalm.118.n
tæ docebat,ita dicit:Os nostrum patet ad vos ô Corin- 2.Cor.6.c
thij:cor nostrum dilatatum est. Sed & alius qui verbo
dei aperuit os suum,inquit:Os meum aperui, & attraxi Psal.118.r.
spiritum.Introducite me in domum vini.Sponsæ ver-
ba adhuc sunt,sed ad amicos & familiares sponsi (vt ar
bitror) diriguntur, à quibus videtur exposcere vt intro
ducant eam in domum lætitiæ , vbi vinum bibitur , &
epulæ parantur.Quæ enim iam viderat cubiculum re-
gium,desiderat etiam nũc regale introire conuiuium,
& frui vino lætitiæ. Suprà iam diximus amicos sponsi
prophetas , & omnes qui ministrauerunt verbum dei L
ab initio seculi, intelligendos: ad quos rectè vel eccle-
sia Christi , vel anima verbo dei adhærens dicat,vt se
introducant in domum vini:id est, vbi sapiẽtia miscuit
in cratere vinum suum,& deprecatur per seruos suos,
omnem insipientem, & egentem sensu,dicens: Venite,
manducate panes meos , & bibite vinum quod miscui Prouer.9.a.
vobis.Ista est domus vini domusq; conuiuij,in quo cõ-
uiuio omnes qui veniunt ab Oriente & Occidente,re- Matt.8.b
cumbent cum Abraham , Isaac & Iacob in regno dei.
Ad quam domum , & ad quod conuiuium , prophetæ
perducunt animas , quæ tamen eos audiunt & intelli-
gunt.Sed & sancti angeli cœlestesq; virtutes quę in mi
nisterio mittuntur, propter eos qui hæreditatem capi-
unt salutis . Istud est vinum cui scribuntur isti psalmi,
qui pro torcularibus attitulantur . Istud est vinum ex
illa vite vindemiatum, quæ dicit : Ego sum vitis vera: Ioan.15.a.
quod expressit pater cœlestis agricola. Istud est vinum
quod attulerũt illi palmites, qui in Iesu permanserũt:
non solum in terris,sed etiam in cœlis. Sic enim audio
illud quod dicitur:Quia omnis palmes qui non manet M
in me,non potest afferre fructum. Nemo enim produ- Ibidem
cit fructum vini huius, nisi qui permanet in verbo , &
sapientia & veritate & iustitia & pace, omnibusq; vir-
tutibus.Istud est vinum, quo etiam inebriari iustis , &
sanctis quibusq; optabile ducitur.Hæc puto & in spiri-
tu iam tunc Noë contuens , inebriatus esse dicitur . Et Gene.9.c.
Dauid admiratus huius conuiuij calicem dicit: Et po-
culum tuum inebrians quàm præclarum est . Ad hanc Psalm.22.b
ergo domum vini, ecclesia vel anima vnaquæque de-
siderat,quæ perfectę sunt, intrare,& dogmatibus sapi-
entiæ mysteriisq; scientiæ , epularum velut suauitate &
vini lætitia perfrui . Sciendum sanè est, quia sicut est
istud vinum,quod de dogmatibus veritatis pressum cõ
miscetur in cratere sapientiæ: ita est contrarium vinũ,
cùm iniquè inebriantur peccatores , & hi qui falsæ sci-
entiæ dogmata perniciosa suscipiunt. De quibus Salo-
mon in Prouerbiis dicit:Hi autem edunt cibos impie- Prou.4.c
tatis , vino autem iniquo inebriantur . De hoc eodem
vino iniquo etiam in Deuteronomio legimus ita scri- Deut.32.e
ptum: Ex vineis Sodomorum vitis eorum , & palmes
eorum ex

A eorum ex Gomorra.Vua eorum vua fellis,& botrus a-
maritudinis eis.Furor draconum vinum eorum,& fu-
ror eorum aspidum insanabilis. Illud aũt vinum quod
de vite vera procedit,nouum semper est: semper enim
per profectus discentium , scientiæ & sapientiæ diui-
næ innouatur agnitio . Et ideo dicebat Iesus discipulis
Matt.26.& suis: Quia nouum bibam illud vobiscum in regno pa-
Marc.14.c tris mei . Innouatur enim semper agnitio secretorum.
arcanorumq; reuelatio per sapientiam dei : non solum
hominibus,sed & angelis cœlestibusq; virtutibus. Ordi
nate in me charitatem:Eiusdem sponsæ ad eosdem ver
ba sunt,nisi quòd possunt fortasse etiam apostoli Chri-
sti inter eos haberi,ad quos ista memorantur.Quòd er
go ait:ordinate in me charitatem, hunc habet sensum:
Omnes homines amant sine dubio aliquid : & nullus
est qui ad id ætatis venerit,vt amare iam possit, & non
aliquid amet:sicut etiam in prefatione huius operis suf
ficienter ostendimus.Sed hic amor vel hæc charitas in
nonnullis quidem suo ordine & conuenienter aptata
procedit,in plurimis verò contra ordinem.Dicitur au
tem contra ordinem esse in aliquo charitas,cum aut id
diligit quod non debet:aut quod debet diligit, sed plus
B iusto diligit , aut minus iusto . In istis ergo inordinata
esse charitas dicitur:in illis verò(quos valde paucos ar-
bitror esse)qui scilicet per viam vitę incedunt,& nõ de-
Deute.5.b clinant neq; ad dexteram neq; ad sinistram:in ipsis so-
lis ordinata est charitas,& ordinem suum tenet. Est au
tem ordo eius , & mensura huiusmodi . Verbi gratia:
Deum diligere , nullus modus, nulla mensura est : nisi
Deute.6.a & Mat.22.d hæc sola,vt ei totum exhibeas quantum habes.In Chri-
& Luc.10.e sto enim Iesu diligendus est deus ex toto corde , & ex
Ibidem tota anima, & ex totis viribus: in hoc ergo nulla men-
sura est. Diligere verò proximum , est mensura aliqua.
Proximum, inquit, tuum dilige sicut teipsum . Si ergo
aut in dei dilectione minus aliquid feceris quàm potes,
& quàm in viribus tuis est : aut inter te & proximum
tuum non seruaueris æquitatem,sed aliquid differentiæ
habueris:non est in te charitas ordinata, nec ordinem
suum tenens. Verùm quoniam nobis sermo de ordine
charitatis est , diligentius per singula requiramus , vel
quos diligi,vel quantum diligi oportet.Nam si(vt dicit
apostolus)membra alterutrum sumus,puto quòd hunc
affectum erga proximos habere debeamus: vt eos non
quasi aliena corpora,sed veluti membra nostra diliga-
C mus.Secundum hoc ergo,quòd membra nostra inuicẽ
sumus,æqualem erga omnes habere dilectionem simi-
lemq; conueniet.Secũdum hoc verò quòd sunt in cor-
pore aliqua membra honorabiliora,& honestiora, alia
vero inhonestiora & inferiora: puto quòd rursum pro
membrorum meritis, & honore etiam dilectionis li-
brari debeat modus.Si quis ergo rationabiliter cuncta
agere secundum verbum dei, ac suos etiam affectus tẽ-
perare proponit: puto quòd erga hæc singula ordinem
charitatis, & scire debeat & tenere. Verùm vt apertius
fiat quod dicimus, paulo euidentioribus vtamur indi-
ciis.Si quis(verbi gratia) laboret in verbo dei, atque a-
nimas nostras instruat & illuminet , viam salutis do-
ceat,viuendiq; ordinem tradat:non tibi videtur & hic
proximus esse quidem , sed multo amplius alio proxi-
mo diligendus,qui horum nihil egerit ? Nam & si ille
quidem diligendus est,pro eo quòd membra vni⁹ cor-
poris sumus,vniusq; substantiæ:sed hic multo amplius,
qui cùm ius proximi nobiscum habeat, quod & cæteri
homines habent : dat tamen hanc maiorem charitatis
erga se causam,quòd viam dei ostendit,& animę salu- D
tem,diuini verbi illuminationibus confert. Quòd si a-
liquis me errantem,& in præcipitio positum muliebris
peccati , ad lucem reuocet veritatis:& de ipso iam in-
teritu eripiat,ac retrahat ad salutem: atque ex ipsis fau-
cibus æternæ mortis eripiat : non tibi videtur quòd illa
ipsa(si fieri potest) plenitudine charitatis, qua deũ dili-
gimus,diligendus sit post deum ? Et ne putes quòd nos
ita præsumamus,audi apostolum Paulum de his qui in Ephe.4.b
verbo dei laborant dicentem: vt superabundanter ha-
beatis in charitate eos qui in huiusmodi sunt , propter
opus ipsorum.Videamus & alium adhuc ordinem cha
ritatis,eius dũtaxat quæ erga proximos haberi iubetur.
Si sit non habens quidem docendi vel instruendi gra-
tiam,neque verbum domini prædicandi:sed tamen san
ctæ vitę vir, innocẽs,immaculat⁹,& qui in iustificatio-
nibus, & mandatis dei ingrediatur sine querela: vide-
turne tibi talis hic vir in eodem charitatis ordine ha-
bendus,quo ille qui nihil horum agit : quandoquidem
vterque proximus dicitur? Nonne & hic propter opus
suum,& vitæ meritum(secundum apostoli dictum) si-
militer vt ille qui in verbo dei laborat, superabundan-
tius habendus est in charitate,propter opus vitæ suæ? E
Est adhuc alius ordo charitatis . Iubemur enim & ini-
micos nostros diligere . Sed videamus si etiam in ipsis
vnus solus modus erit dilectionis,an ibi habebit locum
sermo iste qui dicit: Ordinate in me charitatem . Puto Matth.5.g
ergo quòd in his sit ordo charitatis . Verbi gratia : Est & Luc.6.g.
aliquis mihi inimicus,in aliis tamen bene agens, pudi-
cus,sobrius, mandata plurima dei ex parte custodiens,
in aliquibus tamen errans vt homo. Est alius qui inimi
cus quidem sit & ipse nobis, tamen sit suæ vitæ atq; ani
mæ inimicus,paratus ad scelera, præceps ad flagitia: ni
hil sancti,nihil religiosi ducens:non tibi videtur etiam
inter ipsos inimicos quædam diuersitas habenda cha-
ritatis?Puto quidem quòd ex his satis patuerit, esse vim
quidem charitatis vnam,multas tamen habere causas,
& multos ordines diligendi: & propter hoc nunc dice
re sponsam,Ordinate in me charitatem:hoc est,docete
me diuersos ordines charitatis. Quòd si adhuc adden-
dum his aliquid videtur, possumus & illud in medium
adducere, quod ait Apostolus: Viri diligite vxores ve- Ephe.5.e &
stras,sicut corpora vestra, sicut Christus dilexit eccle- Coloss.3.d
siam.Quid ergo?Debent quidem viri vxores suas dili- F
gere: alias verò mulieres non debent omnino diligere
in omni castitate & sanctitate? An non videbuntur eti-
am ipse esse de proximis ? Sed impendenda quidem est
dilectio vel in coniugem,vel in matrem,vel in sororẽ:
si tamen fideles sint, & deo adhærentes , & erga aliam
mulierem nullam secundum quòd ipsa proxima dici-
tur, est nobis impendenda dilectio. Quod si hoc absur
dum videtur (debet autem secũdum mandati ordinem
etiam erga eas casta haberi dilectio)prorsus inter ipsas
personas fœminarum,quibus impendenda dilectio est,
habendus profectò est ordo quidam in charitate con-
ueniensq; distinctio.Et maiori quidem cum honorifi-
centia matri deferenda est dilectio.Sequenti verò gra-
du cum quadam nihilominus reuerentia etiam sorori-
bus.Proprio verò quodam & sequestrato ab his more,
charitas coniugibus exhibenda . Post has verò perso-
nas , pro meritis etiam , & causis vnicuique in om-
ni (vt diximus) castitate deferenda dilectio est . Se-
cundum hæc etiam de patre vel fratre atque aliis pro-
pinquis obseruabimus . Erga sanctos verò qui nos in
Christo

G Christo genuerunt:sed & pastores atque episcopos,vel qui verbo dei præsunt presbyteri, aut qui bene ministrant in ecclesia, vel qui in fide præcellunt cæteros, quomodo non pro vniuscuiusque meritis, affectio pensabitur charitatis longè eminentior, quàm erga eos habere potest, qui aut nihil horum aut non integrè egerunt? Sed & inter parentes fideles & infideles, & fratres fideles ac infideles sororesq; potest ne fieri, vt non erga hos singulos diuersus ordo habeatur charitatis? Quas diuersitates intuens sponsa, & videns de his omnibus animæ ad perfectionem tendenti necessariam videri scientiam earum rerum, vt vniuscuiusque loci & ordinis, mensuras possit tenere charitatis: dicit ad amicos spósi,eos videlicet qui verbum dei ministrant: Ordinate in me charitatem: hoc est, docete me & tradite mihi, quomodo per hæc singula ordinem seruare debeam charitatis. Omnes enim homines(sicut iam diximus) secundum hoc quòd similes nobis sunt, similiter diligendi sunt, imò omnis rationabilis creatura à nobis,vtpote rationalibus,æqualiter diligenda est. Adiiciendum tamen in charitate est vnicuique ad hoc
H quomodo est, & ad hoc quod rationabilis est. Si (verbi gratia) aut in moribus, aut in opere, aut in proposito, aut in scientia, aut in studiis cæteros præcellit:& pro his singulis secundum suum cuique meritum, ad generalem dilectionem, addendum est etiam specialis aliquid charitatis. Verùm vt maior de his habeatur authoritas, ab ipso deo capiamus exemplum. Ipse
Sapien.11.d enim amat omnia quæ sunt æqualiter, vt nihil oderit eorum quæ fecit. Neque enim fecit aliquid quod odio haberet: non tamen ob hoc similiter dilexit Aegyptios vt Hebræos, & Pharaonem vt Moysen & Aaron. Nec rursus reliquos filios Israel similiter dilexit,vt Moysen, & Aaron & Mariam: nec iterum Aaron & Mariam similiter dilexit vt Moysen: quanuis verùm
Ibidem. sit vt dicitur ad eum: Parcis autem omnibus: quia omnia tua sunt domine, amator animarum: spiritus e-
Sapien.11.d nim incorruptionis est in omnibus:tamen ille qui mẽsura, & numero, & pondere disposuit omnia secundum mensuram,sine dubio vniuscuiusque meritorum, & dilectionis suæ temperat libram. Nunquid non putabimus quia non similiter ab eo dilectus est Paulus: cùm persequeretur ecclesiam dei: sicut diligebatur,
I dum ipse pro ea persecutiones cruciatusq; tolerabat,&
2.Cor.11.g. dicebat sibi inesse solicitudinem omnium ecclesiarum? Multum est nunc vt inter istos ordines charitatis etiam de affectu odij, qui videtur huic charitatis affectui
Exo.23.c contrarius, inseramus: quia etiam dominus dicit:Inimicus ero inimicis tuis,& aduersabor aduersariis tuis. Et iterum: Si peccatori tu assistis, & ei quem odit dominus amicus es. Quæ vtique hanc habent absolu-
Exod.20.b tionem, quam & illud quod dictum est: Honora pa-
Luc.14.f trem tuum & matrem tuam. Et iterum: Qui non odit patrem, & reliqua: in quo profecto nimietas charitatis, in deum his qui aduersantur, contrarium videtur
2.Cor.6.c generare affectum, dum nulla potest esse consonantia luci & tenebris,& Christo cum Belial,nec eadem portio esse fideli cum infideli. His ergo vt potuimus de charitatis ordinibus expositis,patet, ad intelligendum quid sit quod poscat sponsa:id est, ecclesia, vel anima tendens ad perfectionem, præstari sibi ab amicis sponsi: quoniam introduci se popposcerat in domum vini, vbi sine dubio intellexerat in omnibus his quæ viderat,eminere & præcellere gratiam charitatis: & ipsam didicerat maiorem omnium solamq; esse charitatem K
quæ nunquam cadet: ideo deposcit vt ordinem eius di- 1.Cor.13.b
scat: ne fortè aliquid inordinatum faciens, vulnus ab eo aliquod accipiat, vt in posterioribus dicitur: Vulneratæ charitatis ego sum. Ea autem siue ad angelos dici accipiamus, à quibus se instrui postulat & muniri, nihil absurdum videbitur: secundum hoc quod de populo dicitur: Lætamini gentes cum populo eius, & Roma.15.c.
confortent eos omnes angeli dei. Et vt in aliis dicitur: Circundat angelus domini in circumitu timentium eum, & eripiet eos. Et item alibi: Nolite contem- Psalm.33.b
nere vnum ex minimis istis, qui in ecclesia sunt: quia Matth.18.b.
angeli eorum semper vident faciem patris mei, qui in cœlis est. Sed & in Apocalypsi Ioannis, angelo Thya- Apoca. 2.c.
tirensi testimonium dat filius dei pro charitate, quam ordinauit angelus ipse in ecclesia sibi commissa. Sic enim scriptum est: Scio opera tua, & charitatem tuam, & fidem, & ministerium, & patientiam: & opera tua nouissima maiora quàm priora. Sed & si ad prophetas hæc referamus, qui ministrauerunt verbum dei ante aduentum sponsi: vt per ipsorum doctrinam videatur ecclesia velle ordinem discere charitatis: id est,prophe
L ticis instrui voluminibus, non videbitur absurdum. Sed & omnes sancti, qui de hac vita decesserunt, habentes adhuc charitatem erga eos, qui in hoc mundo sunt, si dicantur curam gerere salutis eorum, & iuuare eos precibus suis atque interuentu suo apud deum,non erit inconueniens.Scriptum nanque est in Machabęo-
rum libris ita: Hic est Hieremias propheta dei,qui sem 2.Mac.15.c.
per orat pro populo. Sed & ad apostolos hæc dici (vt suprà iam dixi) non videbitur alienum. Per hos enim omnis ecclesia dei, vel anima quærens deum introducitur in domum vini:vt suprà diximus, & aromatibus atq; odoribus repletur, & componitur in melius, sicut in posterioribus legimus, & edocemur omnem ordinem rationẽq; charitatis.Confirmate me in vnguentis, stipate me in malis: quia vulneratę charitatis ego sum. In Græco quidem habetur:Confirmate me in myrrhis: myrrhin genus quoddam arboris nominans,quod Latini putantes myra dictum, vnguẽta interpretati sunt. Igitur ordo sermonis huiusmodi est.Posteaquam sponsa, & verba ex ore ipsius sponsi audiuit, & cubiculum regis ingressa est, & domum vini locumq; conuiuij ac
M sapientiæ, & in eo victimas & craterem mixtum sacramentis eius aspexit,quasi in horum omnium admiratione stupens & saucia, postulat ab ipsis nihilominus amicis & sodalibus sponsi, vt confirmetur,& quasi deficiens sustentetur, incumbens paululum super arborem μήδῳ, vel meliam. Amoris enim vulnere percussa,arborum solatia syluarumq; sectatur.Hęc secundum literam. Sed ex his vt exequi possimus intelligentiam spiritualem, indigemus illa gratia, quam consequi à deo meruit ipse Salomon, qui omnium quæ sunt radicum, & arborum, & virgultorum naturas didicit:vt sciremus & nos quæ vis, & quæ natura sit arboris myrrhæ, quo competenter ex hac spiritualis aptari possit expositio.Hoc est autem quod solum peruenire ad nos Myrrha.
de huius arboris notitia potuit: quia odorem solum habeat suauem, nullum tamen afferat fructum. Melia Melia.
verò arbor,notum cunctis est, quòd non solum ferat fructum, sed & dulcissimum,& suauissimum ferat. Omnes igitur homines arbores dicuntur, siue bonæ siue malæ, & fructuosæ siue infructuosæ: sicut & dominus in euangelio dicit: Aut facite arborem bonam,& fru- Matt.12.c
ctum eius

A ctum eius bonum: aut facite arborem malam, & fructum eius malum. Et omnis arbor quæ non facit fructum bonum,excidetur & in ignem mittetur. Tres ergo differentiæ in hominibus videntur esse. Quidam qui omnino nullum fructum afferunt,& ecce alij qui afferunt. Sed in his qui afferunt, aut mali sunt fructus, aut boni. Hic ergo sponsa, id est, ecclesia Christi, confirmari se postulat,& reclinari quidem super vnam arborem meliam,afferentem fructus bonos,& rectè ac competenter. Super his enim confirmatur & stipatur ecclesia,qui in bonis operibus fructificant & crescunt. Quid autem est quod in myrrhis, infructuosis scilicet arboribus,confirmari vult odore solo gaudentibus. Ego puto quòd istos qui solo odore gaudent, & necdum fructus fidei afferũt,illos dicat quos Paulus ad Corinthios
1.Cor.1.a scribens dicit:Qui inuocant nomen domini dei nostri Iesu Christi in omni loco ipsorum & nostrum. Pro eo ergo quòd inuocant nomen domini nostri Iesu Christi,habent in semetipsis odoris quandam ex ipsa inuocatione nominis suauitatem. Pro eo verò quod non cum omni fiducia,& libertate accedunt ad fidem, nullos fidei afferunt fructus. In loco hoc possumus nos ca-
B techumenos ecclesiæ intelligere,super quos ex parte aliqua confirmantur ecclesiæ. Habent enim & in ipsis non parum fiduciæ,& spei plurimum,quòd & ipsi fiant aliquando arbores fructiferæ, & plantentur in paradiso dei ab ipso agricola patre. Ipse enim est qui plantat huiusmodi arbores in ecclesia Christi, quæ est paradi-
Matth.15.b. sus delitiarum:sicut & dominus dicit: Omnis plantatio quam non plantauit pater meus cœlestis, eradicabitur. Stipatur ergo ecclesia,& inter melias & super ipsas requiescit. Quæ meliæ illæ putandę sunt animæ,quę quotidie innouãtur ad imaginem eius qui creauit eas. Quia enim per innouationem sui, imaginem reparant filij dei,meritò & ipsæ arbores meliæ appellantur: quia & ipse sponsus earum in superioribus dictus est, sicut arbor melia esse in lignis syluæ. Et ne mireris si idem ipse,& arbor vitæ & diuersa alia dicatur, cùm idem & panis verus,& vitis vera, & agnus dei & multa alia nominetur. Omnia nanque hæc verbum dei vnicuique efficitur,prout mensura vel desiderium participantis exposcit:secundum quod & manna,qui cùm esset vnus cibus, vnicuique tamen desiderij sui reddebat saporem.
C Præbet ergo seipsum, non solum esurientibus panem, & sitientibus vinum,sed & delitiari volentibus semetipsum, & fragrantia exhibet poma. Propterea ergo & sponsa velut refecta iam & bene pasta, fulciri in meliis se poscit,sciens in verbo esse sibi non solum omnem cibum,sed & omnes delitias,& per ea maximè discurrit, dum se vulneratam sentit esse iaculis charitatis. Si quis vsquã est,qui fideli hoc amore verbi dei arsit aliquando:si quis est(vt propheta dicit)qui electi iaculi eius dulce vulnus plangamq; accepit: si quis est qui scientiæ eius amabili confixus est telo,ita vt diurnis eum desideriis nocturnisq; suspiret, aliud quid loqui non possit, audire aliud nolit, cogitare aliud nesciat: desiderare præter ipsum, aut cupere aliud vel sperare non libeat: ista anima merito dicit:Vulneratæ charitatis ego sum:
Esa.49.a & ab illo vulnus accepi, de quo dicit Esaias: Et posuit me sicut iaculum electum,& in pharetra sua abscondit me. Tali vulnere decet deum percutere animas, talibus iaculis telisq; configere, ac salutaribus eas vulneribus
1.Ioan.4.c sauciare, vt quia deus charitas est, dicat & ipse: Quia vulneratæ charitatis ego sum. Et quidem in hoc quasi amatorio dramate sponsa charitatis se dicit vulnera su- D
scepisse. Potest autem similiter feruens anima erga sapientiam dei dicere:quia vulneratæ sapientiæ ego sum: illa scilicet quæ sapientiæ eius pulchritudinem potuit intueri. Potest & alia anima virtutis eius magnificentiam contuens,& admirata potentiam verbi dei,dicere: Quia vulneratæ virtutis ego sum. Talis credo aliqua, sicut erat illa quæ dicebat: Dominus illuminatio Psalm.26.a
mea & salus mea, quem timebo. Sed & alia anima erga amorem iustitiæ eius feruens, & dispensationum ac prouidentiæ eius iustitiam contuens, dicit sine dubio: Vulneratæ iustitiæ ego sum,& alia bonitatis eius ac pietatis immensitatem respiciens,similia loquitur. Sed & horum omnium generale est istud charitatis vulnº, quo se vulneratam prædicat sponsa. Sciendum tamen est, quòd sicut sunt ista dei iacula,quæ animæ habenti desiderium bonorum, salutis vulnus infligunt: ita sunt & iacula maligni ignita,quibus anima quæ non est scuto fidei protecta, vulneratur in mortem. De ipsis dicit
Psal.10.b. propheta:Ecce peccatores intenderunt arcum,parauerunt sagittas suas in pharetra sua,vt sagittent in obscuro rectos corde. Hic peccatores de occulto sagittantes, E
dæmones inuisibiles dicit:& ipsi sunt habentes quędam iacula fornicationis,alia cupiditatis & auaritiæ, quibus quàmplurimi vulnerantur. Habent etiã spicula iactantiæ & vanæ gloriæ: sed ista valde subtilia sunt, ita vt confixam se anima ab eis sauciatamq; vix sentiat, nisi si induta est armis dei,& stat vigilans & immobilis erga astutias diaboli, scuto semetipsam fidei per omnia contegens,& nullam prorsus corporis partem fide nudam relinquens. Quantacunque autem dæmones fecerint tela, si inueniant mentem hominis fide munitam, etiam si fuerint ignita,etiam si cupiditatum flammis & incendiis ardeant vitiorum, fides plena cuncta restinguit. Læua eius sub capite meo, & dextera eius amplectetur me. Descriptio est quidem amatorij dramatis sponsæ festinantis ad connubium sponsi: velut tamen paulo apertioribus corporis appellationibus currit. Sed conuerte te velocius ad spiritum viuificantem,& refugiens appellationes corporeas, verè perspice quæ sit verbi dei lęua,quę sit dextera:quod etiam caput sponsę eius, animæ scilicet perfectæ vel ecclesiæ,& non te rapiat carnalis & passibilis sensus. Ipsa enim est hic sponsi dextera & læua, quæ in prouerbiis dei sapientia dici- F
tur, vbi ait:Longitudo enim vitæ in dextera eius,in si- Prouer.3.b.
nistra verò eius diuitię &gloria. Et sicut hic sapientiam nõ ideo aliquam fœminam dici putabis quia fœmineo nomine appellari videtur: ita ne in hoc quidem quoniam masculino genere sponsus verbum dei dicitur, corporaliter intelligere debes læuam eius aut dexterã, vel amplexus sponsæ vel animæ pro.fœminini generis declinatione percipere: sed verbum dei, quanuis apud Græcos masculino,apud nos neutro genere proferatur super masculinum tamen & neutrum ac fœmininum genus, & super omne omnino quod ad hoc respicit esse. Cogitanda sunt ista de quibus sermo est, & non solũ verbũ dei, sed & ecclesia eius,atq; anima perfecta, quæ & sponsa nominatur. Sic enim & Apostolus dicit: In Christo enim neque masculus neque fœmina, sed om-
nes in ipso vnum sumus. Hæc autem propter homines Gene.3.d
qui aliter audire non possunt,nisi his verbis quæ in vsu habentur,in scriptura diuina humani more referuntur eloquij: vt verbis quidem notis ea & solitis audiamus, sensu tamẽ illo quo dignum est, de diuinis rebus & incorporeis

G corporeis ſentiamus. Nam ſicut is qui amatorem dicit ſe eſſe pulchritudinis ſapientiæ, hoc oſtendit quòd naturalem qui in ſe eſt charitatis affectum ad ſtudia tranſtulerit ſapientiæ:ita & hic ſponſa depoſcit, vel anima vel eccleſia,vt ſpõſus ſuus qui eſt verbum dei:læua quidem ſua caput eius ſuſtentet, dextera verò eius omne eius reliquum complectatur & conſtringat corpus.Eſt autem læua, in qua ſapientia diuitias continere & gloriam dicitur. Quas autem habet diuitias eccleſia, & quam gloriam,niſi illas quas accepit ab eo qui cùm diues eſſet, pauper factus eſt: vt illius paupertate eccleſia 2.Cor.8.b
fieret diues? Quæ autem eſt gloria illa? Sine dubio, de Ioan.17.a.
qua dicit:Pater clarifica filium tuum,paſſionis ſine dubio gloriam deſignãs.Fides ergo paſſionis Chriſti,gloria & diuitiæ eccleſiæ ſunt: quæ in læua eius continentur.Læuam autem puto verbum dei hoc modo debere intelligi, quoniam quidem ſunt in eo quædam diſpenſationes ante incarnationem geſtæ. Sunt verò aliquæ, & per incarnationem. Illa pars verbi dei quæ ante aſſumptionem carnis in diſpenſationibus peracta eſt,dextera poteſt videri: hæc verò quæ per incarnationem,
H ſiniſtra appellari. Vnde & ſiniſtra diuitias & gloriam habere dicitur. Per incarnationem nanque diuitias & gloriam quæſiuit, omnium ſcilicet ſalutem.In dextera autem longitudo vitæ eſſe dicitur, per quod ſine dubio Ioan.1.a.
illa eius pars quæ in principio apud deũ deus erat verbum,ſempiternitas indicatur.Hanc ergo læuam eccleColoſſ.1.c.
ſia,cuius Chriſtus eſt caput,optat habere ſub capite ſuo, & fide incarnationis eius caput ſuum muniri. Dextera verò eius amplecti: id eſt, illa agnoſcere & de illis inſtrui, quæ ante huius quoque per incarnationem geſta diſpenſationis tempus in arcanis habentur & recondi tis. Dextera nanque ibi putanda ſunt eſſe omnia: vbi nihil de peccatorum miſeriis,nihil de fragilitatis lapſu
1.Petr.2.d continetur.Hic verò læua, vbi vulnera noſtra curauit, Galat.3.b
& peccata noſtra portauit: factus etiam ipſe pro nobis peccatum & maledictum. Quæ omnia quanuis caput & fidem ſuſtentent eccleſiæ,meritò tamen ſiniſtra verbi dei appellabuntur: in quibus aliqua etiam præter illam naturam quæ tota dextera eſt,& tota lux eſt ſplendor & gloria, pertuliſſe memoratur. Adiurauí vos
I filiæ Hieruſalem in virtutibus & in viribus agri, ſi eleuaueritis & ſuſcitaueritis charitatem quoaduſq; velit. Sponſa adhuc ad adoleſcentulas loquitur, prouocans eas & exhortans, imò & adiurans per ea quæ eis chara eſſe nouit & amabilia:vt ſi fortè eleuare cœperint charitatem,iacentem quippe in eis,& excitare eam,vtpote adhuc dormientem apud eas:intantum eleuent eam & intantum ſuſcitent, inquantum voluerit ſponſus: nec minus aliquid in ea agant quàm voluntas ipſius patitur. Hæc eſt enim amantis ſponſæ perfectio, vt à nullo velit contra animum & voluntatem eius fieri quem diligit.Et vt hoc non negligenter aut ſegniter agant,per virtutes agri,id eſt, per plantaria & virgulta quæ in agro ſunt,& per vires eius,ſine dubio per ea quæ in eo ſata ſunt adiurantur.Tali ordine taliq; verborum cõpoſitione, textus hiſtorici dramatis dirigitur. Nunc iam quid arcani intrinſecus contegat, requiramus. Omnis anima, præcipuè quæ filia eſt Hieruſalem, habet aliquẽ agrum proprium,qui ei ſecreta quadã per Ieſum meri torum ſorte delatus eſt:ſicut fuit & ille ager Iacob,cuius ſuauitate permotus Iſaac patriarcha myſticis aiebat
Geneſ.27.d. eloquiis:Ecce odor filij mei,ſicut odor agri pleni cui benedixit dominus.Habet ergo vnaquæque anima(vt diximus)agrum ſuum. Vita nanq; & conuerſatio eius, a- K
ger eſt eius.In hoc agro anima quæ diligens & ſtudioſa eſt,ſatis agit & ſtudet plantare bonos ſenſus,& omnes excolere animi virtutes: non ſolum autem animi virtutes, ſed & vires operum, quibus videlicet impleri poſſunt miniſteria mandatorum. Eſt ergo(vt diximus) vnicuique animus ſuus ager, quem colit & plantat & ſeminat, ſecundum hæc quæ diximus.Eſt autem & omnium ſimul filiarum Hieruſalem vnus quidam & communis ager, de quo Paulus agit: Dei agricultura eſtis. Quem agrum,commune exercitium eccleſiaſticę fidei & conuerſationis accipiamus:in quo certum eſt virtutes ineſſe cœleſtes,&vires ſpiritualium gratiarum.Vna enim quæque anima quæ nunc filia Hieruſalem hic appellatur, ſciens quòd matrem habeat Hieruſalem cœleſtem, conferat aliquid neceſſe eſt ad agrum hunc excolendum, & cœleſti eum poſſeſſione dignum cupiat effici.In iſtius ergo agri virtutibus, eleuari charitatem Chriſti, & excitari ab adoleſcentulis, & initia fidei habentibus,proteſtatur eccleſia:& dicit ad eas, Si leuaueritis,& excitaueritis charitatem quoaduſque velit: hoc Roma.8.c
& 1.Co.13.b.
eſt,ſi iam ad hoc veneritis,vt incipiatis agi non ſpiritu 1.Ioan.2.d
timoris, ſed adoptionis: & in hoc profeceritis, ita vt L
perfecta in vobis dilectio foras mittit timorem, & vt eleuetis, atque exaltetis in vobis charitatem,& excitetis eam:tandiu eleuate eam,& tandiu extollite, quãdiu ipſe velit filius charitatis, imò ipſe qui ex deo eſt charitas:ne fortè putantes ſufficere humanæ charitatis menſuras, in charitate dei minus aliquid quàm deo dignũ eſt agatis.Menſura enim charitatis hæc ſola eſt,vt tantum quantum ipſe vult diligatur. Voluntas autem dei ſemper eadem eſt,nec vnquam mutatur.Nunquam ergo immutatio aliqua, aut finis vllꝰ, in dei charitate recipitur. Notandum ſanè eſt,quòd non dixit, ſi acceperitis charitatem:ſed,ſi leuaueritis:quaſi quæ eſt quidem in vobis,ſed iacet & nondum erecta eſt.Et rurſum non dixit,ſi inueneritis:ſed,ſi excitaueritis charitatem:quaſi quę ſit intrinſecus quidem,ſed iaceat,&dormiat in eis, donec inueniat ſuſcitantem.Ipſam credo & Paulus ſuſcitabat tunc adhuc in diſcipulis dormientem,cùm di-
cebat:Exurge qui dormis,& continges Chriſtum.Vox Ephe.5.e
fraterni mei.Frequenter nos admonere conuenit,quòd libellus hic in modum dramatis texitur. Præſens enim
M verſiculus quẽ propoſuimus tale aliquid indicat, quòd cùm ſponſæ ſermo eſſet ad adoleſcentulas filias Hieruſalem,ſubitò quaſi eminus vocem ſponſi ſenſerit, quaſi cum aliquibus loquentis: interruptoq; ſermone, quem faciebat ad adoleſcentulas, ſponſa aurem conuerterit ad auditum,qui ad eam peruenerat,& dixerit: Vox fraterni mei. Sponſum verò intellige primò quidem antequam appareret oculis ſponſæ voce ei ſola agnitum. Poſt hæc verò etiam conſpectibus eius apparuiſſe ſuper montes quoſdam vicinos illi loco,in quo ſponſa morabatur ſalientem, & magnis quibuſdam,non tã paſſibus,quàm ſaltibus, colles mõteſq; in modum cerui vel capreæ tranſcendentem, & ita ad ſponſam ſuam omni cum properatione veniẽtem. Vbi verò ad domũ intra quam ſponſa commorabatur,aduenit,ſtetiſſe eum paulum intellige poſt domum: ita vt ſentiretur quidem adeſſe,nondum tamen domum palàm vellet & cuidenter intrare,ſed prius quaſi ſub amatoris ſpecie per feneſtras aſpicere velle ſponſam.Intellige autem retia quædam prope domum ſponſæ,aut laqueos eſſe poſitos: vt ſi fortè ipſa vel aliqua ſodalium eius ex filiabus Hieruſalem

A ruſalem aliquando exiſſet,caperetur.Ad iſta verò retia veniſſe ſponſum certũ eſt qui cùm capi ab eis non poſſet,ſed fortior eorum effectus,diruperit ipſa retia, diruptisq; eis ſuper ipſa incedens, etiam per ipſa proſpexerit,&poſtquam hoc opus fecerit,dicat ad ſponſam:Exurge, veni proxima mea, ſponſa mea, columba mea. Hoc autem dicat, vt ipſo opere oſtendat ei quomodo cum fiducia debeat contemnere iam retia quæ ei tetenderat inimicus:nec timeat laqueos, quos ab ſe iam viderat eſſe diruptos: & adhuc vt amplius ad ſe ſponſam prouocet feſtinare, dicat ei: Quia omne tempus quod iam graue videbatur tranſiuit, & hyems quæ ei cauſa exorta videbatur abſceſſit,pluuiæq; inutiles abierunt,& tempus iam floridum venit:nihil moreris iter aggredi veniendi ad me: ecce enim & agricolæ, quia Veris iam tempus arriſit, vineas colũt. Vox enim tum & aliarum auium, tum etiam ſonora & grata turturis vernantis auditur. Sed & ficus de veris certa temperie,germen ſum produxit.Vites verò intantum de tẽporis tranquillitate non dubitant, vt flores ſuos iã audeant odoresq; proferre. Hæc quidem de tranquillitate temporis indicat ſponſæ, vt maiore cum fiducia arripere iter audeat
B pergendi ad ſponſum.Sed & locum deſcribit ei,in quo vult eam ſecum requieſcere, & dicit velamento cuiuſdam ſaxi,quod muro ipſi vel loco promurali contiguũ ſit,opaciſſimum quendam effici locum,ad quem venire eam vult, & ablato velamine, ibi eius reuelatam faciem cõtueri,vt facie ad faciem innoteſcat ſponſo ſuo: & non ſolum faciem eius reuelatam videat ſponſus & liberam, ſed & vocem eius ibi audiat: certus iam quòd & facies eius pulchra ſit, & vox eius ſuauis ac delectabilis. Hæc autem præuenientes coniunximus, ne ordinem dramatis, & hiſtoriæ textum videremur irrumpere.Sed præuenientes paululum vſque ad illum locum fabulę ordinem proſecuti ſumus,vbi ait:Quoniam vox tua ſuauis,facies tua ſpecioſa: Nunc ergo repetentes videamus primò quid eſt quod ait: Vox fraterni mei. Ex voce ſola ab eccleſia ſua primò Chriſtus agnoſcitur:Primò enim vocem ſuam præmiſit per prophetas: & cùm non videretur, audiebatur tamen. Audiebatur autem per ea quæ annunciabantur de eo, & tamdiu ſponſa, id eſt, eccleſia quæ ab initio ſeculi congregabatur, ſolam vocem eius audiuit,vſquequo oculis ſuis eum videret,
C & diceret: Ecce hic venit ſaliens ſuper montes, tranſiliens ſuper colles. Saliebat enim ſuper propheticos montes,& ſanctos colles: illos ſcilicet qui in hoc mundo imaginem eius formamq; geſſerunt.Sed & ſi in Apoſtolis eum ponas quaſi in montibus ſalientem,&eminentem cunctis,& in collibus nihilominus, his duntaxat qui ſecundo loco electi ab eo & miſſi ſunt,non erit inconueniens. In his enim ſimilis efficitur capreæ, & hinnulo ceruorum.Capreæ,quòd omnem viſum, viſus eius præcellit. Et ceruo,quòd ad interitum ſerpẽtis aduenit. Sed & vnaquæque anima (ſi qua tamen eſt quæ verbi dei amore cõſtringitur) ſi quando in diſputatione ſermonis eſt poſita:vt nouit omnis qui expertus eſt, quomodo cùm in arctum venitur, & anguſtiis propoſitionum quæſtionumq; concluditur: ſi quando eam legis ac prophetarum vel ænigmata vel obſcura quæque dicta concludunt:ſi fortè adeſſe eum ſentiat anima, & eminus ſonitum vocis eius accipiat, ſubleuatur ſtatim: & vbi magis ac magis propinquare ſenſibus eius cœperit, & illuminare quæ obſcura ſunt: tunc eum videt ſalientem ſupra montes & colles,altæ ſcilicet & excelſæ ſenſus ſibi intelligentiæ ſuggerentem: ita vt meritò dicat hæc anima: Ecce hic venit ſaliens in montibus, D
tranſiliens ſuper colles. Hæc autem dicimus, non immemores quòd iam & in ſuperioribus coram poſitus, præſenti collocutus ſit ſponſæ.Sed quoniam(vt ſæpe diximus)dramatis ſpeciem libellus hic continet, nunc in præſenti dicuntur aliqua, nunc etiam in abſenti: & ſic agitur immutatio perſonarum,vt vterque ordo cõpetenter dirigi videatur.Quanuis enim promittat ſponſus, & dicat ad ſponſam ſuam, qui ſunt electi diſcipuli eius:Quia ecce ego vobiſcum ſum omnibus diebus vſ- Matth.28.d
que ad conſummationem ſeculi:tamen iterum per parabolas dicit:quia paterfamilias vocauit ſeruos ſuos,& Ibid.25.b
vnicuique diſtribuit pecuniam negociandi gratia, & profectus eſt.Et iterum dicit: Quia abiit petere ſibi re- Luc.19.b
gnum.Et iterum quaſi de abſente ſponſo dicitur: Quia Matt.25.a
media nocte clamor factus eſt, dicentium: quia venit ſponſus. Sic ergo nunc præſens eſt ſponſus, & docet, nunc abſens dicitur & deſideratur, & vtrumque vel eccleſiæ, vel animæ ſtudioſæ conueniet. Cùm enim patiperſecutiones,& tribulationes permittitur eccleſia,abſens ei videtur.Et rurſum cùm in pace proficit, & in fide ac bonis operibus floret, præſens ei eſſe intelligitur. E
Sed & anima cùm quærit aliquem ſenſum,& agnoſcere obſcura quæque & arcana deſiderat:donec inuenire non poteſt,abſens ei ſine dubio eſt verbum dei. Vbi verò occurrerit & apparuerit quod requiritur,quis dubitat adeſſe verbum dei,& illuminare mentem ac ſcientiæ lumen ei præbere?Et iterum ſubduci nobis eum, atque iterum adeſſe ſentimus per ſingula,quę aut aperiuntur,aut clauduntur in ſenſibus noſtris. Et hoc eo vſque patimur,donec tales efficiamur,vt non ſolum reuiſere nos,ſed & manere dignetur apud nos,ſecundum quod interrogatus à quodam diſcipulo dicente: Domine, quid eſt factum quod incipis nobis manifeſtare temet Marc.14.c.
ipſum,& non huic mundo:Reſpondit ſaluator:Si quis diligit me,verbum meum cuſtodit, & pater meus diliget eum,& ad ipſum veniemus, & manſionem apud eũ faciemus. Si ergo & nos volumus videre verbum dei atque animæ ſponſum ſalientem ſuper montes,& exultantem ſuper colles, primò audiamus vocem eius, & cùm audierimus eum in omnibus, tunc etiam eum videre poterimus,ſecundum ea quæ in præſenti loco vidiſſe deſcribitur ſponſa. Nam & ipſa quanuis & prius
F eum viderit,non eum tamen ita viderat, vt nunc ſalientem ſuper montes,& exultantem ſuper colles: neque per feneſtras ſuas procumbentem, neq; per retia proſpicientem: ſed magis videtur quòd prius hyemis tempore eum viderit. Nunc enim primum dicit ei: Quia hyems tranſiit. Igitur (vt res indicat)etiam per hyemẽ ſponſæ ſuæ apparet:id eſt, tribulationum & tentationũ tempore. Sed & alia eſt illa viſitatio, in qua viſitatur paululum: & iterum deſeritur, vt probetur: ac rurſus requiritur,vt caput eius ſuſtentetur,& vt tota complectatur,ne fortè aut in fide titubet, aut corpus eius tentationum pondere prægrauetur.Et ideo videtur mihi hyems fuiſſe illud tempus,cùm caput ſuum, fidei ſcilicet ſummitatem, læua ſponſi contineri poſcebat,& dextera eius omne corpus amplecti. Nunc autem iſta viſio quæ de montibus apparet, & collibus, gratiarum puto ſpiritualium altitudines potentiasq; deſignat. Sed & per feneſtras quòd proſpicere dicitur, ſenſibus mihi lumen videtur præbere. Et retia quæ dirumpit & conterit, laqueos indicari diabolicos puto: vtpote tentationum tempore, tanquam hyeme iam peracta. Oſtenduntur etiam ſigna Veris & æſtatis, ſicut in

G psalmis dictum est: Aestatem & Ver,tu fecisti ea. Inde denique & flores profectuum protulit ecclesia, tentationibus superatis, & putationis dispensatione transacta: sicut in suis locis cùm ad hæc differenda ventum fuerit,ostendetur. Ecce hic veniet saliens super mõtes, transiliens super colles.Historicum ordinem iam prosecuti sumus. Nunc autem quomodo Christus ad ecclesiam veniens saliat super montes,& exiliat super colles, videndum est. Exiliens enim magis quàm transiliens, propositi sermonis proprietas habet. Isaac enim ambulans & progrediens, maior fiebat, vsquequo fieret magnus valde. Paulus autem non iam ambulando profecit,sed currendo,cùm dicit:Cursum consummaui. 2.Tim.4.b. Saluator autem noster & ecclesię sponsus,neque ambulare,neque currere,sed super hæc salire dicitur & exilire.Si enim consideres quomodo parui temporis spatio, occupatum falsis superstitionibus mundum sermo dei percurrit,& agnitionem verę fidei reuocauit,intelliges quomodo saliat super montes, magna videlicet quæque regna saltibus suis superans,& ad recipiendam cognitionem diuinæ religionis inclinans, & exiliat super colles, cùm etiã minora regna velociter subiugat,

H atque ad pietatem veri cultus adducit: & sic de loco ad locum,de regno ad regnum, de prouinciis ad prouincias prædicationis illustratione transiliens per eum qui Roma. 15. e dicebat:Quia ab Hierusalem in circumitu vsque ad Illyricum repleuit euangelium dei: intelliges quomodo super mõtes saliens veniat,& exiliens super colles. Sed & alio modo potest intelligi, sicut suprà iam diximus. Quoniam quidem Moyses de ipso scripsit,& prophetæ nihilominus de ipso annunciauerunt. Sed & hæc annunciatio in lectione veteris testamenti velamen habet superpositum. Vbi verò sponsæ, ecclesiæ scilicet ad eum conuersæ, ablatum est velamen: subitò videt eum in istis montibus,legis duntaxat voluminibus salientẽ, & in collibus scripturæ propheticæ, pro euidenti manifestatione non tam apparentem quàm exilientem. Verbi gratia,quasi si reuoluens singulas propheticæ lectionis paginas inueniat de ipsis exilientem Christum, &per loca singula lectionum ablato,nunc demum quo prius tegebatur velamine,ebullire eum cernat & emergere, atque euidenti iam manifestatione prorumpere. Matt.17. & Marc.9.a Ob hoc credo, & ipse Iesus cùm ad transformandum

I se venit, non in aliqua planitie aut conualle fuit, sed montem conscendit,vbi & transformatus est: vt scias eum semper in montibus aut in collibus apparere,& vt te doceat ne vsquam eum nisi in legis & prophetarum montibus quæras. Quòd autem sancti quique montes appellantur, multis scripturæ locis inuenies indicari: sicut ait in psalmis:Fundamenta eius in montibus sanctis. Et iterum: Leuaui oculos meos in montes, vnde veniet auxilium mihi. Auxilium nanque in tribulationibus, ex scripturarum diuinarum sensibus capimus. Possumus adhuc & montes in quibus salire verbum dei dicitur,& quasi liberius efferri, nouum accipere testamentum.Colles verò, de quibus quasi diu compressus & occultatus exiliit, veteris testamenti sentire volu Hiere.16.c. mina. Sed & apud Hieremiam venatores & piscatores qui mittuntur capere homines ad salutem, in mõtibus & collibus eos capere dicuntur.Sic enim ait:Ecce mitto multos piscatores, & multos venatores, & capient eos super omnem montem, & super omnem collem: quod ego magis ad futurum tempus in cõsummatione seculi implendum puto:vt cùm missi fuerint angeli secundum euangelicam parabolam messis tempore,vt separent frumenta à zizaniis:qui excelsioris vitæ, & eminentioris fuerit conuersationis,iste in montibus inuenietur aut in collibus. Non inuenietur in humilibus & deiectis locis,ne ibi mixtus videatur esse zizaniis:sed in excelsioribus sensibus, & in eminentia fidei positus, salienti in montibus verbo dei, & exilienti in collibus semper adhærens. Quod per aliam nihilominus parabolam, sub eodem tamen intellectu dicitur in euangelio:Si quis in tecto est,non descendat tollere aliquid de Matt. 24.b. & Mar.13.b domo. Potest adhuc & alium nobis sensum, prædiues iste præsentis versiculi sermo suggerere.Possibile namque est omnem qui plena fide credit in deum, vel montem,vel collem appellari,pro qualitate scilicet vitę,magnitudine intelligentiæ: etiam si fuerit aliquando vallis:proficiente in eo Iesu ætate & sapientia & gratia, omnis vallis implebitur. Superbi autem quique & elati, Lucæ. 2.a Esa.40.a vt montes & colles humiliabuntur: quoniam qui se Lucæ.14.& 18.c exaltat, humiliabitur: & qui se humiliat, exaltabitur. De ipsis enim dicitur: Qui confidunt in domino sicut Psal.124.a mons Sion. Et de Hierusalem dicitur: Montes in circumitu eius. Vnde puto quòd meritò etiam saluator Ibidem. noster (quoniam & ipse dicitur lapis de monte excisus sine manibus,& factus esse mons magnus)sicut rex regum, & pontificum pontifex, potest etiam mons mon Danie.2.e tium appellari. Verùm vt etiam tertia expositio habeat locum,ad vnamquanque animam sermo dirigatur. Si qui sint capaciores verbi dei, qui ab Iesu aquam sibi datam biberunt, & facta est in eis fons aquæ viuæ Ioan.4. b salientis in vitam æternam, in his scilicet, in quibus verbum dei crebris sensibus & copiosis, velut perennibus ebullit fluentibus, in his vitæ ac scientiæ & doctrinæ merito montibus & collibus effectis,dignissimè salire verbum dei dicitur & exilire, factus in eis per affluentiam doctrinæ fons aquæ viuę salientis in vitam æternam. Similis est fraternus meus capreæ hinnuloq; ceruorum in montibus Bethel. Caprea & ceruus, quòd inter munda habeantur animalia, manifestè ex his quæ in Deuteronomio scripta sunt,indicatur:est enim hoc modo scriptum: Hæc enim sunt animalia quæ manducabitis: vitulum & agnum ex pecoribus,& hir- Deute.14.a. cum ex capris, ceruum,& capream,& bubalum,& tragelaphum, & ibicen,& camelum, & pardum. Sed & quòd sanctus ceruo comparatur, in multis scripturę diuinæ locis habetur:vt in psalmo, vbi dicit:Sicut ceruus

M desiderat ad fontes aquarum, ita desiderat anima mea Psalm.41.a ad te deus. Veruntamen in sermonibus quos ex Deuteronomio assumpsimus, etiam hoc non negligenter considerandum videtur, quàm dignum in animalibus mundis enumerandis ordinem tenuerit: vt primò vitulum, secundo agnum,tertiò hircum scriberet. In his verò quæ secundum eundem Moysen offeruntur ad altare,primò ceruũ,secundò capreã nominat. Et ita post hæc,reliqua per ordinẽ describit animantia.Quorũ ratio his quibus abundantior gratia spiritualis in dono scientiæ concessa est, per spiritumsanctum manifesta & euidens fiet.Nobis interim quoniam de ceruo & caprea dicere nunc in expositione præsentis versiculi incumbit, conueniens videtur ex scripturis diuinis congregare pro viribus quæ de his animalibus referuntur, de quibus idem Moyses cùm de carnibus loqueretur, Deute. 14.a quæ in omni desiderio animæ comederentur,non oblatæ ad altare:sicut caprea, inquit, & ceruus. Egregium verò quid vicesimusoctauus psalmus, vbi de virtutibus & efficacia vocis dei per ordinem scribit,de ceruo hoc modo dicit: Vox domini perficientis ceruos: id est, perfectos

A perfectos facientis ceruos,& reuelabit condensa. Sicut enim vox domini intercidere dicitur flammam ignis, & concutere desertum:ita perficere ceruos,ac reuelare condensa memoratur. Sed & in Iob de ceruo ita inuenimus referri, vbi dominus ad Iob per turbinem loIob.39.a. quens & nubem ait: Aut ergo obseruasti partus ceruorum,aut numerasti menses eorum plenos ad partũ: dolores autem eorum soluisti, aut nutristi eorum natos, aut sine doloribus partus eorum emittes? Abrumpent filij eorum,& multiplicabuntur in natiuitate:exibunt,& non reuertentur. His adiungenda sunt etiam illa quæ in Prouerbiis legimus hoc modo: Ceruus amicitiarum,& pullus gratiarum loquitur tibi. Hæc interim ad præsens de ceruo nobis scripta occurrere potuerunt. Quæ ob hoc assumpsimus, vt loquamur non in doctrina humanæ sapiẽtiæ, sed in doctrina spiritus, 1.Cor.2. d. spiritualibus spiritualia comparantes: & ideo inuocemus deum,patrem verbi,quòd nobis verbi sui manifestet arcana,sensumq; nostrum remoueat à doctrina humanæ sapientiæ, & exaltet atq; eleuet ad doctrinam spiritus: vt non ea quæ sentit carnalis auditus,sed ea quæ continet voluntas spiritussancti,loquamur. Paulus A- Roma.1.c

B postolus nos docet, quòd inuisibilia dei, ex visibilibus intelligantur:& ea quæ non videntur, ex eorum quæ videntur ratione & similitudine contemplentur: ostendens per hoc quòd visibilis hic mundus,de inuisibili doceat,& exemplaria quædam cœlestium contineat positio ista terrena: vt ab his quæ deorsum, ad ea quæ sursum sunt possimus ascendere:atque ex his quę videmus in terris,sentire & intelligere ea quæ habentur in cœlis. Ad quorum similitudinem quandam,quò facilius colligi perhæc ac sentiri possent diuersitates creaturarum quæ in terris sunt,similitudinem conditor dedit.Et fortassis sicut hominem deus ad imaginem & similitudinem suam fecit, ita etiam cæteras creaturas ad alias quasdam cœlestes imagines, per similitudinem condidit: & fortasse intantum singula quæque quæ in terris sunt, habent aliquid imaginis & similitudinis in cœlestibus,vt etiam granum sinapis, quod minimum est in Luc.13.d omnibus seminibus, habeat aliquid imaginis & similitudinis in cœlis. Et hoc quòd talis ei quædam composita est alternatio naturæ: vt cùm minimum sit omnium seminum, maius fiat omnibus oleribus: ita vt possint venire aues cœli,& habitare in ramis eius:similitu-

C dinem ferat,non solum alicuius cœlestis imaginis, sed ipsius regni cœlorum.Sic ergo possibile est,etiam cętera semina quæ in terris sunt, vt habeant aliquid in cœlestibus similitudinis & rationis. Quòd si semina, sine dubio & virgulta: & si virgulta, sine dubio & animantia,vel alitum,vel repentium, & quadrupedum. Sed & illud adhuc potest intelligi, quòd sicut granum sinapis non vnam similitudinem tenet regni cœlorum, & habitationes scilicet auium in ramis suis:sed habet & aliam similitudinem vel imaginem, perfectionis scilicet Matth.17.c & Luc.17.a fidei:ita vt si quis habeat fidem sicut granum sinapis,dicat monti transferre se,& transferet: ita possibile est vt etiam cætera nõ in vno aliquo, sed in pluribus speciem & imaginẽ cœlestium ferant.Et cùm plures sint: verbi gratia,in grano sinapis virtutes, quæ rerum cœlestium imagines teneant, vltimus & extremus eius vsus est iste,qui habetur apud homines in ministerio corporali:ita etiam in reliquis vel seminibus, vel virgultis, vel herbarum radicibus, vel etiam in animantibus intelligi potest, vt vsum quidem & ministerium hominibus præbeant corporale:habeant autem incorporalium

D rerũ formas & imagines, quibus doceri anima possit & instrui,ad contemplanda etiam ea quæ sunt inuisibilia & cœlestia:& hoc fortassis est quod ille scriptor diuinæ sapientiæ dicit: Ipse enim mihi dedit eorum quæ sunt Sapien.7 c. scientiam veram,vt sciam subsantiam mundi, & virtutes elementorum, initium & finem & medietatem temporum,vicissitudinum permutationes, & conuersiones temporum, anni circulos, & stellarum positiones,naturas animalium, & iras bestiarum, spirituum violentias,& cogitationes hominum, differentias virgultorum,& virtutes radicum: sed & quæcunq; occulta & manifesta sunt,cognoui.Vide ergo si possumus ex his scripturę sermonibus ea quæ discutere proposuim⁹, lucidius euidentiusq; colligere.Etenim scriptor iste sapientiæ diuinæ,cùm singula quæq; enumerasset, ad vltimum dixit:quia occultorum & manifestorum acceperit scientiam: ostendens sine dubio quòd vnumquodq; eorum quæ in manifesto sunt,referatur ad aliquid eorũ quæ in occulto sunt:id est, singula quæq; visibilia habere aliquid similitudinis,& rationis ad inuisibilia.Quia ergo impossibile est homini in carne viuenti agnoscere aliquid de occultis & inuisibilibus, nisi imaginem aliquam & similitudinem conceperit de visibilibus: ob

E hoc arbitror quòd ille qui omnia in sapientia fecit: ita creauit vnamquanque visibilium speciem in terris, vt in his doctrinam & agnitionem rerum inuisibilium & cœlestium poneret: quo per hæc ascenderet mens humana ad spiritualem intelligentiam, & rerum causas in cœlestibus quæreret,vt posset edocta per sapientiam dei etiam ipsa dicere: Quæ in occulto sunt, & quæ in manifesto, cognoui. Secundum hæc quoque agnoscit & substantiam mundi, non solum hanc visibilem corporeamq; quæ palàm est,sed & illam incorpoream inuisibilemq;,quæ in occulto est. Agnoscit etiam elementa mundi:non solum visibilia,sed & inuisibilia & vtrorumq; virtutes.Sed & initium quod dicit, & finem, & medietatem temporum: initium ait visibilis quidem mundi,quod ante sex milia non integros annos initium designat Moyses: medietatem quoque secundum temporum rationem finem illum qui speratur cùm cœlum & terra transibit. Secundum occultorum verò scientiam initium illud, quod intelligit is quem sapientia dei docuerit,quod nulla possunt tempora, nulla secula comprehendere. Medietatem verò horum quæ nunc

F sunt:finem verò ea quę futura sunt:id est,perfectionem consummationemq; vniuersitatis, quæ tamen ex his visibilibus coniici possunt & intelligi. Sed & vicissitudinum permutationes,& temporum conuersiones, & anni circulos,ex his quæ videtur, refert ad inuisibiles rerum incorporalium permutationes ac vicissitudines. Circulos quoq; annorum temporalium & præsentium, refert ad antiquiores aliquos ac sempiternos annos, secundum eum qui dicebat:Et annos æternos in mente Psal.76.b habui.Sed & stellarum positiones, non dubitauit ab his quæ palàm videntur,referre ad illa quæ in occultis sũt, qui occultorum manifestorumq; scientiam meruit, & dicit esse aliquod sanctorum genus quod de Abraham Gene.15.b & 26.a præcipuè stirpe descendit,sicut stellas cœli.Sed & resurrectionis futuræ gloriam, stellas esse secundum occultorum scientiam pronunciauit, sequens eum qui dixit: Alia gloria solis,& alia gloria stellarum. Stella enim à 1.Cor. 15.c stella differt in gloria, ita & resurrectio mortuorum. Nisi secundum hæc intelligeretur illud quod ait, naturas animalium irasq; bestiarum: nunquam dixisset in euangeliis saluator, Dicite vulpi huic. Neque lo- Luc.13.g.

Lu.13.g G annes de quibusdam dixisset: Serpentes, generatio vi-
Matth.& perarum. Sed neq; propheta diceret de nonnullis quòd
Luc.3.a.
Hiere.5.c equi emissarij facti sunt. Et item alius: Homo cùm in
Psalm.48.d honore esset, non intellexit: comparatus est iumentis
insipientibus, & similis factus est illis. Sed & ille diligen
Ibidē.57.a. ter agnouit iras bestiarū, qui dicebat: Furor illis secun-
dum similitudinem serpentis, sicut aspidis surdæ & ob-
turantis aures suas. Hæc erit ratio etiam de eo quòd ait,
spirituum violentias: visibiliter quidem de ventis & fla
tibus aëris, inuisibiliter verò de violentiis immundorū
Ephe.4.c. spirituum loquens: quos & Paulus ventos doctrinæ no
minauit. Post hæc iam sequitur, vt & cogitationes ho-
minum sciat, corporaliter quidē quæ de humano cor-
de procedunt. Inuisibiliter autem intelligat eos qui in-
iiciunt hominibus malas & pessimas cogitationes, sicut
Ioan.13.a. in euangelio scriptum est: Cùm diabolus misisset in cor
Iudæ Ischariotis vt traderet dominum. Et vt in Pro-
Ecclēs.10.a uerbiis dicitur: Si spiritus potestatem habentis ascen-
derit super te, locum tuum ne derelinquas: quia sanitas
compescit peccata magna. Sed & bonarum cogitatio-
H num est aliquis author, propter quod & in psalmis pu-
Psal.83.b. to scriptum esse: Beatus homo, cuius est auxilium abs
te domine, ascēsiones in corde suo disposuit. Et iterum:
Ibid.75.b Cogitatio hominis confitebitur tibi: & reliquiæ cogi-
tationum, diem festum agent tibi. Ita igitur cuncta se-
cundum ea quæ præfati sumus, ex visibilibus referri pos
sunt ad inuisibilia, & à corporalibus ad incorporea, &
à manifestis ad occulta, vt ipsa creatura mundi, tali qua
dam dispensatione condita intelligatur per diuinam sa
pientiam, quæ rebus ipsis & exemplis inuisibilia nos de
visibilibus doceat, & à terrenis nos transferat ad cœle-
stia. Hæ autem rationes non solum in creaturis omni-
bus habentur, sed & scriptura diuina tali quadam sapi-
In Exodo entiæ arte conscripta est. Propter quædam namque oc
&Numeris. culta & mystica visibiliter populus educitur de Aegy-
pto ista terrena, & iter agit per desertum, vbi serpens
erat mordens & scorpius, & sitis vbi non erant aquę, &
cętera quæ in his gesta referūtur. Quæ omnia, vt dixi-
mus, occultorum quorundam formas & imagines te-
nent. Et hoc non in scripturis tantum veterum, sed &
in gestis domini & saluatoris nostri, quæ in euangeliis
referuntur inuenies. Igitur si omnia quæ in manifesto
I sūnt, secundum ea quæ superius approbauimus, ad ali-
qua referuntur quæ in occulto sunt: cōsequens sine du
bio est, vt ceruus iste visibilis vel caprea, quæ in Canti-
co canticorum scribitur, secundum rationem naturæ
suæ quam corporaliter gerunt, referantur ad aliquas re
rum incorporalium causas, vt illis occultis & inuisibi-
libus ceruis videatur posse conuenire quod dictum est:
Psal.28.b. Vox domini perficientis ceruos. Quæ enim perfectio
ex voce domini fit istis visibilibus ceruis? Aut quæ ad
eos doctrina vnquam ex domini voce descendit? Si ve
rò spirituales ceruos quæramus, quorum formam &
imaginem tenet illud animal corporale: illos inuenias
ad summam perfectionis ex voce domini posse perdu-
ci. Sed & quorum ceruorum dominum seruare decue-
rit partus, & velut medendi officia præbentem parturi-
entibus astare conuenerit, donec parerent filios tales,
qui aduersarentur & persequerentur serpentium genus,
vt dignum est diuina maiestate, debemus aduertere qua
lium ceruorum domini decet seruare partus, ne in ab-
orsum decidant. Sed & menses eorum numerare ple-
nos ad partum, eorūq; labores & dolores custodire, vt
generationes eorum non cadant inuanum, sed vt per-
fecta sit eorum natiuitas: & tamdiu parturiant, donec

formetur Christus in eis. Huiusmodi ceruorum pullos K
Gala 4.c dominus nutrit: eorum duntaxat qui iactant in domi-
Psal.54.d no cogitationem suam vt ipse eos nutriat, & ipse ser-
Esa.26.a uet dolores partus eorum, cùm ex timore dei in ventre
conceperint & parturierint, & spiritum salutis pepere-
rint. Huiusmodi partus dolores ipse dominus seruat &
Psal.125.a curat. Sed & emittit dolores eorum, vt euntes eant &
fleant, portantes semina sua: & sint in doloribus homi-
Ibid.72.a num, ac flagellentur cum hominibus: ne fortè teneat
eos superbia. Isti quoque ipsi cerui abrumpunt, vt ait, na
tos suos. Quos enim genuerint per euangelium, abrum
punt eos à vinculis peccatorum, & à laqueis diaboli, ne
vltrà voluntati eorum teneantur obstricti. Isti etiam
Gene.19.f multiplicabuntur, & vt ait, non reuertentur. Non enim
imitabuntur vxorem Lot, non redibunt retrorsum. Sci
Lucæ.9.g unt enim, quia qui mittit manum suam ad aratrum, si
Philipp.3.c. retrospexerit, aptus non erit regno cœlorum: sed sem-
per quæ retrò sunt, obliuiscūtur: & in ea quæ antè sunt,
se extendunt. Tales enim ceruos vox domini facit esse
perfectos. Quæ vox domini, nisi illa quæ in lege & in
prophetis habetur: & peruenit vsque ad Ioannem, qui
erat vox clamantis in deserto? Et ipsa enim vox Ioan- L
Matth. & nis qui dicebat: Parate viam domini, rectas facite semi
Lucæ.3.a tas dei nostri, perfectos faciebat ceruos, vt essent perfe-
cti in eodem sensu & in eadem scientia. Qui enim talis
Psalm.41.a. est, meritò dicit: Sicut ceruus desiderat ad fontes aqua-
rum, ita desiderat anima mea ad te deus. Ceruus quo-
Prouer.5.d. què amicitiarum quis alius videbitur, nisi ille qui per-
Gene.3.a emit serpētem illum qui seduxerat Euam, & eloquij sui
Roma.5.c. flatibus peccati in eam venena diffundens, omnem po
&1.Co.15.c steritatis sobolem contagio præuaricationis infecerat,
Ephe.2.c & venerat soluere inimicitias in carne sua, quas inter
deum & hominē noxius mediator effecerat. Pullus ve-
rò gratiarum potest accipi spiritussanctus, à quo sitien
tes & desiderantes deum, spirituales gratias & dona
cœlestia consequuntur. Hæc autem omnia à nobis di-
cta sunt, vt manifestior fieret causa, qua sponsa compa
rare videtur fraternum suum hinnulo ceruorū. Quòd
si etiam hoc requirendum est, cur non ceruo vt in a-
Philipp.2.a liis, sed hinnulo seruorum comparatur. Illud aduerte,
Esa.9.a quòd cùm in forma dei esset, filius datus est nobis, &
puer natus est nobis: cuius potestas super humerū eius.
Ideo ergo hinnulus ceruorum, quia paruulus puer na-
tus est. Et fortè possunt cerui accipi sancti quique: vt M
Abraham, Isaac, & Iacob, & Dauid, & Salomon, & o-
mnes ex quorum semine Christus secundum carnem
Matt.1.a descendit. Quos ceruos, vox domini perfectos facit, &
ipsorum est hinnulus iste, qui ex ipsis secundum car-
nem natus est puer. Mouet me etiam illud quod in cen
tesimotertio psalmo scriptum est, vbi ait: Montes excel
si ceruis. Et quidem de ceruis iam superius diximus,
quòd sancti quique accipiuntur: qui ob hoc in hunc
mundum venerunt, vt serpentis venena perimerent.
Qui autem sint montes excelsi, videamus, quasi qui so-
lis ceruis sequestrati videntur: & ad quos nisi ceruus
sit, aliquis non possit ascendere. Ego puto quòd per-
sonas trinitatis montes excelsos appellauerit: ad cuius
capacitatē nullus nisi ceruus efficiatur ascendit. Sed ii-
dem ipsi qui hic montes excelsi pluraliter appellantur,
in aliis mons excelsus, singulariter dicitur, sicut Esai-
Esa.40.a as ait: In montem excelsum conscende qui euangeli-
zas Sion. Exalta in fortitudine vocem tuam, qui euan-
gelizas Hierusalem. Idem namque ipse qui ibi trini-
tas propter distinctionem personarum, hic vnus de-
us intelligitur pro vnitate substantiæ. Satis sint ista
de

A de hinnulo ceruorum. Nunc videamus quomodo eti-
am capreæ vel dammulæ comparetur fraternus. Hoc
δορκάς. animal quantum ad Græca vocabula, nomen à viden-
do atque clarius prospiciendo sortitum est. Et quis est
qui ita videat vt videt Christus? Solus nanq; est qui vi-
Matth.5.a. det: id est, agnoscit patrem. Nam & si dicantur hi qui
mundo sunt corde, deum visuri, videbunt ipso sine du-
bio reuelante: quia & caprea habet in natura sua, vt nō
solum videat ipsa, & perspiciat acerrimè, sed & aliis
visum præbeat. Asserunt namq; hi, quibus medicinę pe
ritia est, inesse huic animali intra viscera humorem
quēdam qui caliginem depellat oculorum, & obtusio-
res quosq; visus exacuat. Meritò ergo capreæ vel dam-
mulæ Christus comparatur: quia non solum videt ipse
patrem, sed & videri ab aliis facit, quorum visus ipse cu
rauerit. Obserua autem ne audiens patrem videri, cor-
poreum aliquid sentias, & deum visibilem putes. Visus
quo deus videtur, non est corporis, sed mentis & spiri-
tus. Quod etiam ipse saluator in euangelio, vocabulo
proprio distinguens, dixit: Nemo videt patrem, nisi fi-
lius. Deniq; & his quos facit deum videre, dat spiritum
scientiæ, & spiritum sapientiæ, vt per ipsum spiritum vi
B deant deum. Et ideo dicebat ad discipulos: Quia qui me
Ioan.14.b videt, videt & patrem. Et vtique non ita inepti erimus,
vt putemus quòd qui secundum corpus eum vidit, vi-
derit etiā patrem: alioqui inueniuntur & scribę & Pha-
risæi & hypocritæ & Pilatus, qui eum flagellis cæcidit,
Ioan.19.c & omnis populus qui clamabat: Crucifige, crucifige eū:
videntes Iesum secundum carnem, etiam deum patrē
vidisse. Quod vtique non solum absurdum videtur es-
se, sed & impium. Sicut enim cùm turbæ eum compri-
merent euntem cum discipulis: nullus eorum qui pre-
mebant & coarctabant eum, tetigisse dicitur eum: nisi
illa sola quæ profluuium sanguinis passa, venit & teti-
git fimbriam vestimenti eius, & ipsi soli testimonium
Marc.5.c.& perhibet, dicens: Quia tetigit me aliquis: ego enim sen-
Luc.8.g. si virtutem de me exisse: ita & cùm plures essent qui eū
videbant, nullus eum vidisse dicitur, nisi qui agnouit
quòd verbum dei & filius dei est: in quo vtique simul a-
gnosci & videri dicitur pater. Sed & hoc nos non præ
tereat, quòd prius capreæ, & nunc hinnulo ceruorum
comparatur, cùm vtique maius animal ceruus, quàm
caprea videatur. Sed animaduerte ne illa potius in his
C habenda sit ratio: quia cùm dupliciter constet salus cre
dentium, per agnitionem fidei & operum perfectionē:
ratio fidei quæ pro intuitu & inspectione contempla-
tionis capreæ, vt diximus, comparatur, primus habea-
tur salutis gradus. Secundo verò in loco operum perfe
ctio, quæ cerui formam tenet, vincentis & perimentis
venena serpentum: id est, artes diabolicas, memoretur.
Si ergo sponsa similem dicit esse fraternum suum ca-
preæ, vel hinnulo ceruorum in mōtibus Bethel: Bethel
Bethel. verò domus dei interpretatur: Montes ergo qui in do-
mo dei sunt, possunt legis & prophetarum, sed & euan
gelica & apostolica accipi volumina, in quibus & fides
dei perspicitur, & contemplatur, & operum perfectio
dicitur & adimpletur. Ecce hic stetit post parietem no
strum, incumbēs super fenestras, prospiciens per retia.
Respondet fraternus meus, & dicit mihi: Cùm conside
ro difficultates inuestigandi sensus, in his qui propositi
sunt scripturæ sermōibus, simile me aliquid pati videor
huic, qui ad inuestigandam venationem odoratibus sa
gacis canis procedit: vbi interdum moris est, vt cùm ve
stigiis intentus, proximum se venator latentibus effectū
putauerit esse cubilibus, subitò vestigiorū deseratur in-

diciis, & rursum fixius impressis odoratibus, easdē quas D
explicauerat retrorsum redeat vias: donec inueniat lo
cum, in quo se altius excutiens venatio latenter ad aliā
transtulit viam: quam cùm venator inuenerit, alacrior
insequitur: spe prædæ certior, & vestigij firmitate secu-
rior. Ita ergo & nos, vbi se prępositæ explanationis quo
dammodo subtraxere vestigia, paululum emensa repe
tentes, & planiorem quàm dudum videbatur expositi-
onis ordinem persequentes, speramus quòd dominus
deus noster tradat in manus nostras venationem, quā
præparantes, & secundum scientiam matris Rachel ra Gene.27.
tionabilis verbi salibus condientes, benedictiones me- 48.&.49
reamur consequi à spirituali patre Iacob: propter quod
necessarium videtur, vt diximus, breuiter dicta repete-
re, explanationemq; priorem retexere, vt qui sit lucidi-
or sensus aperiatur. Intelligi ergo mihi videtur ex initio
propositi dramatis, sponsam foris stare in biuio, & ob
amorem sponsi hinc atq; inde prospicere: si fortè veni-
at, si fortè appareat: nec viam ingredi velle aliquam dū
ignorat, vnde magis veniat: nec domi, sed foris stare:
& desiderio eius agitari, ac dicere: Osculetur me oscu-
lo oris sui. Vbi autem venit sponsus, dicat: Bona sunt E
vbera tua super vinum: & reliqua, vsq; ad eum locum,
vbi ait: Post te curremus. Post hęc dilecta iam, & vicem
charitatis ab ipso sponso recipiens, introducatur in cu
biculum eius, & dicat: Introduxit me rex in cubiculum
suum. Sed & cætera quæ postea sunt scripta, intus posi-
ta loquatur ad sponsum, pręsentibus & assistentib9 spō-
sæ quidem adolescentulis, sponsi verò sodalibus. Verū-
tamen intelligatur sponsus: vtpote vir, non semper in
domo, neque semper assidere sponsæ intra domum po
sitæ: sed exeat frequenter, & illa eum quasi amore eius
solicita requirat absentem: sed & ipse interdum redeat
ad eam. Propter quod & videatur per totum libellum
aliquando quidē velut absens requiri sponsus: aliquan-
do sicut præsens loqui cum sponsa. Ipsa autem sponsa
cùm multa, & magnifica in sponsi cubiculo peruidisset:
petit se etiam in domum vini introduci. Quo cum in-
gressa, perspexisset quòd sponsus, vtpote vir, non rese-
derit in domo: ipsa rursus amore eius exagitata exierit
foras, & circumiens peragret circa domum, non ingre
diens, & ex omni parte prospiciat quando ad eam re-
deat sponsus: & ecce subitò videat eum vicinorū mon-
tium iuga immensis saltibus superantem, descendere F
ad domum: in qua amore eius solicita æstuat sponsa.
Perueniens verò sponsus ad parietem domus, stet pau-
lulum post ipsum, considerans (vt fieri solet) aliquid, &
animo retractans. Iam verò etiam ipse sentiens aliquid
amoris erga sponsam, vsus altitudine sua, quæ attingit
vsq; ad domus fenestras, quæ fenestrę habeant aliquam
partem operis, vt aiunt, reticulati. Et cùm incūbat qui-
dem per fenestras, eminentior autem sic sit fenestris, at
tingatq; vsq; ad superiora earum, quæ reticulato, vt di-
ximus, opere distinctæ sunt: indeq; prospiciens alloqua
tur sponsam, & dicat ei: Exurge, veni proxima mea, for
mosa mea, colūba mea: & reliqua. Hæc sunt quæ, vt su-
perius designauimus, difficultatem plurimā dirigendi
ordinis, & aperiendæ intelligētiæ habere nobis visa sūt.
Quæ vt puto euidentiora fecerit repetita hæc nunc in-
dago sermonum. Spiritualis autem in his expositio, nō
ita laboriosa ac difficilis habetur. Sponsa enim verbi,
anima: quæ in domo eius regali, hoc est, in ecclesia con
sistit: docetur à verbo dei, qui est sponsus suus: quæ-
cunque reposita sunt, & recondita intra aulam regiam,
& cubiculum regis: discit in hac domo, quæ est eccle-

 sia dei

Gſia dei viui:cellas etiam vini illius, quod de ſanctis tor cularibus congregatum eſt, cellas vini non ſolum noui, ſed & veteris ac ſuauis, quæ eſt doctrina legis & pphetarũ,in quibus ſufficienter exercitata recipiat in ſe, Ioan.1. a. ipſum qui erat in principio apud deum, deus verbum, ſed non ſemper ſecum permanentem(non enim poſſibile eſt hoc humanæ naturæ) ſed interdum quidem viſitetur ab eo, interdum verò relinquatur, vt amplius deſideret eum.Cùm verò viſitatur à verbo dei,ſecundũ propoſiti verſiculi ſenſum, per montes ſaliens venire dicitur ad eam:excelſos ſcilicet & eleuatos, reuelans ei cœleſtis ſcientiæ ſenſus:ita vt perueniat vſque ad ædificationem eccleſiæ,quæ eſt domus dei viui,columna & firmamentum veritatis: & ſtet iuxta parietem,vel poſt parietem, vt neque penitus abſcondatur, neque omnino in promptu ſit.Verbum enim dei & ſermo ſcientię, non in publico & palàm poſitus, neque conculcandus pedibus apparet: ſed cùm quæſitus fuerit, inuenitur: & inuenitur non,vt diximus,in propatulo poſitus:ſed obtectus,& quaſi poſt parietem latens.Anima autem quę in eccleſia eſſe dicitur, non intra ædificia parietum collocata intelligitur:ſed intra munimenta fidei,& ædificia ſapientiæ poſita celſisq; faſtigiis charitatis obtecta. H Propoſitum ergo bonum, & fides rectorum dogmatum, animam eſſe in domo eccleſiæ facit:cuius domus membra quædam ſunt: quæ vel cubiculum, vel domus vini, vel alia huiuſmodi, pro gratiarum ſcilicet gradibus, & donorum ſpiritualium diuerſitatibus appellantur. Sic ergo & paries nunc pars quædam domus huius eſt, quæ poteſt indicare dogmatum firmitatem, ſub qua ſtare dicitur ſponſus, & in quibus tam magnus & excelſus eſt, vt emineat omne ædificium, & proſpiciat ſponſam: id eſt, animam. Et nondum quidem apertum ſe ei totumq; manifeſtet, ſed quaſi per retia proſpiciens, hortetur eam & prouocet,non ſedere intrinſecus ſegnem, ſed exire ad ſe foras: & conari, vt non iam per feneſtras & retia, neque per ſpeculum in ænigmate, ſed procedens foras facie ad faciem videat eum. Nunc enim quia nondum poteſt ita eum intueri: propterea non antè, ſed retrò ei, & poſt parietem ſtet. Incumbit autem per feneſtras, quæ ſine dubio patebant ad recipiendum lumen, ad illuminandam domum. Per has ergo ſermo dei incumbens & proſpiciens,prouocat exurgere, & ad ſe venire animam.Poſſumus au- I tem ſenſus corporeos feneſtras intelligere, per quas aut mors, aut vita intrat ad animam. Sic enim deſignat Hieremias propheta cùm de peccatoribus loquitur, Hiere.9.f dicens:Aſcendit mors per feneſtras veſtras.Quomodo aſcendit mors per feneſtras? Si oculi peccatoris videant mulierem, & mœchentur eam in corde ſuo: ſic mors ingreſſa eſt ad animam per feneſtras oculorum. Sed & cùm recipit quis auditum vanum & præcipuè falſæ ſcientiæ dogmatum peruerſorum: tunc per aurium feneſtras mors intrat ad animam. Si verò anima intuens ornamentum mundi, & ex pulchritudine creaturarum conditorem omnium intelligat deum, & opera eius miretur,laudetq; operum creatorem, ad animam hanc vita ingreditur per feneſtras oculorum. Sed & cùm auditum inclinat ad verbum dei: & rationibus ſapientiæ ac ſcientiæ eius delectatur,huic per aurium feneſtras ad animam ſapientiæ lumẽ ingreditur. Per has ergo feneſtras proſpiciens verbum dei,& proſpectum ſuum ad ſponſam animam dirigens, aſſurgere hortatur eam & venire ad ſe: id eſt, corporea & viſibilia relinquere, & ad incorporea & inuiſibilia ac ſpiritualia properare:quoniam quæ videntur,temporalia K ſunt: quæ autem non videntur,æterna ſunt. Sic & ſpi- 2.Cor.4.d ritus dei circuire dicitur, & quærere dignas animas, quæ aptæ rectæq; fieri poſſint ad habitaculum ſapientiæ.Quòd autem per retia feneſtrarum proſpicere dicitur: illud ſine dubio indicat, quòd donec in domo huius corporis poſita ſit anima, non poteſt nudam & apertam dei ſapiẽtiam capere,ſed per exempla quædam & indicia atque imagines rerum viſibilium, illa quæ ſunt inuiſibilia & incorporea contemplatur: & hoc eſt proſpicere ad eam ſponſum per retia feneſtrarum. Si verò de Chriſto hæc & eccleſia exponamus, domus,in qua habitabat eccleſia, ſcripturæ ſunt legis & prophetarum: ibi enim & cubiculum regis eſt, omnibus diuitiis ſcientiæ ac ſapientiæ repletum: ibi & domus vini, doctrina ſcilicet vel myſtica, vel moralis,quæ lætificat cor hominis. Aduenies ergo Chriſtus ſtetit paulum Pſalm.103.b poſt parietem veteris teſtamenti. Stetit enim poſt parietem,cùm non manifeſtaretur ad populum.Vbi verò affuit tempus, & cœpit per feneſtras legis ac prophetarum,per ea ſcilicet quæ de eo prædicata fuerant apparere,& oſtendere ſe eccleſiæ intra domum: hoc eſt,intra literam legis ſedenti:prouocat eam inde exire,& ve L nire foras ad ſe.Niſi enim exeat,niſi procedat &progrediatur à litera ad ſpiritum:non poteſt ſponſo ſuo coniungi,neque Chriſto ſociari. Vocat ergo eam,& inuitat à carnalibus,ad ſpiritualia: à viſibilibus,ad inuiſibilia:à lege venire ad euangelia:Et ideo dicit ei:Surge,veni proxima mea,formoſa mea,columba mea. Et vt alia qua etiam de his quæ poſtmodum dicenda ſunt, præueniamus, timentes ſenſum perdere, qui occurrit in hoc loco:propterea fortaſſis & illud dicit ad eã, quia etiam hyems tranſiit, pluuia abiit, ſimul & paſſionis ſuæ tempus indicans,quòd tranſacta hyeme & deiectis imbribus,ipſe paſſus eſt:ſimul &illud quoque per ſpiritualem deſignans intelligentiam, quòd vſque ad illud tempus quo Chriſtus paſſus eſt: imbres fuerunt ſuper terram. Mandabat enim adhuc dominus imbribus prophetis, vt pluerent verbi pluuiam ſuper terram. Sed quia vſque ad Ioannem Baptiſtam,prophetica finiuntur officia: meritò imbres abiiſſe & diſceſſiſſe dicuntur.Ceſſarunt autem prophetici imbres:non ad damnum credentium,ſed ad maiora eccleſiæ lucra.Quid enim im- Pſalm.45.a bribus opus eſt,vbi flumen dei lætificat ciuitatem, vbi M in corde vniuſcuiuſque credentium,fons aquę viuę fit, Ioan.7.f. ſalientis in vitam æternam?Quid opus imbribus,vbi iã flores apparuerunt in terra noſtra:& ex aduentu domini, iam non exciditur ficulnea quæ prius non attu- Matth.3.c. & 7.e lerat fructum? Nunc enim iam produxit groſſos ſuos. Sed & vineæ dederunt odorem ſuum. Vnde & vnus quidam ex iſta vinea dicebat: Quia Chriſti bonus 2.Cor.2.d odor ſumus deo, in omni loco in his qui ſalui fiunt, & in his qui pereunt. Sed hæc, ſicut ſupra deſignauimus, antequam ad ipſa ſcripturæ loca veniremus, præſumpſimus:ne fortè fugeret nos ſenſus,qui occurriſſe videbatur in tempore. Nunc repetamus, quomodo per retia proſpicere dicatur. Scriptum eſt: Non Prouer.1.b. enim iniquè tenduntur retia auibus. Et iterum: Iuſtus ſi incurrerit in peccatum, effugere iubetur, ſicut & dammula ex laqueis, & auis ex retibus. Plena eſt ergo vita mortalium laqueis offenſionum, retibus plena deceptionum quas tendit aduerſus genus humanum ille qui contra dominum gigas venator Nemrod appellatur. Verus etenim gigas quis alius eſt, ni- Gene.10.b. ſi diabolus, qui etiam aduerſus deum rebellat? Laquei ergo

A ergo tentationum, & decipulæ inſidiarum, diaboli retia appellantur. Et quoniam hæc retia vbique tetenderat inimicus, atque in ipſis penè omnes inuoluerat,oportebat eſſe aliquem qui fortior & eminentior fieret his,& contereret ea:vt ſequentibus ſe viam poſſet aperire. Idcirco ergo & ſaluator priuſquam in coniugium & ſocietatẽ veniret eccleſiæ,tentatur à diabolo:vt vincens retia tentationum,per ipſa proſpiceret,& per ipſa vocaret eam ad ſe: docens ſine dubio & oſtendens ei, quòd non per ocium & delitias:ſed per multas tribulationes & tentationes veniendum ſibi eſſet ad Chriſtũ. Act.14.d Nullus ergo alius fuit qui retia iſta ſuperare potuerit. Roma.3.c Omnes enim peccauerunt,ſicut ſcriptum eſt:Et rurſus, Pſalm.13.a vt ſcriptura dicit:Non eſt iuſtus ſuper terram, qui fece Iob.15.b rit bonum,& non peccauerit.Et iterum: Nemo mũdus à ſorde,nec ſi vnius diei fuerit vita eius. Solus ergo eſt dominus & ſaluator noſter Ieſus Chriſtus, qui peccatũ 2.Cor.5.d. non fecit:ſed peccatum eum pater fecit pro nobis,vt in ſimilitudine carnis peccati,de peccato damnaret peccatum:Venit ergo ad iſta retia,ſed inuolui in eis ſolus ipſe non potuit:quinimò diruptis eis & contritis dat eccleſiæ ſuæ fiduciam, vt audeat iam caſſare laqueos, & B tranſire per retia, & cum omni alacritate dicere: Ani- Pſalm.23.a. ma noſtra ſicut paſſer erepta eſt de laqueo venantium. Laqueus contritus eſt, & nos liberati ſumus. Quis autẽ contriuit laqueos,niſi ille qui ſolus in eis teneri non potuit:Quanuis & ipſe in morte fuerit voluntariè:& non Pſalm.87.a vt nos neceſſitate peccati.Solus eſt enim,qui fuit inter mortuos liber.Et quia liber inter mortuos fuit:idcirco deuicto eo qui habuit mortis imperium,abſtraxit captiuitatem quæ tenebatur in mortem. Et non ſolus ſemet ipſum reſuſcitauit à mortuis,ſed & eos qui tenebantur in mortẽ ſimul excitauit,ſimulq; ſedere in cœleſtibus fe Ephe.4.b cit.Aſcẽdens enim in altũ, captiuã duxit captiuitatem: non ſolum animas educens, ſed & corpora eorum reMatth.27.f. ſuſcitans,ſicut teſtatur euangelium: quòd multa corpora ſanctorum reſuſcitata ſunt, & apparuerunt multis, & introierunt in ſanctam ciuitatem dei viuentis Hieruſalem. Hæc nobis expoſitio de retibus ſecundo in loco aſſumpta eſt.Sit ſanè legentis iudicium, quæ earum myſticis dignius aptari poſſit eloquiis.

Homilia quarta.

C

Vrge, veni proxima mea,ſpecioſa mea,columba mea: quoniam ecce hyems tranſiit, pluuia abiit, & receſſit ſibi: flores viſi ſunt in terra, tempus putationis aduenit, vox turturis audita eſt in terra noſtra. Arbor ſici produxit germina ſua: vites florentes dederunt odorem ſuum. Quid contineat ordo dramatis,iam ſuprà deſcripſimus: nunc verò quid vel ſermo dei ad animam ſe dignam ſibiq; aptam: vel quid Chriſtus ad eccleſiam dicere intelligendus ſit,aduertamus. Sed interim primus ſermo dei loquatur ad hanc ſpecioſam decoramq; animam,cui per ſenſus corporeos: id eſt, per intuitum lectionis, & per auditum doctrinæ,quaſi per feneſtras apparuit, proceritatemq; ſuæ magnitudinis demonſtrauit:ita vt in ſuperioribus ei loqueretur incumbens, atque inde euocãs eam, vt procedat foras: & extrà ſenſus iam corporeos Rom.8.b.c effecta,deſinat eſſe in carne, vt meritò audiat: Vos autem non eſtis in carne, ſed in ſpiritu. Non enim aliter diceret eam verbum dei proximam ſibi,niſi coniunge-

ret ſe ei,& fieret cum eo vnus ſpiritus: nec deceret ſpe- D cioſam, niſi videret imaginem eius renouari de die in Coloſſ.3.b diem: & niſi videret eam capacem ſpiritus ſancti,qui in Matt.3.d. ſpecie columbæ deſcendit in Iordane ſuper Ieſum,non ei diceret,columba mea.Conceperat enim amorẽ verbi dei,& cupiebat ad ipſum volatu celeri peruenire, dicens:Quis mihi dabit pennas ſicut columbæ, & volabo Pſalm.54.b. & requieſcam?Volabo,ſenſibus:volabo intellectibus ſpiritualibus:& requieſcam,cùm apprehendero ſapientiæ & ſcientiæ eius theſauros. Puto enim quia ſicut hi qui mortem Chriſti recipiunt, & mortificant membra ſua Coloſſ.3.a ſuper terram,conſortes efficiuntur ſimilitudinis mortis eius: ita & hi qui virtutem ſpiritusſancti recipiunt, & ſanctificantur ex eo,& donis eius replentur,quia ipſe in ſpecie columbæ apparuit, etiam ipſi columbæ fiant: vt de terrenis & corporeis locis euolent ad cœleſtia,pẽnis ſancti ſpiritus ſubleuati.Quod ſit autem tempus opportunum,quo hæc fieri poſſint,conſequenter inſeruit. Quia ecce hyems,inquit,tranſiit,pluuia abiit.Nõ enim antè anima verbo dei iungitur & ſociatur, niſi omnis ex ea hyems perturbationum ac vitiorum procella diſceſſerit:& vltrà iam non fluctuet, & circunferatur om Ephe.4.c ni vento doctrinæ. Vbi ergo ex anima hæc cuncta diſceſſerint, deſideriorumq; ab eadem tẽpeſtas effugerit: E tunc incipient in ea flores vernare virtutum, tunc eius menti & tempus putationis aduenit: & ſi quid ſuperfluum & minus vtile fuerit in eius ſenſibus,vel intellectibus, reſecabitur,& ad gemmas ſpiritualis intelligentiæ reuocabitur.Tunc etiam vocem turturis audiet, illius ſine dubio ſapientiæ, quam diſpenſator verbi lo- 1.Cor.2.b quitur inter perfectos,ſapientiæ dei altioris,quę abſcondita eſt in myſterio. Hoc nanq; indicat appellatio tur- Turtur. turis. Hæc nanq; auis in ſecretioribus & remotis à multitudine locis,vitam tranſigit, aut deſerta montium diligens,aut ſecreta ſyluarum,procul ſemper à multitudine poſita,& à turbis aliena. Quid autem eſt aliud quod opportunitati temporis huius amœnitatiq; conueniat. Ficus,inquit,produxit germina ſua. Notãdum quidem fructus ipſius ſpiritus, qui ſunt gaudium, charitas,pax, Galat.5.d &c. Sed iam tamen germina eorum proferre incipit ſpiritus hominis,qui in ipſo eſt ſingulariter ficulnea nominatus. Sicut enim generaliter in eccleſia, diuerſæ arbores, ſingulæ quæque animæ credentium intelligun- F tur:de quibus dicitur: Omnis arbor,quam nõ plantauit Matt 15.b pater meus cœleſtis,eradicabitur.Et iterum,Paulus qui Ibidem. ſe dicit adiutorem dei eſſe in agricultura dei:ait etiam ipſe: Ego plantaui, Apollo rigauit.Sed & dominus in 1.Cor.3.b euangeliis:Aut facite arborem bonam,& fructum eius Matt.12.c. bonum:aut arborem malam, & fructum eius malum. Sicut ergo generaliter in eccleſia, ſinguli quique credentium, diuerſæ arbores intelliguntur:ita & in vnaquaq; anima,diuerſæ virtutes efficacia eius,diuerſæ arbores intelliguntur. Eſt ergo & in anima ficus quædam quæ producit germen ſuum: eſt & vitis quæ floreat & reddat odorem ſuum. Cuius vitis palmites purgat cœ- Ioan.15.a leſtis agricola, vt fructum plurimum afferant. Sed hæc vitis primò per odoris ſuauitatem, quæ ex flore redditur,lætificat odoratum: ſecundum eum qui dicebat: Quia Chriſti bonus odor ſumus deo in omni lo- 2.Cor.2.d. co. Hæc ergo initia virtutum videns ſermo dei in anima, vocat eam ad ſemetipſum,vt feſtinet & exeat: & abiiciens cuncta corporea,venit ad eum, vt perfectionis eius particeps fiat.Idcirco igitur quaſi adhuc iacenti, & in rebus corporeis incumbenti primò dicit: Exurge: & quaſi quæ ſtatim obedierit, & obſecuta ſit

G vocanti,collaudatur ab eo,& audit,proxima mea & columba mea. Et post hæc ne ad tentationum turbines trepidaret,annunciat ei quòd hyems discesserit,& pluuia transierit, & abierit sibi. Bene autem vitiorum & peccatorum naturam,vno miro sermone prolato significauit: vt huiusmodi diceret hyemem & pluuiam, quæ ex vitiorum delicto tempestate descendat: sibiq; abisse indicans, & per hoc nullam esse substantiam peccatorum.Non enim decidentia de homine vitia, ad aliquam aliam substantiam peccatorum congregãtur:sed sibi abeunt, & in semetipsa resoluta euanescunt,atq; in nihilum rediguntur.Et ideo dixit, quia abiit sibi.Fit ergo tranquillitas animæ apparente ei verbo dei, & cessante peccato: & ita demum florente vinea, incipient virtutes atque arbusta,bonorum operum fructum germinare. Sed nunc iterum Christus hæc loquitur ad ecclesiam,& in anni circulum,omne præsentis seculi spatium ponit.Et per hyemem quidem illud indicat tẽpus, in quo vel Aegyptios grando & turbines ac reliqua decem plagarũ verbera flagellabant: vel cùm diuersa bella perferebat Israel:vel etiam cùm ipsi saluatori restitit, & incredulitatis turbine corrept⁹, naufragio fidei submersus est. Vbi ergo illorum delicto salus gentibus facta est:vocat nunc ad se ecclesiam,dicitq; ei:Exurge,& veni ad me,quia iam hyems quæ submersit incredulos, & vos in ignorantia reprimebat,abscessit.Sed & pluuia pertransiit:id est, iam non mandabo nubibus, prophetis scilicet,vt pluant pluuiam verbi super terras:sed ipsa vox turturis: hoc est, ipsa dei sapientia loquetur in terris,& dicet:Ipse qui loquebar adsum.Flores ergo credentium populorum, & orientium ecclesiarum apparuerunt in terra. Sed & putationis tempus, per fidem meæ passionis & resurrectionis aduenit. Amputantur enim & execrantur ab hominibus peccata,cùm in baptismo donatur remissio peccatorum. Vox quidẽ turturis (vt iam diximus) iam non per diuersos prophetas,sed per os ipsius sapientiæ dei auditur in terris.Et siculnea germinat,quæ potest in fructibus sancti spiritus accipi:qui nunc primum aperiuntur & demonstrantur ecclesiæ, vel etiam in litera legis, quæ ante aduentum Christi clausa erat & constricta, & indumento quodã intelligentiæ carnalis obtecta. Ex præsentia verò eius & aduentu,prolatum est ex ea germen spirituale intelligentię: & sensus viridis & vitalis, qui in ea tegebatur apparuit: vt ecclesia quæ tegebatur à Christo in ficulnea:id est,in lege,non appareat arida, nec occidentem literam sequi, sed florentem & viuificantem spiritum. Sed & vites florere dicuntur, & dedisse odorem suum. Possunt quidem & diuersæ ecclesiæ quæ per orbem terræ habentur, vites dici florentes vt vineæ. Vinea enim domini sabaoth domus Israel est, & domus Iuda dilecta nouella. Istæ ergo vineæ cùm primò accedunt ad fidem,florere dicuntur. Cùm verò per religionem operum suorum suauitate adornantur, odorem suum dedisse dicuntur. Et non sine causa puto quòd nõ dixerit, odorem dederunt:sed,odorem suum:vt ostenderet inesse vnicuiq; animæ vim possibilitatis,& arbitrij libertatem, qua possit agere omne quod bonũ est. Sed quia hoc naturæ bonum præuaricationis occasione decerptum,vel ad ignominiam,vel ad lasciuiam fuerat inflexum:vbi per gratiam reparatur,& per doctrinam verbi dei restituitur, odorem reddit sine dubio illum, quẽ primus conditor deus indiderat,sed peccati culpa subtraxerat.Possunt autem & vites vel vineæ, intelligi virtutes cœlestes & angelicæ, quæ hominibus largiuntur

Exodi.7.& sequen. In libris Iudicum, & Regum.

Roma.11.b.

Esa.5.b.

Esaiæ.5.b

odorem suum.i.doctrinæ & institutionis bonum, quo instruunt & imbuunt animas, donec ad perfectionem veniant,& incipiant capaces fieri dei. Sicut & apostol⁹ ad Hebræos scribens dicit. Nonne omnes sunt ministeriales spiritus in ministerium missi,propter eos qui hęreditatem capiunt salutis:Et ideo dicuntur ab ipsis quasi primum florem & odorem bonorum operũ capere homines: ipsos verò fructus vitis ab eo sperare qui dixit: Non bibã de generatione vitis huius, donec bibam illud vobiscum nouum in regno patris mei.Illi ergo profecti flores & fructus,ab ipso sperandi sunt: initia verò &(vt ita dicam)proficiendi suauitas, potest à cœlestib⁹ virtutibus ministrari.Vel certè per eos qui dicebant(vt suprà diximus)quoniam Christi bonus odor sumus deo in omni loco.Sed & alio modo possumus adhuc intelligere hæc quæ habentur in manibus,vt dicamus veluti prophetiam quandam videri ad ecclesiam factam, per quam vocetur ad repromissiones futuras, vt quasi post cõsummationem seculi cùm tempus resurrectionis aduenerit dicatur ei, exurge.Et quia sermo hic statim opus resurrectionis designat, tanquam ex resurrectione clarior & splendidior effecta inuitatur ad regnũ,& dicitur ei:Veni proxima mea,speciosa mea, columba mea,quia hyems transiit.Hyemẽ sine dubio huius præsentis vitæ procellas & turbines nominans,quibus humana vita,tentationum procellis agitatur.Transiit ergo hyems ista cum pluuiis suis, abiit sibi. Sibi enim vnusquisque egit in hac vita omne quod egit.Principium verò repromissionum futurarum, flores. Securim ad radicem arboris positam in consummationem seculi, vt excidat omnem arborem non facientem fructum bonum:tempus putationis intellige.Vocem verò turturis quæ in literis repromissionis auditur,quã mãsueti in hæreditate suscipient, Christi personam facie ad faciem,& non iam per speculum & in ænigmate docentis,aduerte.Ficulnea verò quæ germen suum producit,totius congregationis iustorum fructus habeatur. Istæ verò & sanctæ & beatæ angelicæ virtutes, quibus electi quiq; , & beati ex resurrectione sociabuntur, qui erunt sicut angeli dei:ipsæ sunt vites florentes & vineæ, quæ odorem suum vnicuique animæ,& gratiam quàm à conditore suscepit prius:&nunc iterum perditam recuperauit,impertiunt:suauitateq; cœlestis odoris, fœtorem tandem abiectæ ab eis mortalitatis,corruptionisq; depellũt.Surge,& veni proxima mea, columba mea, in velaminibus petræ iuxta promurale. Ostende mihi faciem tuam,& auditam fac mihi vocẽ tuam:quoniam vox tua suauis est,& facies tua speciosa.Secũdũ ꝓpositi dramatis ordinem, sponsus qui saliens super mõtes,& exiliens super colles ad spõsam venerat,prospiciens eã, & intuens per fenestras, secundo iam loco dicit ad eã: Surge,veni proxima mea,speciosa mea, columba mea. Nunc verò addit etiam hoc,vt ostenderet ei locum ad quem venire debeat,qui locus sub velamento & tegmine saxi sit positus. Sit autem idem locus non tam iuxta murum, quàm iuxta promurale quoddam. Promurale autem dicitur, cùm extra muros qui ambiunt ciuitatẽ, alius ducitur murus, & est murus ante murum. Tum deinde quasi si reuerentiæ causa, ipsa sponsa obtecta sit & velata:petit ipse sponsus, vt veniens ad illum locum quem suprà ostendit,vtpote secretiorem,vbi ei quasi reiecto velamine ostendat faciem suam.Et quia pro multa reuerentia taceret sponsa,desiderat sponsus aliquando etiam vocem eius audire,& delectari in verbis eius: & dicit,vt auditam sibi faciat vocem suam. Videtur tamen

Heb.1.d.

Mar.14.e

Matt.3.c. & Luc.3.b

1.Cor.13 c.

Matt.22.e

Promurale.

A men quòd non ei penitus incognita sit facies eius, neq; vocis eius ignarus sit:sed quia intercesserit aliquid, in quo nec faciem eius viderit,nec vocem audierit.Iste sit propositi dramatis textus:cui & hoc additur,quòd Veris tempus agi videatur, cùm & flores apparuisse memorantur in terra,& vox turturis personare, & germen arbores produxisse.Propter hoc velut opportuno tempore progredi prouocat sponsam, quæ sine dubio hyemẽ totam intra domus claustra resederit. Sed hæc nullam mihi videntur(quantum ad historicam narrationem pertinet)vtilitatem conferre legentibus,aut aliquam saltem narrationis ipsius seruare consequentiã, sicut in cæteris scripturæ historiis inuenimus:vnde necesse est cuncta ad spiritualem transferre intelligentiam. Primò ergo intellige mihi animæ hyemem,cũ adhuc passionum fluctibus iactatur, & vitiorum procellis,ac duris malignorũ spirituum flatibus verberatur.In his positam,non hortatur eam sermo dei foras exire,sed intra semetipsam colligi,& vniri vndiq;, atq; contegi contra pernicios os malignorum spirituum flatus.Nulli tunc in diuinis literis studiorum flores apud eam,nec profundioris sapientiæ secreta & recondita
B mysteria,quasi pervocem turturis resonant.Sed neque odoratus eius gratiæ aliquid quasi ex vineæ floribus recipit:neque visus eius tãquam in ficulneæ germine delectatur,sed sufficit vt in tempestatibus tentationum,à lapsu peccati tuta ac munita permaneat. Quòd si obtinuerit vt illæsa perduret:hyems ei transiit, & venit ei ver(ver namq; ei est,cùm quies animo datur, & tranquillitas menti)tunc ad eam venit verbum dei:tunc eã vocat ad se,& hortatur vt exeat:non solum extra domum,sed extra ciuitatem:id est, non solum extra carnis vitia efficiatur,sed extra omne quicquid corporeum,& visibile continetur in mundo. Namq; figuraliter in lege ciuitatem iam in superioribus euidenter ostendimus.Euocatur ergo anima extra murum, & vsq;
2.Cor.4. d. ad promurale perducitur, cùm abiiciens & relinquens ea quæ videntur & temporalia sunt, contendit ad ea quæ non videntur, & æterna sunt. Ostenditur ergo ei iter illud sub velamine petræ agendum, non sub aëre nudo:neq; vt patiatur solis ardores,ne iterum fusca fiat,ne iterum dicat,despexit me sol:propterea sub velamine petræ agit hoc iter. Hoc autem ipsum velamen
C non vult ex frondibus ei esse,aut lintheis, aut pellibus, sed petram vult ei esse velamen: id est, firma & solida Christi dogmata.Ipsum namq; esse petram Paulus pro
1.Cor.10.a. nunciat,dicens:Petra autem erat Christus. Christi ergo doctrina & fide si obtegatur anima & veletur,tutò
2.Cor.13. d. potest ad illud peruenire secretum, vbi reuelata facie gloriam domini contempletur. Meritò autem velamen istud petræ tutum creditur: quia & Salomon de
Prou.30.c. ea dicit in Prouerbiis,quòd vestigia serpentis non possunt deprehendi super petram.Sic enim ait: Tria sunt quæ impossibile est mihi intelligere, & quartum quod ignoro:Vestigia aquilæ volantis,& viam serpentis super petram, & semitas nauis in pelago, & vias viri in iuuentute.Serpentis ergo,id est,diaboli:vestigia,id est, signa aliqua peccati,in hac petra quæ est Christus, inueniri non possunt:quia solus est qui peccatum non fecit.Huius ergo petræ vero velamine anima tutò per-
Esaiæ.53.c. &.1.Pet.2.d uenit ad promuralem locum: id est, ad contemplandum incorporalia & æterna. De hac eadem petra alia verbi specie Dauid in tricesimonono psalmo dicit: Et statuit supra petram pedes meos,& direxit gressus meos.Nec mireris si apud Dauid petra hæc quasi fundamentum & crepido est animæ,per quam pergit ad deum: Et apud Salomonem velamen est animæ ad mystica sapientiæ secreta tendentis, cùm & ipse Christus nunc via dicatur,per quam credentes incedunt: nunc etiam præcursor, sicut ait Paulus: In quod præcursor introiuit pro nobis Iesus.Simile est & istud, quod per Moysen dicitur à deo: Ecce posui te in foramine petræ, & videbis posteriora mea. Igitur petra ista quæ Christus est,non est ex omni parte clausa,sed habet foramen.Foramen verò est petræ,qui reuelat, & innotescere facit hominibus deum. Nemo ergo videt patrem nisi filius:nemo ergo videt postrema dei:id est,quæ in postremis temporibus fiunt, nisi positus in foramine petræ: scilicet cùm ea Christo reuelante didicerit. Et hic ergo sub velamine petræ animam proximam sibi effectam,inuitat sermo dei ad promuralem locum, sicut suprà iam diximus, ad contemplanda ea quæ non videntur, & æterna sunt: & ibi dicit ad eam: Ostende mihi faciem tuam:profectò vt videat,si aliquid in vultu eius veteris adhuc velaminis habeat: sed possit intrepidis obtutibus gloriam domini speculari, vt hæc ipsa dicat: Et vidimus gloriam eius, gloriam tanquam vnigeniti à patre, plenum gratiæ & veritatis. Sed & cùm digna fuerit,vt de ipsa dicatur, sicut & de Moyse dictum est: quia Moyses loquebatur, & dominus respondebat ei:tunc completur in eo quod ait: Auditam fac mihi vocem tuam. Ingens verò laus eius ostenditur in eo quod dicitur: Vox tua suauis. Sic enim sapientissimus propheta Dauid dicebat: Suauis sit ei disputatio mea. Suauis autem est vox animæ, cùm verbum dei quod loquitur cum fide,& dogmatibus veritatis exponit: cùm dispensationes dei, & iudicia eius explanat. Si verò aut stultiloquium, aut scurrilitas, aut vanitas de ore eius procedunt, aut verbum otiosum, de quo reddenda sit ratio in die iudicij, insuauis & iniocunda vox ista est. Ab hac voce Christus auertit auditum suum. Et ideo quæq; perfecta anima ponit ori suo custodiam,& ostium circunstantiæ labiis suis: vt talem semper sermonem proferat,qui sale conditus det gratiam audientibus, & dicat de ea verbum dei, quia vox tua suauis. Sed & facies tua, inquit, speciosa. Si intelligas illam faciem,de qua Paulus dicit: Nos autem omnes reuelata facie:& item cùm dicit:Tunc autem facie ad faciem: tunc videbis quæ sit animæ faciD

Ioan.14.a. Heb.6.d.

Exod.33.d.

Ioan.14.b.

Exod.33.c.

Ioan.1.b.

E

Exod.19.d.

Matt.12.c.

Psal.38.& 140.a. Coloss.4.a.

2.Cor.3.d. 1.Cor.13. d.

F

es , quæ laudetur à verbo dei, & speciosa esse dicatur. Illa sine dubio quæ quotidie renouatur ad imaginem eius qui creauit eam: quæ non habet in se maculam, aut rugam,aut aliquid huiusmodi,sed est sancta & immaculata, qualem & ipse sibi exhibuit Christus ecclesiam, animas scilicet quæ ad perfectionem venerunt, quæ omnes simul efficiunt corpus ecclesiæ.Quod corpus vtiq; pulchrum videbitur & decorum:si animæ ex quibus corpus illud efficitur,in omni perfectionis decore permanserint. Sicut enim cùm anima in iracundia est, turbatum & ferum reddit corporis vultum: cùm verò in mansuetudine & tranquillitate persistit, placidum mitemq; reddit aspectum:Ita & ecclesiæ facies pro virtutibus & motibus credentium, aut decora pronunciatur, aut turpis: secundum quod & scriptum legimus:Vestigium cordis in bonis,vultus hilaris.Et item alibi:Cordis læti facies florida, in tristitiis autem positi, mœstus est vultus. Cor ergo lætum est, cùm habet in se spiritum dei: cuius primus fructus charitas est, secundus gaudium est. Ex his puto quosdam sapientes seculi assumpsisse illam sententiam,quæ

Coloss.3. b. Ephe.5.f.

Prou.16.f. Ibid.15.d.

Gala.5.d.

dicit,

G dicit: Quia ſolus ſapiens ſpecioſus eſt, omnis autem nequam, turpis eſt. Supereſt nobis vt aliquid apertius etiam de nomine promuralis dicamus. Quod (ſicut ſu prà diximus) indicat murum eſſe ante murum: quod e-
Eſaiæ.26.a. tiam in Eſaia hoc modo dicitur: Pone murum, & circa murum. Murus munimentum ciuitatis eſt. Alius verò murus ante murum vel circa murum, maiora & validiora munimenta deſignat. Per quod oſtenditur, quia euocans ſermo dei animam, & educens eam à corporalibus negociis, & corporis ſenſibus, docere eam de futuri ſeculi myſteriis cupit: & inde ei munimenta conquirere, vt ſpe futurorum munita & circundata, in nullo poſſit vel illecebris vinci, vel tribulationibus fatigari. Nunc etiam videamus quomodo hæc à Chriſto ad eccleſiam dicantur, quæ eſt proxima ei & ſpecioſa. Specioſa autem nulli alij niſi ſoli ipſi: hoc enim ſignificat cùm dicit, ſpecioſa mea: hanc ergo exuſcitat Chriſtus, & ipſi euangelium reſurrectionis annunciat: & ideo dicit: Exurge, veni proxima mea, ſpecioſa mea.
Pſalm.67.c Quia autem dedit & ei pennas columbæ, poſtea quàm
Roma.11.c. H dormiuit in medio ſortium: media autem inter duas vocationes Iſraëlis, eccleſia vocata eſt: quia primò Iſraël vocatus eſt: poſt hæc vbi ipſe offendit & cecidit, vo-
Ibidem. cata eſt eccleſia gentium. Cùm autem plenitudo gentium introierit, tunc iterum omnis Iſraël vocatus ſaluabitur. In medio ergo harum duarum ſortium dor-
Pſal.67.c. mit eccleſia. Et propter hoc dedit ei pennas columbæ deargentatas, quod ſignificat rationabiles pennas in ſancti ſpiritus donis. Et poſteriora dorſi eius: vel in viriditate auri, vt quidam legunt: vel vt alij ſcriptum habent, in pallore auri. Quod oſtendere poteſt: quia poſterior illa vocatio quam ex Iſraël futuram dicit apoſtolus, non erit in obſeruantia legis, ſed in precioſitate fidei. Auri namq; viriditatis gerit ſpeciem, fides virtutibus florens. Poteſt autem dici in medio earum ſortium dormire vel quieſcere eccleſia, in medio duorum teſtamentorum: & pennæ eius deargentatæ ex ſenſibus legis. Aurum in poſterioribus dorſi eius, intelligi euangelici muneris donum poteſt. Ad hanc ergo eccleſiam dicit Chriſtus: Veni tu columba mea, & veni in operimento petræ: docens eam vt operta veniat, ne quid patiatur ab incurſantibus eam tentationibus, ſed ſub vm-
I bra petræ incedat obtecta, dicens: Spiritus vultus noſ-
Thre.4.d. tri Chriſtus dominus, cui diximus: In vmbra eius viuemus in gentibus. Obtecta autem incedit & adoper-
1.Cor.11.b ta: quia debet poteſtatem habere ſuper caput propter angelos. Cùm autem venerit ad promuralem locum: id eſt, ad futuri ſeculi ſtatum, ibi ad eam dicit: Oſtende mihi faciem tuam, & auditam mihi fac vocem tuam,
Marc.8.d. quia vox tua ſuauis eſt. Auditam vult fieri vocem ec-
& Luc.12.a cleſiæ ſuæ: quia qui eum confeſſus fuerit coram hominibus, & ipſe confitebitur eum coram patre ſuo qui in cœlis eſt. Quia vox tua ſuauis eſt: & quis non fatetur ſuauem vocem eccleſiæ catholicæ, fidem veram confitentis: inſuauem verò & iniucundam eſſe hæreticorum vocem, qui non dogmata veritatis, ſed blaſphemias in deum, & iniquitatem in excelſum loquuntur?
Pſal.72.b. Sic & facies eccleſiæ ſpecioſa eſt, hæreticorum verò turpis & fœda: ſi quis eſt tamen qui bene nouerit pulchritudinem vultus probare: id eſt, ſi quis ſpiritualis
1.Cor.2.d eſt, qui ſcit examinare omnia. Nam apud imperitos & animales homines, pulchriora videntur mendacij ſophiſmata, quàm dogmata veritatis. Poſſumus autem adhuc de loco promurali etiam hoc addere, quòd promurale ſinus ſit patris, in quo poſitus vnigenitus filius enarrat omnia, & enunciat eccleſiæ ſuæ quæcunq; in ſe K
cretis, & in abſconditis patris ſinibus continentur. Vn-
1.Ioan.4.c. de & quidam ab eo edoctus dicebat: Deum nemo vidit vnquam. Vnigenitus dei filius, qui eſt in ſinu patris, ipſe enarrauit. Illuc ergo euocat ſponſam ſuam Chriſtus: vt & de omnibus eam quæ apud patrem habentur edoceat, & dicat: Quia omnia vobis nota feci, quæ au-
Ioan.15.b. diui à patre meo: & vt iterum dicat: Pater, volo vt vbi
Ibid.12.b. ego ſum, illic ſit & miniſter meus. Capite nobis vulpes puſillas, exterminantes vineas, & vineæ noſtræ florebunt. Secundum dramatis ordinem mutata eſt perſona: non enim iam ad ſponſam, ſed ad ſodales loquitur ſponſus: & ipſis dicit, vt capiant vulpes puſillas, quę inſidiantur vineis, vbi primum germen oſtenderint, nec ſinunt eas peruenire ad florem. Capi ergo eas præcepit, ſaluti & vtilitati conſulens vinearum. Sed hæc vt cœpimus ſpirituali expoſitione diſcutienda ſunt. Et puto q ſi de anima hæc quæ ſe verbo dei coniungit aduertas, vulpes contrariæ poteſtates, & nequitiæ dæmonum intelligi debeant, per cogitationes prauas & intel
ligentiam peruerſam, exterminantes in anima virtutũ florem, & fructum fidei perimentes. Prouiſio igitur ver
bi dei, qui eſt dominus virtutum, mandat angelis ſuis L
Heb.1.d. qui ad miniſterium miſſi ſunt propter eos, qui hæreditatem capiunt ſalutis: vt capiant ex vnaquaq; anima huiuſmodi cogitationes à dæmonibus immiſſas, vt abiectis eis poſſint florem virtutis afferre. Capiunt autem cogitationes malas in eo, cùm ſuggerunt menti non eſſe eas à deo, ſed eſſe à maligno ſpiritu: & dant animæ diſcretionem ſpirituum, vt intelligat quæ ſit cogitatio ſecundum deum, & quæ ſit ex diabolo. Vt autem ſcias eſſe cogitationes, quas immittit diabolus in cor homi-
Ioan.13.a. num: vide in euangelio quod ſcriptum eſt: Cùm autem immiſiſſet, inquit, diabolus in cor Iudę Iſcariotis, vt tra deret eum. Sunt ergo huiuſmodi cogitationes quę à dę monibus iniiciuntur in cordibus hominum. Sed quia non deeſt diuina prouidentia: ne fortè per huiuſmodi importunitatem turbaretur libertas arbitrij, & non eſſet iuſta cauſa iudicij: idcirco benignis angelis & amicis poteſtatibus, hominum cura mandatur: vt cùm deceptores quaſi vulpes incurſare cœperint hominem, dextris eum auxiliis ſubleuent. Et ideo dicitur: Capite nobis vulpes puſillas. Competenter ſanè cùm adhuc pu
ſillæ ſunt, capi eas mandat & comprehendi. Dum enim M
cogitatio mala in initiis eſt, facilè poteſt abiici à corde. Nam ſi frequenter iteretur, & diu permaneat, adducit animam ſine dubio ad conſenſum, & poſt conſenſum intra cor ſuum confirmatum, certum eſt quia ad peccati tendat effectum. Dum ergo in initiis eſt, & puſilla eſt, capi debet & abiici: ne ſi adulta fuerit, & inueterata, iam non poſſit expelli. Denique & Iudas initium mali habuit in amore pecuniæ. Et hæc fuit illi vulpes puſilla. Sed ab hac cùm videret dominus Iudæ animam quaſi florentem vineam lædi, capere eam volens, & abiicere ex eo: commiſit ei pecuniæ loculos, vt poſſidens, à cupiditate quod amabat ceſſaret. Sed ille vtpote habens ſui arbitrij libertatem, non eſt amplexus medici ſapientiam: ſed indulſit ſemetipſum illi magis conſilio quo exterminabatur anima ſua, quàm quo ſanabatur. Si verò hæc de Chriſto & eccleſia intelligamus, ſermo videbitur ad doctores eccleſiæ dirigi, & mandari eis de captione vulpium exterminantium vineas. Vulpes autem peruerſos doctores hæreticorum dogmatum poſſumus intelligere, qui per argumentorum calliditatem ſeducunt corda innocentium, & vineam domini

A domini exterminant, ne floreant in fide recta. Datur ergo præceptum doctoribus catholicis: vt dum adhuc puſillæ ſunt iſtæ vulpes, & nondum plures animas deceperunt: ſed initium habet praua doctrina, arguere hos, & refrenare feſtinent, & verbo veritatis contradicentes, reuincere, & capere hos aſſertionibus veris.
2.Tim.2.c. Si enim permanſerint in principiis, & indulſerint, ſermo eorum ſicut cancer ſerpit, & fiet inſanabilis: vt multi inueniantur qui decepti ab eis, pugnare iam pro ipſis incipiant, & defendere ſuſcepti erroris authores. Sic ergo puſillas dignum eſt vulpes capere, & doloſa hæreticorum ſophiſmata, in ipſis ſtatim initiis, veris aſſertionibus confutare. Vt autem vtriuſque expoſitionis noſtræ euidentior clareſcat aſſertio, congregemus ex diuinis voluminibus, ſicubi animalis huius mentio facta eſt. Inuenimus ergo in ſexageſimoſecun o pſalmo de impiis ita dici: Ipſi verò inuanum quæſierunt animam meam: introibunt in inferiora terræ, tradentur in manus gladij, partes vulpium erunt. Sed & in euangelio ſecundum Matthæum ſaluator ad ſcribam, qui
Matt.8.c. dicebat ei: Magiſter, ſequar te quocunque ieris, Reſpon-
& Luc.9.g. dit: Vulpes foueas habent, & volucres cœli nidos vbi
B requieſcant: filius autem hominis non habet vbi caput ſuum reclinet. Similiter autem & in euangelio ſecun-
Lucæ.13.g. dum Lucam, ad eos qui dixerunt domino: Exi & vade hinc, quia Herodes vult te occidere. Reſpondit Ieſus: Euntes dicite vulpi huic: Ecce ego eiicio dæmonia, & ſanitates perficio hodie & craſtina, & in die tertia con
Iudic.15.a ſummabor. In libro quoque Iudicum Samſon, cùm vxor quæ erat ex genere Philiſtinorum ei fuiſſet ablata, ait ad patrem eius: Innocens ſum ego hac vice ab Allophylis, quia faciam vobiſcum mala. Et abiit Samſon, & accepit trecentas vulpes, & accepit lampades, & ligauit caudam ad caudam, & poſuit lampadem vnam inter duas caudas vulpium, & accendit ignem in lampadibus, & emiſit eas per meſſes Allophylorum: & incendit omnes meſſes eorum, & ſtipulas eorum, & vineas eorum, & olíueta eorum. Adhuc autem in ſecun-
Neemiæ 4.a. do libro Eſdræ, vbi Tobias Ammanites impediuit ædificationem eorum qui de captiuitate redierant, vt ædificarent templum & murum, ait ad Allophylos: Nunquid iſti ſacrificabunt, aut comedent immolata in hoc loco? Nonne aſcendent vulpes, & deſtruent murum
C ipſorum quem ex lapidibus ædificant? Hæc ſunt interim quæ ad præſens nobis ex ſcripturis diuinis occurrere potuerunt: in quibus animalis huius memoria facta eſt, vt ex his ſapiens quiſque lector prudenter poſſit coniicere, ſi apta vſi ſumus expoſitione in his quæ propoſita ſunt nobis ad explanandum id quod ait: Capite nobis vulpes puſillas. Et quanuis operoſum ſit ſingula quæ exempli cauſa aſſumpſimus explanare: tamen quæ poterimus, breuiter contingemus. Et primò de ſexageſimoſecundo pſalmo videamus, vbi cùm iuſti animam perſequerentur impij, ille pſallebat, dicens: Ipſi autem inuanum quæſierunt animam meam, introibunt in inferiora terræ, tradentur in manus gladij, partes vulpium erunt. In quo vtique oſtenditur, quòd vanis & inanibus verbis praui doctores decipere volentes animam iuſti, introire dicuntur in inferiora terræ: terram vtpote ſapientes, & de terra loquentes: atque in inferiora eius: id eſt, in profundum ſtultitiæ deſcendentes. Puto enim quòd hi qui carnaliter viuunt, quia ſibiipſis tantummodo nocent, terra eſſe & in terra habitare dicuntur. Hi verò qui terrenis & carnalibus ſenſibus ſcripturas intelligunt, & alios ita docendo decipiunt, pro eo ipſo quòd argutias quaſdam & argumen D
ta carnalis, & terrenæ ſapientiæ concinnant, in inferiora terræ dicuntur ingredi. Vel certè quia grauius delinquunt, qui terrena docent, quàm qui ita viuunt: eis futura pœna etiam grauior imminet: idémque ipſi in manus gladij tradendi prophetantur, illius fortaſſis
Gene.3.d. flammei & verſatilis. Quomodo autem & partes vulpium fiant, videamus. Omnis anima aut pars eſt dei, aut pars eſt cuiuſcunque qui accepit poteſtatem ſuper
Deute.32.a. homines. Nam cùm diuideret altiſſimus gentes, & diſpergeret filios Adam, ſtatuit fines gentium, ſecundum numerum angelorum dei, & facta eſt portio domini Iacob. Cùm ergo conſtet vnamquamque animam, aut in parte dei, aut in parte eſſe alterius cuiuſlibet: quoniam quidem per arbitrij libertatem poſſibile eſt vnumquemque ex parte alterius tranſire, vel ad partem dei ſi melius (ipſo iuuante) elegerit: vel ſi nequius, ad dæmonum portionem: hinc horum mentio habetur
Pſal.62.c. in pſalmo: Qui in vanum quæſierunt animam iuſti:
Ibidem. partes erunt vulpium: veluti ſi diceret, & peſſimorum & nequiſſimorum dæmonum partes erunt: vt vnaquæque maligna virtus & doloſa, per quam deceptiones & fraudes falſæ ſcientiæ introductæ ſunt, figuraliter vulpes appellentur: & hi qui in hunc errorem dedu E
cuntur, & nolunt acquieſcere ſanis ſermonibus domini noſtri Ieſu Chriſti, & doctrinæ quæ ſecundum pietatem eſt, ſed decipi ſe patiuntur à talibus: iſti talium partes vulpium fient, & introibunt cum eis in inferiora terræ. Ipſi ſunt & illi, in quibus ſecundum euange-
Matth.8.c lium vulpes iſtæ quas ſuprà memorauimus, foueas ha-
& Luc.9.g. bere dicuntur, in quibus filius hominis non habet vbi caput ſuum reclinet. Herodem quoque vulpem nomi
Lucæ.13.g. natum, pro fallaci calliditate credendum eſt. Nam de Samſon qui trecentas vulpes cepiſſe, & colligaſſe per caudas, atque interieciſſe lampades ardentes in medio
Iudic.15.a caudarum, atque immiſiſſe per meſſes Allophylorum, & incendiſſe eas cum ſtipulis & oliuetis, vineisque moratur, valde mihi difficilis formæ huius, vel figuræ videtur explanatio. Tentemus tamen aliqua ex his pul
ſare pro viribus: & ponamus (ſicut expoſitio noſtra in ſuperioribus continet) vulpes eſſe fallaces peruerſoſque doctores. Hos Samſon (qui veri & fidelis imaginem tenet doctoris) capiens verbo veritatis, caudam
F
ad caudam colliget: id eſt, aduerſantes ſibi, & diuerſa à ſe inuicem ſentientes, docentéſque confutet: atque ex ipſorum verbis propoſitiones collectionéſque accipiens, in Allophylorum ſegetem, ignem concluſionis emittat: & ex propriis eorum argumentis, omnes eorum fructus atque vineas & olíueta peſſimæ generationis incendat. Sed & ipſe numerus trecentarum vulpium, quæ à ſemetipſis diuerſæ & diſſonantes erant, triplicem formam indicat peccatorum. Omne enim peccatum aut in facto, aut in verbo, aut in conſenſu mentis admittitur. Verùm ne illud quidem quod in
2.Eſdræ.4. ſecundo libro Eſdræ ſcriptum diximus, penitus omittendum eſt. Vbi cùm ædificarentur ſancta ſanctorum: id eſt, cùm fides Chriſti & ſanctorum eius myſteria conderentur, inimici veritatis, fideíque contrarij (qui ſunt ſapientes huius ſeculi) videntes abſque arte grammatica & peritia philoſophica conſurgere muros euangelij, velut cum irriſione quadam, dicunt perfacilè hoc poſſe deſtrui calliditate ſermonum per aſtutas fallacias & argumenta dialectica. Hæc interim (quantum breuitas potuit pati) de aſſumptis exemplis dicta ſufficiant. Nunc iam ad propoſitum reuertamur. Videtur ergo in

G ergo in Cantico canticorum præceptum dari ab ſponſo,amicis ſibi virtutibus:vt capiant & arguant contrarias poteſtates, quæ inſidiantur animabus hominum, ne exterminent eorum initia fidei, floremque virtutum ſub ſpecie ſecretæ alicuius, & occultæ ſapientiæ: quæ quaſi vulpes in foueis:ita in his hominibus qui ſemetipſos ad hæc ſectanda præbuerint, deliteſcunt: & quò facilius confutari poſſint & argui,dum paruæ ſint vulpes ipſæ,& initia habent peſſimæ perſuaſionis, capi iubentur. Nam ſi fortè creuerint, & maiores fuerint vulpes effectæ:iam nequeant ab amicis ſponſi, ſed ab ipſo fortaſſis ſponſo ſolo capi poterunt. Sed & ſancti quique doctores & magiſtri eccleſiæ, ſicut acceperunt poteſtatem calcandi ſuper ſerpentes & ſcorpiones: ita accipiunt poteſtatem etiam capiendi vulpes. Sic enim data eſt poteſtas eis ſuper omnem virtutẽ inimici:Vna ſine dubio ex cæteris inimici virtutibus eſt vulpes, quæ exterminat vineas florentes:quæque cùm adhuc parua eſt, capi iubetur: ſicut & in centeſimotricesimoſeptimo pſalmo, beatus dicitur qui tenet & allidet paruulos Babylonis ad petram,nec permittit ſenſum Babylonium creſcere in ſemetipſo,& augeri:ſed cùm eſt in initiis,allidit eum,& tenet ad petram,tunc enim facilè perimitur.Sic ergo ordo explanationis percurrat. Capite vulpes nobis puſillas,quæ vulpes exterminant vineas florentes. Quòd autem dicit, nobis:hoc eſt, mihi ſponſo & ſponſæ,vel certè mihi & vobis, qui eſtis ſodales mei.Poteſt autem & ita accipi,Capite nobis vulpes,& poſt diſtinctionem dici, puſillas exterminantes vineas,vt puſillas non tam ad vulpes quàm ad vineas referamus,vt videantur puſillæ quidem vineæ exterminari poſſe,id eſt,paruæ quæque animæ, & initia habentes,non firmæ & robuſtæ lædi poſſe à contrariis potestatibus:ſicut in euangelio dicitur: Si quis ſcandalizauerit vnum de puſillis iſtis : in quo oſtenditur quia ſcandalizari non poteſt grandis & perfecta, ſed puſilla & rudis anima : ſicut in pſalmo dicitur: Pax multa diligentibus nomen tuum, & non eſt illis ſcandalum. Simili ergo exemplo poteſt videri, quòd puſilla quæque vinea, incipiens videlicet anima, poſſit à vulpibus : id eſt, malignis cogitationibus, vel prauis doctoribus lædi : perfecta verò & valida non poſſit. Sed ſi capiantur à bonis doctoribus vulpes iſtæ, & abiiciantur ex anima, tunc proficiet in virtutibus, & florebit in fide, Amen.

Lucæ.10.c. Matt.18.a. Pſal.118.x.

H

Quatuor homiliarum in Cantica canticorum,finis. L

IN IOB PROOEMIVM.

Iob. Eliphaz. Baldad. Sophar.

IOb, qui dolens vel magnus interpretatur, figuram Chriſti portauit. Amici verò eius figuram hæreticorum tenent, qui ſub nomine Chriſti, Chriſtum blaſphemant & impugnant. Heliu verò & Baalam, typum præferunt philoſophorum, qui à foris : id eſt, extra fidem poſiti, inſidiantur eccleſiæ dei. Iſti enim precioſa nomina ſibi imponunt, quaſi ipſi ſint aurum dei, vel præcipui ſpeculatores eius. Eliphaz enim in Latino, dei mei aurum ſonat. Baldad, præcipuus vetuſta ſecreta. Sophar ſpeculator, vel buccina. Hi enim elati pro eo quòd per naturæ bonum, aliqua ſapienter prædicabant, apud ſe iactitantes ſeueritatem, cùm aſſertores ſint mendacij : quia de Chriſto, non vt diuinitati eius, ſed vt ipſorum impietati competit, ſic loquuntur.

COMMENTARII IN IOB. CAPVT I.

VIr erat in terra Huz, nomine Iob. Et erat vir ille ſimplex & rectus ac timens deum &c.) Huz & Buz filij fuerunt Nachor fratris Abrahæ, filij Melchę ſororis Sarę, de cuius ſtirpe Iob deſcendit. Non ſicut quidam falſò ſuſpicãtur de genere eum fuiſſe Eſau, Nam Eliphaz naſcitur de Ada vxore Eſau,& regnauit in Theman,vnde etiam Themanitesdi ctus eſt. Themam, Idumæa, Seir Daroma, Zebora, regio fuit Eſau. Habitauit autẽ Iob vir magnus in terra Huz, quæ interpretatur conſiliatrix. Sed & Elchana, qui interpretatur poſſeſſio dei, pater ſanctiſſimi Samuelis prophetæ, vir vnus appellatur: non enim per diuerſa mobilis atq; inſtabilis ferebatur, ſed firmus atq; inconcuſſus perſiſtens, vir vnus erat: & idcirco in monte Ephraim fructifero morabatur. In alta ſcilicet contẽplatione virtutũ, vt à nullis ſubſacentibus & circunlatrantibus vitiorum agitationibus, mentis eius ſublimitas deiiceretur, vel vnitas ſcinderetur. Proinde hic vir magnus atq; egregius Iob, in terra Huz habitaſſe perhibetur, quæ conſiliatrix interpretatur. Non enim terra carnis eius, animum ipſius ſuperabat, ſed imperantis animi conſilio cuncta faciebat: vnde & ipſe ait: Pepigi fœdus cum oculis meis, vt ne cogitarem quidem de virgine. Hoc ergo conſilium & pactũ quondam ſibi inuicem inierunt, homo eius interior & exterior: vt terra, id eſt, caro eius, obediendo fieret conſiliatrix ſpiritui, ne in ea dominaretur iniqtas. Et qa vir, iuxta diuinum teſtimonium, ſimplex erat: habitans in domo: quatuor his pollebat virtutibus, prudentia, iuſtitia, fortitudine, temperantia. b ¶Offerebat holocauſta per ſingulos. Dicebat enim: &c.) Pro filiis ſuis, quos ita regebat, vt non tam pro præſentibus criminibus, quàm pro occultis in corde peccatis, quę hominum quoq; fugere notitiam poſſunt, diuinam clementiam aſſiduis ſacrificiis exoraret. Priuſ legium verò offerendi primogenitis, vel maximè regibus debebatur: pro excellentia videlicet ſapientiæ vel nobilitate generis. Et quia typum Chriſti Iob ferre diximus, videamus nunc quid terra Huz in Chriſto ſignificet.

Iob ortus. Eliphaz. Huz. Elchana. 1.Reg.1.a. Iob.31.a. Gene.25.d.

I

a VIr erãt in terra Huz, nomine Iob. Et erat vir ille ſimplex & rectus ac timens deum, & recedens à malo. Natiq; ſunt ei ſeptem filij, & tres filiæ. Et fuit poſſeſſio eius ſeptẽ milia ouium, & tria milia camelorum: quingenta quoq; iuga boum, & quingentæ aſinæ, ac familia multa nimis. Eratq; vir ille magnus inter omnes Orientales. Et ibant filij eius, & faciebãt conuiuia per domos, vnuſquiſq; in die ſuo. Et mittentes vocabant tres ſorores ſuas, vt comederẽt & biberent cum eis. Cumq; in orbem tranſiſſent dies conuiuij, mittebat ad eos Iob, & ſanctificabat illos: conſurgensq; diluculò, offerebat holocauſta per ſingulos.

M

A gnificet. Terram hãc, aſſumptũ verum hominem ex Maria intelligimus, quæ ideo filio dei aſſumente eam, conſiliatrix dicitur quod per diuinitatem aſſumentis habitant in ea theſauri diuinæ ſapientiæ & ſcientiæ abſcõditi: quàm ſibi ita indiſſolubili connexione cõiunxit, vt ipſe in trinitate vnus ſit filius dei. Septem verò filij, ſeptiformem ſpiritum ſanctum gratiã: & tres filiæ, legem & prophetiam, & euangelium nobis videntur ſignificare. Oues plebem Chriſti, propter innocentiã, quæ in baptiſmo ſordes peccatorum depoſuerint nominat. In camelis verò, gentium prauitatem, cùm oneri bus criminum & tortuoſis ſenſibus ad Chriſtum venientium oſtendit. In bobus qui mũda animalia ſunt, Iudæorum plebẽ. In aſinis verò immũdum pecus, gẽtium populũ demonſtrauit. Vnde Eſaias ait: Cognouit bos poſſeſſorem ſuum, & aſinus præſepe domini ſui, ſcilicet quòd natiuitatẽ Chriſti in carne & Iudæi ex parte, & gentes agnouerint: & in præſepi altaris domini, quaſi munda animalia perbaptiſmum acceſſerint: fortè ad hoc reſpicit illud euangelij: Iugum enim meum ſuaue eſt, & onus meum leue. In iugo, Iudęos: in aſino, ad quẽ onus magis pertinet, gẽtes, vt ſuprà diximus ſignificauit. Magnus, dicit Chriſtus inter omnes Orientales, ſecundũ illud: Vnxit te deus deus tuus oleo lætitiæ præ conſortibus tuis. Numerus verò animalium in ſeptẽ & tribus milibus, atq; in quingentis ſacratus eſt. Nam ſeptem iuxta authoritatẽ ſcripturarum, plenitudinẽ quãdam ſacri myſterij ſignificãt: vt ibi, Septem ſpiritus, ſeptem candelabra, ſeptem eccleſiæ. In tribus verò milibus: anima & corpus & ſpiritus, vel triformis doctrinæ ſcientia, in ſcripturis ſanctis, ſiue ſacramẽtum beatæ trinitatis poteſt intelligi: pro eo q; omnis multitudo credentiũ, triũ dierum viam ambulans, ad perfectionem æternitatis deſiderat peruenire. Quingenti verò qui de quinq; cõſurgũt quinquiplicati, quinquagitaquinq; faciũt, peractis lubricæ ætatis fragilitatibus, in virum perfectũ hominem tranſiſſe ſignificant: & per decies quinosquiquaginta perueniunt, ita per decies quinquagenos ad quingentos aſcendũt. Similiter eccleſiam totam, quæ columnã & firmamentum veritatis Chriſti figurat: in qua ſenſus noſtri, vel purificationẽ, vel remiſſionem peccatorum accipiunt: quia in iſto numero nõ ſolum remiſſio peccatorum, ſed D etiam aduentus ſancti ſpiritus declaratur. Filij verò dei, vel angeli, vel ſancti intelligẽdi ſunt, qui dono gratiæ ſpiritus ſancti filij dei vocãtur. Inter hos ergo diabolus aſtare dicitur: quia ex permiſſione dei plerunq; ſactos audet tentare. Miranda filiorũ Iob tam fraterna cõcordia. Sed quia Iob typum Chriſti portare oſtendimus: hos inferius per figuram ſeptem gratiaseccleſię eſſe dicimus, qui ſpirituali funguntur ſacramẽtorum cõiunio, legẽ, prophetiam, & euangelia: quaſi tres ſorores ſecum habentes, diuinorum eloquiorũ intelligentiæ dapibus ſaturantur. In ruina verò domus, quæ oppreſſit filios Iob, antiquorum principum, regnorum perſecutionẽ vel ſęuitiam cõtra eccleſiã oſtẽdit. Qui verò ſolus permanſitve nunciaret, raritatem ipſorũ pſecutorũ indicat. Sabæi interpretantur captiui, & Chaldęi quaſi dæmonia: hi nempe captiui dæmonum impugnant eccleſiã: hi non ſolum vbi poſſunt, abigũt greges dominicos, verumetiam eos igne ſuo, quem cœli eſſe mẽtiuntur, hæreſibus vel ſuperſtitionis prauitate conſumũt. Preſentiæ etiam regum ventiviolẽtiſſimi, ſimilitudine violẽte, quatuor euangeliis velut angulis coſirmatam, Chriſti domum cõcutiunt: vt prędicti ſeptem filij, & tres filiæ pariter cũ ipſa domo intereant. a ¶Tunc ſurrexit Iob, & ſcidit &c.) Surrexit ad tolerantiam patientiæ. Nam & Iob: id eſt Chriſtus, ad pacẽ dãdam eccleſiæ ſurrexit, vt geſtũ ſignificet vindictæ. Veſtimenta verò ſcidit: fideles ab infidelibꝰ ſeparauit. Procidit in terram, cùm ſe de forma dei vſq; ad formam ſerui exinaniuit. Nudꝰ egreſſus eſt de vtero matris ſuæ, nulla vidélicet ſorde peccati originalis aſperſus. Ex perſona hominis ait: Dominus dedit, & dominus abſtulit. Dedit pater bonos in hæreditatem, & malos à regno filij ſui ſecluſit. b ¶In omnibus his non peccauit Iob labiis &c.) Hoc ait: quia ſtultè loqui non potuit ſapientia patris: neq; peccatum committere immaculatus agnus.

Coloſſ.2.a Matt.11.d. Pſal.44.b. Septimus numerus. Apoc.1.d. Philip.2.a. Sabæi. Chaldæi.

B C E F

Cap. II.

c FActũ eſt autem cùm quadam die veniſſent fi. &c.) Non quòd deus ignoret, ſed vt

a b

gulos. Dicebat enim: Ne fortè peccauerit filij mei, & benedixerint deo in cordibus ſuis. Sic faciebat Iob cunctis diebus. Quadam autẽ die cùm veniſſent filij dei vt aſſiſterent coram domino: affuit inter eos etiam Satã. Cui dixit dominus: Vnde venis? Qui reſpondens ait: Circumiui terram, & perambulaui eam. Dixitq; dominus ad eum: Nunquid cõſideraſti ſeruum meum Iob, quod nõ ſit ei ſimilis in terra: homo ſimplex & rectus ac timens deum & recedens à malo? Cui reſpondens ſatã, ait: Nunquid fruſtra Iob timet deũ? Nonne tu vallaſti eum ac domum eius vniuerſamq; ſubſtantiam eius per circumitũ? Operibus manuum eius benedixiſti, & poſſeſſio eius creuit in terra. Sed extẽde paululum manum tuam, & tange cũcta quæ poſſidet, niſi in faciẽ benedixerit tibi. Dixit ergo dominus ad ſatan: Ecce vniuerſa quæ habet, in manu tua ſunt: tãtum in eũ ne extendas manum tuam. Egreſſusq; eſt ſatã à facie domini. Cùm autem quadam die filij & filiæ eius comederẽt & biberẽt vinum in domo fratris ſui primogeniti: nuncius venit ad Iob qui diceret: Boues arabant, & aſinæ paſcebãtur iuxta eos, & irruerunt Sabæi: tuleruntq; omnia, & pueros percuſſerunt gladio, & euaſi ego ſolus vt nunciarem tibi. Sed adhuc ille loquẽte, venit alius & dixit: Chaldæi fecerũt tres turmas, & inuaſerunt camelos, & tulerunt eos: necnõ & pueros percuſſerunt gladio, & ego fugi ſolus vt nunciarem tibi. Adhuc loquebatur ille, & ecce alius intrauit, & dixit: Filiis tuis, & filiabus veſcentibus, & bibẽtibus vinum in domo fratris ſui primogeniti, repentè ventus vehemens irruit à regione deſerti: & concuſſit quatuor angulos domus, quæ corruẽs oppreſſit liberos tuos, & mortui ſunt, & effugi ego ſolus vt nunciarem tibi. Tũc ſurrexit Iob, & ſcidit veſtimenta ſua: & tonſo capite corruens in terram, adorauit & dixit: Nudus egreſſus ſum de vtero matris meæ, & nudꝰ reuertar illuc. Dominus dedit, dominus abſtulit: ſicut domino placuit, ita factum eſt: ſit nomen domini benedictum. In omnibus his non peccauit Iob labiis ſuis, neque ſtultum quid contra deum locutus eſt.

Caput II.

c FActũ eſt autem cùm quadam die veniſſent filij dei, & ſtaret coram domino: veniſſet quoq; ſatan inter eos, & ſtaret in cõſpectu eius, vt diceret dominus ad ſatan: Vnde venis? Qui reſpondẽs ait: Circumiui

Satan. G sed vt nos doceat, quid respon-
derit satan, q interpretatur ad-
uersarius. a ¶Videntes autē
plagam eiꝰ &c.) Nam & omnes
hæretici Christi amicos se esse
dicunt, cuius se sanguine redem
ptos gloriantur. Et postmodum
inimici efficiunt eius, impugnā
do ecclesiam suam. Quòd autē
videntes plagam eius: sciderunt
vestimenta, & miserunt puluerē
super caput suum: illos hæreti-
cos significat, qui Christum in
gloria cœlesti deum credūt: in-
carnationem & passionem non
credunt, sed opprobriis & humi
liatione eius offensi, in blasphe-
miam erumpentes, fidem scin-
dunt, atq; à corporis vnitate dis
cedunt. Et puluerem mittentes
super capita sua: terreno & mor
tuo sensu, corda sua operiūt at-
q; obruunt. Omni etiam tempo
re vitæ suæ, quæ in septem die-
bus ac noctibus cōtinetur: indi
H gnum os suum confessione diui
na, muta infidelitatis improbi-
Psal.63.c. tate condemnant: & obstruetur
os loquentium iniqua.

Cap. III.

POst hęc aperuit Iob os su
um, & maledixit diei suo,
&c.) Post hęc sicut ait scri
ptor huiꝰ historię, quem Moy-
sem esse tradit opinio: Aperuit
Iob os suum, & maledixit diei
suo, dicēs: Pereat dies in qua na
tus sum: & nox in qua dictū est:
Cōceptus est homo. Iob q typū
habuit saluatoris in se, humani
generis mortalitatem defleuit:
quæ propter peccatū ex dei iu-
sta sententia, homini inflicta est.
Pereat dies in qua natus sum: re
deat per Christum immortali-
tas, quam Adam reatu præuari
cationis amisit: & abeat mors à
me, quam alio delinquente con
Hiere.20.d traxi. Et Hieremias: Maledicta
I dies, in qua natꝰ sum. Vnde nul
li dubiū est, quòd hi omnes præ-
uaricationem Adæ detestētur.
Spiritualiter ergo dies cum sua
nocte: diabolꝰ & mortalitas pos
sunt intelligi: non quia dies sit,
sed quia fuerit quando perma-
nebat cum deo, à quo recedens
factꝰ est nox: vel quia impijs ac
peccatoribus, in hac prosperita
te & fœlicitate gaudentibus, di
es esse videatur. Vnde dicitur.
c ¶Auferet ab impijs lux sua.
Non requirat &c.) Hoc est, ne
fiat eius memoria ante deum in
bonum. d ¶Non illustret lu-
mine.) Recognitionis dei, vel
pœnitentiæ. e ¶Obscurēt eū
tenebræ, &c.) Tenebræ, pecca-
ta sunt & inuidia. f ¶Occupet
eum caligo.) Id est, cæcitas
cordis. g ¶Noctem illā te-
nebrosus &c.) Quia ad amari-
tudinem prouocat deū, sicut &
cæteri satellites eius, furore ire K
dei apprehensus: circundetur
omnibus malis, & inuoluat. No
ctem illā tenebrosus turbo pos
sideat: id est, diabolus, qui diem
fœlicitatis homini abstulit, &
noctem inquietæ vitæ turbulē-
tus inuexit. h ¶Non computet in diebus anni.) Annus Chri
stus intelligitur, qui in se cūcta
reuoluit & continet. In huiꝰ er-
go diebus anni, nō computetur
diabolus: id est, sanctorū nume
ro non coniungatur. i ¶Nec
numeretur &c.) Menses hoc lo
co sanctos apostolos rectè intel
ligimus, q vt ligna paradisi, spi-
rituales ecclesiæ afferūt fructꝰ.
k ¶Sit nox illa solitaria, &c.)
Apostolorum scilicet prædica-
tione, vbi dies salutis agnoscit, Lucæ.8.
quam Abraham vidit, & lætatꝰ
est. l ¶Maledicant ei q̄ male-
dicunt diei, &c.) Sancti vtiq;
diei prævaricatiōis mortis suæ L
cum detestatione maledicunt: q
non seruiendo vitiis, suscitāt cō
tra se draconem, fortissimū scī-
licet hostem. m ¶Obtenebrē
tur stellæ &c.) Peccatores scili
cet q in nocte, sęculi diuitiis &
honore lucere se putant: cæcita
tis caligine tenebrentur, & me-
rito suo, euangelij lumen nō vi-
deant. n ¶Expectet lucem, &
non videat.) Nec nox prævari-
cationis & mortis, in qua diabo
lus regnum tenet, potest lumen
redemptoris Christi cognosce
re: neq; illi qui in ea nascuntur,
nisi eam per baptismum renati
destruxerint. o ¶Nec ortum
&c.) Resurrectionē Christi si-
gnificauit: vnde in psalmo, vigi
lia matutina dicit. p ¶Quia
non conclusit ostia vētris &c.)
Sub persona sua, humani gene-
ris plangit miserias: quare ite-
rum moriturus, mala istius vitæ
patiatur: quare mortalem ipsa M
mors non extinxerit in vtero?
q ¶Nunc enim dormiens file-
rem, &c.) Principes, & reges, &
consules, & si in inferno squalo
res tartareos patiuntur: nunc ta
men in corporibus suis tormen
ta non sentiunt: horum mortem
mihi venire hac conditione vo
luissem. r ¶Aut sicut abor-
tiuum absconditum &c.) Variis
modis & exemplis dicit, quòd
pœnas istas in quibus erat non
debuerat pati. Quare non invl
ua mor-

Circumiui terram, & perambulaui eam. Et ait dominus ad satan: Nunquid considerasti seruum meum Iob, quòd non sit ei similis in terra: vir simplex & rectus, ac ti mens deum, & recedens à malo, & adhuc retinens innocentiam? Tu autem commo uisti me aduersus eum, vt affligerem eum frustrà. Cui respondens satan ait: Pellem pro pelle, & cuncta quæ habet homo da bit pro anima sua: alioquin mitte manum tuam, & tange os eius & carnem: & tunc videbis quod in faciem benedicat tibi. Di xit ergo dominus ad satan: Ecce in manu tua est: veruntamen animam illius serua. Egressus est igitur satan à facie domini: & percussit Iob vlcere pessimo à planta pedis vsq; ad verticem eius: qui testa sa niem radebat, sedens in sterquilinio. Di xit autem illi vxor sua: Adhuc tu permanes in simplicitate tua? benedic deo, & morere. Qui ait ad illam: Quasi vna de stultis mulieribus locuta es: Si bona susce pimus de manu domini, mala quare non sustineamus? In omnibus his non peccauit Iob labiis suis. Igitur audientes tres amici Iob omne malum quod accidisset ei venerūt singuli de loco suo, Eliphaz Themanites, & Baldad Suites, & Sophar Naamathites. Condixerant enim vt pariter venientes visitarent eum, & consolarentur. Cumq; eleuassent procul oculos suos, non cognouerunt eum. Et exclamantes plorauerunt: scissisq; vestibus sparserunt
a puluerem super caput suum in cœlum. Et sederunt cum eo in terra septem diebus, & septem noctibus, & nemo loquebatur ei verbum. Videbant enim dolorem esse vehementem.

Cap. III.

b POst hæc aperuit Iob os suum, & maledixit diei suo, & locutus est: Pereat dies in qua natus sum, & nox in qua dictum est: conceptus est homo. Dies illa
c vertatur in tenebras. Non requirat eum
d deus desuper, & non illustretur lumine.
e Obscurent eum tenebræ & vmbra mor-
f tis. Occupet eum caligo, & inuoluatur a-
g maritudine. Noctem illam tenebrosus tur
h bo possideat. Non computetur in diebus
i anni: nec numeretur in mensibus. Sit nox
l illa solitaria, nec laude digna. Maledicant ei qui maledicunt diei: qui parati sunt sus
m citare Leuiatan. Obtenebretur stellæ caligine eius. Expectet lucem, &
o non videat: nec ortum surgentis auroræ. Quia non conclusit ostia ven
p tris qui portauit me: nec abstulit mala ab oculis eius. Quare nō in vul
ua mortuus sum? Quare egressus exvtero nō statim perij? Cur exceptꝰ
q genibꝰ? Cur lactatꝰ vberibꝰ? Nūc enī dormiēs silerē, & somno meo re
qescerē cū regibꝰ & cōsulibꝰ terræ, q ædificāt sibi solitudines: aut cū prī
r cipibꝰ q possidēt aurū, & replēt domos suas argēto. Aut sicut abortiuū absconditum

A ua mortuus sum? Et deinceps aſt: Nunc autem dormiens silerem, & somno meo requieſcerem cum regibus & conſulibꝰ. Fortè exemplum contra eos eſt, qui dicunt non reſurrecturos, niſi qui iuxta naturæ ordinem nati fuerint. Si enim concepti moriūtur in vtero, neceſſe eſt, quia viui fuerit: & quicquid moritur, haud dubiē quia reſurget. Ita quod in membris fuit & vixit, & natura minusdederit: hoc reſurrectione in integrum reparabitur: ſic enim humani generis inſtauratio in melius totum reddet, quod natura fraudauerat. Dicit etiam abortiua, quæ in natura humana degenerata ſunt, à pœnis eſſe alie
a na, quæ ſibi ſolitudines magis quàm domus ædificant. Habitat enim diabolus in ciuitatibꝰ deſolatis, & in domibus deſertis: non habentes hoſpitem deū, & poſſident aurum, vt ſunt philoſophi, & alij ſapientes huius mundi, fulgorem boni ingenij, ſplendoremq; eloquij.

B a ¶Ibi impij ceſſauerunt à tumultu.) Procul dubio in inferno. Et ſicut ſeptuaginta tranſtulerunt, ibi impij depoſuerunt furorem ſuum: id eſt, typhus & ſuperbia, cùm ſæuitia in hoc ſeculo gloriantium, humiliata eſt in inferno. b ¶Et ibi requieuerunt feſſi robore.) Sicut alia habet tranſlatio: ibi requieuerunt fatigati corpore: ab oppreſſione vtiq; & miſeria, labore etiam iſtius mundi liberati. c ¶Et quondā vincti pariter ſine moleſtia.) Vincientes & quondam vinctos in inferno, dicit pariter habitare, ſine iniuria tamen & moleſtia vinculatorum: non ita vt iſtic vbi præter pœnas, captiuitate vel ſeruitute dura: diuerſis etiam aliis calamitatibus, homines obligantur, dominatu & iniuſtitia iniquorum. d ¶Nō audierunt vocem exactoris.) Iuſſa imperantium vel iniquè exi-
C gentium, non verentur.
e ¶Paruus & magnus ibi ſunt, & ſeruus & liber à domino ſuo. Quare miſero data eſt lux, & vita his qui in amaritudine animę ſunt? &c.) Cùm ſit ergo vt video in inferno æqualitas perſonarum: & nullus de alterius dominatione formidat: cur mihi miſero data eſt lux iſta, & vita ſimilis eis: qui in amaritudine animæ ſuæ ſunt, cùm meliora ſint inferorum ergaſtula, quàm iſtius mundi miſerabilis vita cruciatibus plena: vbi præ anguſtijs homines mortem quærunt, & magno deſiderio, vt veniat, expectant. Exemplum egregium adhibuit, dicens: Quaſi effodientes theſaurum: quia nimirum vtiq; gratulantur, cùm optatam ſibi inuenerint ſepulturam.
f ¶Viro cuius abſcondita eſt vita, & circundedit eum deꝰ tenebris.) De ſe dicit: ſic itaq; incedebam in mandatis dei, credēs quòd mihi fructus iuſtitiæ meæ reſponderet, ſed abſconditum eſt meritum vitæ meæ: & pro hoc pœnarum tenebris circundatus ſum: ita vt illud bonum mihi ſubtractum ſit, & hoc malum appoſitum. Quòd autem pœnas tenebrarū nomine dixerit: audi quid ſequitur. g ¶Antequam comedam ſuſpiro: & quaſi inundantes aquæ, ſic rugitus meus.) Inter cęteros cruciatus, etiam hanc ei diabolus infirmitatem inflixerat, quàm infirmitatem medici bolimiodes appellant: quæ infirmitas talem habere dicitur pœnam, vt ante cibum D torqueatur ægrotus, & ſint ei poſt cibum indeſinentes dolores. Vnde dicit: Quaſi inundantes aquæ, ſic rugitus meus.
h ¶Quia timor quem timebam euenit mihi.) Timebam enim peccando lædere deum, & ille offenſus, iram iuſtitiæ ſuę in me exercet. Sed quid profuit cauiſſe à peccatis: quandoquidem vt reus omnium peccatorum diſcrucior? Sequitur.
i ¶Et quod verebar accidit.) Aliis verbis ipſū repetit, quod ſuperius dixerat. Pro conformatione dicti ſolent in ſcripturis talia iterari. Non arroganter hæc dicit, vt faciat deo iniuriam: ſed conſcientiæ merito liberè loquitur. k ¶Nonne diſſimulaui? &c.) Non reddendo retribuentibus mihi mala.
l ¶Nonne ſilui?) Vt non delinquerem in lingua mea, poſui ori meo cuſtodiam. m ¶Non ne quieui?) Sciens cùm ſurrexerit in iudicio deus, quòd ſaluos facturus ſit omnes manſue- E
k rebar accidit: nonnē diſſimulaui? nonnē
l ſilui? nonnē quieui? Et vēnit ſuper me
m indignatio.

Caput IIII.

n REſpondens autem Eliphaz Themanites, dixit: Si cœperimus loqui tibi, forſitan moleſtè accipies. Sed cōceptum ſermonem tenere quis poterit?
p Eccē docuiſti multos, & manus laſſas roboraſti. Vacillantes confirmauerunt ſermones tui: & genua trementia confortaſti. Nunc autem venit ſuper te plaga, & defeciſti: tetigit te, & conturbatus es. Vbi
q eſt timor tuus, fortitudo tua, patientia tua
r & perfectio viarum tuarum? Recordare obſecro te: quis enim vnquam innocens periit, aut quando recti deleti ſunt? Quin potius vidi eos qui operantur iniquitatem, & ſeminant dolores, & metunt eos, flante deo periſſe, & ſpiritu iræ eius eſſe

abſconditum non ſubſiſterem: vel qui cō
a cepti non viderunt lucem. Ibi impij cēſ-
b ſauerunt à tumultu, & ibi rēquieuerunt
c feſſi robore, & quondām vincti pariter
d ſine moleſtia. Nōn audierunt vocem ex-
e actoris. Pāruus & magnus ibi ſunt: & ſer
uus & liber à domino ſuo. Quare miſero
data eſt lux: & vita his qui in amaritudine animæ ſunt? Qui expectant mortem & non venit, quaſi effodientes theſaurū: gaudēntq; vehementer cùm inuenerint
f ſepulchrum. Virō cuius abſcōdita eſt via,
g & circundedit eum deus tenebris. Antē
quam comedam, ſuſpiro: & quaſi inun-
h dantes aquæ, ſic rugitus meus: quia à timor
i quem timebam euenit mihi: & quòd ve-
k rebar accidit: nonnē diſſimulaui? nonnē
l ſilui? nonnē quieui? Et vēnit ſuper me
m indignatio.

Caput IIII.

o REſpondens autem Eliphaz Themanites, dixit: Si cœperimus loqui tibi, &c.) Concepta ergo verba ædit in iniuriam audientis, & dicit ita.
p ¶Ecce docuiſti multos.) Id eſt, quamplurimos ſolertia tua, & bonitate ab erroribus reuocaſti. q ¶Et manus laſſas roboraſti.) Iſta ergo in ſanctum Iob cum irriſione dicuntur: & iſtum habent ſenſum, ſi hæc & hæc feciſſes quæ dixi, nunquam in hæc tam mala ad exemplum mortalium incidiſſes, quia deum rerum omnium conditorem bonum ſcimus & iuſtum. r ¶Recordare, obſecro te: quis enim vnquam innocens periit, aut quando recti &c.) Ergo ignoras Abel in principio innocentem occiſum, & Abra- Gene.4.b. Ibidē.12.d.
ham patriarcham propter vxorem ſuam fuiſſe periclitatum: & hæc non diſcernens, generaliter das ſententiam, vt cùm alij hominum flagellentur à domino, vt emendentur, alij vt probentur de quibus iſte eſt, cur huic velut reo pœnam exprobras, quin potius eos qui operabantur iniquitatem flante deo periſſe: id eſt, vt iudici ſententia velut vento vehementiſſimo ſublatos à ſpe æternæ vitæ.

¶Rugitus

G a ¶Rugitus leonis & vox leænæ,& dentes &c.)In rugitu leænæ & voce,sæuitiam deprædantis voluit significare. b ¶Tigris periit, eo quòd non haberet prædam,& catuli leonis dissipati sunt,&c.) In tigri velocitatem eius ad spoliandos homines,prædamq; ex eis capiendam describit:cuius etiam catuli similes ei⁹ dissipati sunt & interempti.In alia æditione ,p tigri, myrmicoleon:id est,formica & leo,quem nos versus diabolum dixerimus: qui quando prædam agit, de sanctis tanquam de maioribus rebus, vt leo habendus est: quando verò minima quærit auferre,formica dicendus est.Et quia sicut formica grana de area,ita ille cogitationes bonas aufert de cordib⁹ hominum. c ¶Et quasi furtiuè suscepit auris meavenas susurrij eius,&c.) Id est, latenter ad aurem cordis mei:virtus sententiæ velut quodam spiramine penetrauit. d ¶Ecce qui seruiunt ei non sunt stabiles, & in angelis suis reperit prauitatem,&c.) Dicitur quidem diabolo, qui quondam sanctus angelus fuit,quòd in veritate non steterit, & ab illa sublimitate angelica propriavoluntate deciderit:sed tamen non est contínuò generale:vt sicut in illo,ita & in omnibus angelis inueniatur prauitas,quę est peccatum. Omnis enim natura,sine dubio creata,capax peccati est:vt apparuit in angelo de quo dixi: quia in veritate non stetit: tamẽ per donum & gratiam creatoris sui, ita in amorem charitatis illius tranſierunt: vt iam nec velint peccare,nec possint.

I e ¶Qui terrenum habent fundamentum,consumentur velut à tinea.) Si domus luteæ sunt corpora nostra: fundamentum domorum nostrarũ,vitam hanc temporariam esse credendum est:qua subtracta, domus luteæ ruunt in mortem. f ¶De mane vsque ad vesperam succidentur,&c.) In vno die, totam vitam hominum monstrauit, quæ in mundo vernat.In paruulis floret,in iuuenibus conualescit, & roboratur matura ætate:in senioribus,tanquam in fructibus, & postremum in decrepita senectute conficitur, quam hic vesperam appellauit. Vnde est illud in psalmo: Mane sicut herba transeat: & reliqua: decidit in morte, induratur in cadauere.

Pſal.89.b.

Caput V.

VOca ergo&c. Vidi stultum firma radice, & maledixi pulchritudi-

a eius esse consumptos. Rugitus leonis,& vox leænæ,& dentes catulorum leonum
b contriti sunt. Tigris periit, eo quòd non haberet prædam,& catuli leonis dissipati sunt. Porrò ad me dictum est verbum
c absconditum:& quasi furtiuè suscepit auris mea venas susurrij eius. In horrore visionis nocturnæ quando solet sopor occupare homines:pauor tenuit me,& tremor,&omnia ossa mea perterrita sunt.Et cùm spiritus me præsente transiret,inhorruerunt pili carnis meæ.Stetit quidam cuius non cognoscebam vultum,imago coram oculis meis,& vocem quasi auræ lenis audiui.Nunquid homo dei comparatione iustificabitur:aut factore suo purior
d erit vir?Eccẽ qui seruiunt ei non sunt stabiles,& in angelis suis reperit prauitatẽ. Quanto magis hi qui habitant domos lu
e teas,qui terrenum habent fundamentum,
f consumentur velut à tinea.Dẽ mane vsq; ad vesperam succidentur: & quia nullus intelligit,in æternum peribunt. Qui autem reliqui fuerint,auferentur ex eis:morientur,& non in sapientia.

Caput V.

g VOcã ergo si est qui tibi respondeat: & ad aliquem sanctorum conuertere. Virum stultum interficit iracundia:& paruulum occidit inuidia. Ego vidi stultum firma radice,&maledixi pulchritudini eius statim.Longè fient filij eius à salute,& conterentur in porta,& nó
h erit qui eruat. Cuius messem famelicus comedet:& ipsum rapiet armatus, & bibent sitientes diuitias eius. Nihil in terra sine causa fit:& de humo non egredietur
i dolor. Homo nascitur ad laborem:& auis advolatũ.Quamobrẽ ego deprecabor dominum:& ad deum ponam eloquium
k meum. Qui facit magna & inscrutabilia: & mirabilia absq; numero.Qui dat pluuiam super faciem terræ:& irrigat aquis vniuersa.Qui ponit humiles in sublime:&
l mœrentes erigit sospitate.Qui dissipat cogitationes malignorum,ne possint imple
m re manus eorum quod cœperant.Qui ap prehendit sapientes in astutia eorum : &
n consilium prauorum dissipat. Per diẽ incurrent tenebras:& quasi in nocte sic pal
p pabunt in meridie.Porro saluum faciet egenum à gladio oris eorum : & de manu
q violenti pauperem.Et erit egẽo spes:iniquitas autem contrahet os suum. Beatus homo qui corripitur à domino. Increpationẽ ergo domini ne reprobes:quia ipse vulnerat & medetur:percutit, & manus eius sanabunt.In sex tribulationibus liberabit te:

ni eius statim.) Stultum dicit, K
qui de suis meritis gloriatur. Sed hic pulchritudinem,nomine falsæ fœlicitatis appellat: quæ maledicenda est, & execranda est: quia eam sequitur interitus sempiternus.
h ¶Cuius messem famelicus comedet, &c.) Sitientes, famelici, & armati: diabolus & sui possunt intelligi, qui potestatem accipiunt à deo, vt vastent iniquos: vel sitientes hominum mortem, omne scilicet bonum naturæ: & quod nomine diuitiarum dictum est, ab eis velut hausturn poculum absorbetur: vel homines iniqui, qui premunt subiectos. i ¶Homo nascitur ad laborem, & auis ad volatum.) Id est, labor hominem monet, vt ab omnibus vitiis castigatus incedat.
k ¶Qui facit magna & inscrutabilia,&c.) Vt in filio dei homoChristus sit deus,& per eum ecclesia. l ¶Qui dissipat cogitationes malignorum,&c.) Iudæorum videlicet,qui Christum putauerunt extinguere,& nomen eius delere de terra.Vel in martyribus persecutorum ecclesiæ aduersantium dissipauit cogitationes: sicut Herodis in Petro. Et aliter: Non implent Act.12.a.
manus eorum quo volunt, quia alij eorum liberantur ad tempus:alij verò per ianuam mortis introducuntur ad vitam: & istos,& illos saluabit deus. Illos apertè liberando,hos occultè coronando. m ¶Qui apprehendit sapientes &c.) Philosophos scilicet, vel Iudæos doctrina apostolica conuincẽs, & ad nihilum errores eorum redigens. n ¶Per diem incurrent tenebras). Dies erat Iu M
dæis, de regno, sacerdotio, lege, vnius etiam dei religione gloriantibus:sed non credentes in Christo, tenebras perfidiæ inciderunt. o ¶Et quasi in nocte sic palpabũt in meridie.) Vtiq; prosperitatis suæ:quæ cũ solitò circa fœlicessæculi huius splendore vanę gloriæ amplius fuerit, qua se longa securitate munitos,putabant eam vsq; ad ætatis suæ vesperam possessuros:in tribulatione subita, quæ noctis nomine dicta est,stupore nimio,in angustiis coarctati, mortis etiam timore perculsi, palpare dicuntur, perditi vtiq; consilio quid facerent ignorantes. p ¶Porro saluum faciet egenum,&c.) Christum à blasphemiis Iudæorum : qui a lingua eorum gladius acutus fuit, dicendo, crucifige eum.
q ¶ Et erit egeno spes &c.) Ioan.19.
Resurrectionis Christi virtutem osten-

A tem ostendit. a ¶De manu gladij.) Sed videamus ne forte gladium peccatum dicat,dimicans contra animam hominis,vt eam sibi acquiescentem prosternat. Quod peccatum
Ezec.33.b. gladij nomine dicitur per prophetam,vt ait:Speculator si viderit gladium venientem. b ¶A flagello linguæ absconderis, & non timebis calamitatem cùm venerit.) Si conuersus fueris ad deum, interiora tua, gladij verborum, per linguam iaculati non penetrant:& calamitates,vel mala quæ à deo irrogantur peccatoribus,non timebis. c ¶In vastitate & fame ridebis.)Ridebis,dixit:pro, exultabis atq; gaudebis: & lætꝰ eris,cùm alios videris fame affici,siue præsenti,siue etiam intellectuali. d ¶Et bestias terræ non formidabis.) Hæc septima extremaq; tribulatio.Bestiæ terræ,possunt & ista animãtia,quę sunt sine ratione intelligi:quib⁹ ad deuorandum homines dãtur
B in potestatem,& homines mali, bestiæ appellantur,mores habẽtes similes moribus bestiarum: contra quas pugnasse se Ephesi dicit Apostolus:Non formidabis ergo,inquit,hoc malum,cũ
1.Cor.15.d. correptus à domino,viam emendationis intrauerit. e ¶Sed cum lapidibus regionum pactum tuum.) Lapides per metaphoram,homines dixit stabiles & quietos,qui sunt vtiq; iusti& sancti:hi nanq; in modum lapidum firmi in deo sunt, per regiones varias constituti. Cum his itaq; habebis pactum solidę charitatis,vt ab eis nunquam te aliqua tribulatio possit auellere. f ¶Bestiæ terræ pacificæ erunt tibi.)Homines videlicet quondam feri & mali,in innocentia vt oues effecti:nomen tamen pristinum retinentes, sicut de Matthæo euangelista dicitur:Matthæus publicanus.
Lucæ.5.f. C g ¶Et scies quod pacem habeat tabernaculũ tuum.) Ab istis omnibus quibus velut ab hostibus expugnatur tabernaculum, vel habitatio,siue domus corporis tui. h ¶Et visitans speciem tuam non peccabis.) Hoc dicit: Hominis tui speciem ô Iob,vt diuina visitatione dignam exhibeas peto:ac habitationis & habitantis nomine, totum integrum hominem signauit. i ¶Et scies quoniam multiplex erit semen tuum, & progenies tua quasi herba terræ.)Spiritualiter de omnibus sanctis dictum sentire possumus,quod filios in operibus bonis habeant.Isti tales filij cogitationum semine concepti, pariuntur in opera,& sancti huius generationis multitudine gloriantur: quoniam talibus magis quàm carnalibus filiis deo placere voluerunt.Potuit ergo Eliphaz,quasi consilium dans Iob,ita dicere:Si conuersus ad deum fueris, ita vt te tuorum operum antiquorum pœniteat, cordis tui virtutibus,velut seminibus abundabis.De quibus opera bona, tanquam sanctitatis filios poteris procreare:ita vt progenies operum tuorum multitudini herbarum virescentium comparetur:quarum radices, si spe intus habeas in corde defixas:terra tua flores cum fructibus germinabit. k ¶Ingredieris in abundantia sepulchrum, sicut infertur aceruus tritici in tempore suo.) Consummatis annis prouectæ ætatis,plenusq; dierum in tumulum positus requiescęs,vt intẽ

D pore iusti iudicij dei,à sordibus peccatorum minimis & leuibus purgatus inueniaris: velut triticum quod coaceruatur in aream. l ¶Ecce hoc vt inuestigauimus,ita est,&c.) Hoc dicit quæcunq; à me tibi dicta sunt, diligenter inuestigata vera noueris: quæ ipse ad emendationem tuam, debes corde percipere.

Caput VI.

m REspondens autem Iob, dixit: Vtinam appẽderentur peccata mea q̃b⁹ iram merui,&c.) Dicitis me peccatis meis faciẽtibus ista pati:propter quod velim vt peccata contra calamitatẽ hanc quã patior pensarentur,& illico videretis:quia hęc ipsa calamitas velut arena maris,supra horum peccatorum merita ponderaret. n ¶Quia sagittæ domini in me sunt,&c.) Hic potestvideri,quod superius sagittarum nomine vermes dixerit:à quib⁹ tum indefinenter pungebatur, nec loqui permittebatur : non quod vermes talem sensum habuerint,vt hoc iudicio facerẽt, E
sed permissu dei, à potestate aduersaria:vt acriores essent,etiã ipsis motibus agebant:sicut locustæ,muscæ & ranæ in Aegypto. Quod autem dixit, terrores domini militant contra me: potest ipse diabolus cum suis intelligi:qui adhibitis cruciatibus,vt cæderet Iob:& vt innocentiam sanctitatemq; amitteret,insuper terroribus minabatur:quod etiam multi persecutores, ministri diaboli, sanctis martyribus facere voluerunt. Obsederunt in gyro tabernaculum meum. Ecce hic manifestè ostendit,quòd velut hostes inimiciq; diaboli,& sui acriter militarent: hi enim maligni spiritus,diuerso modo accipiunt potestatem:ad aliorum quidẽ dãnationem,aliorum verò emen- F
dationem, aliorum autem probationem: qui de suis moribus vel ministerio,mali siue terrores, vel etiam latrones nuncupantur.Omnia dedit in manibus eorum : id est,prædonum. Omnia vtiq; quæ habui,siue filios meos,siue substantiã:sicut & meipsum dedit deus in manibus diaboli,siue suorum satellitum. o ¶Nunquid rugiet onager cùm habuerit &c.) Sicut enim illa cùm vel abundant pabulis,nullam quasi querelarum vocem emittunt,vt pabuli inopiam protestentur:simili modo,inquiens,& ego si pacem & quietem potiusquàm bellum haberem in membris, & in anima mea:nullum sermonem amarum asperúmve proferrem. p ¶Aut poterit comedi insulsum,quod non est sale conditum.)Quomodo ratio non sinit naturalis, vt quicquam insulsum comedi possit:ita ego nihil insulsum,nihil stultum contra deum, nihil quod non fidei sale conditum esset, operatus sum.
q ¶Aut potest aliquis gustare,&c.) Sicut enim nemo mortiferum aliquod comedit, vt vitæ suæ inimicus sit: ita ego peccatum contingere pertimescebam. r ¶Quæ prius nolebat tangere anima mea:nunc præ angustia cibi mei sunt.) Hoc est,verbis nunc pascor asperis & amaris,quæ mihi immensitas pœnalis extorquet. Hæc enim timebam meo ore depromere,quando in sanctitate & iustitia cum pace quietè viuebam.Sed & prætereundum non est: quia hoc quoq; in-

G ter cæteras pœnas passꝰ sit Iob: vt etiam cibi ei fœtidi viderentur, sicut est odor leonis, feralis vtiq; & nimium horridus: qui odor cùm de eius visceribus erumperet: escæ suæ ei id sapiebant, q suarum spirabãt interna febrium: quod ipse ostendit vbi dicit: Interiora mea efferbuerunt absq; vlla requie: id est iam decocta sunt, & putrefacta.

a ¶Quis det vt veniat petitio mea, &c.) Hæc mihi sit consolatio, vt finem pœnæ vel cruciatuum meorum, remedia mortis obtineam.

b ¶Et qui cœpit, ipse me conterat: soluat manum suam, & succidat me) Hanc igitur mortẽ potestati diuinæ Iob solui exoptat: vt ab ea decidens cadat in hãc temporariam mortem, quatenus præsentes pœnas possit euadere: cùm velut arbor de hac vita succisus fuerit.

H c ¶Nec fortitudo lapidem, fortitudo mea: nec caro mea ænea est.) Caro mea corrumpitur sanie ac putredine vulnerũ: quia non est in me talis fortitudo, velut lapidum, vt dolores non sentiam.

d ¶Ecce non est auxilium mihi in me.) Tam ex sua, quàm ex persona Christi propheta hoc dicit:

e ¶Qui tollit ab inimico suo misericordiam, timorem domini derelinquit.) Misericordia est, ad miserias eorum qui tribulantur cõpatiendo mœrore cordis deflecti: hanc vos dum amico non impenditis, timorem domini derelinquitis.

f ¶Qui timent pruinam, irruet super eos nix. &.) Timebam peccata etiam mi nima perpetrare: ne pro eis dei in me vltio desæuiret: & ecce nunc ita punior, tanquam scelera immania commiserim.

g ¶Et vt incaluerint, soluentur de loco suo.) Vbi feruere cœperat nomen eius in populis in gloriæ suæ loco non comparuit, velut nix cũ calore dissoluitur.

h ¶Inuolutæ sunt semitæ gressuum eorum, &c.) Semitas virtutes animi dixit: in quibus vt deo placeret, omni studio gradiebatur: has semitas malis quę patiebatur inuolutas atq; implicitas esse dicit, dum bonis vitæ suæ, suppliciorum admiscerentur mala.

i ¶Cõsiderate semitas Themam, &c.) Id est, ituemini ad hæc loca quę dixi, & ipso silentio cognoscetis vera esse quæ dixi. Respicite ad vias diuersorum regnorum: per quas ad me omnium gentium frequentiæ confluebant: & videbitis eas raritate, imò solitudine hominum desolatas.

k ¶Nunc venistis, & modo videntes plagam meam timetis &c.) Hoc dicit, quod & ipsi amici sui, exemplo eius ruinam sibi similem formidarent. Nonne quieui, nonne dissimulaui, patientiam videlicet aut vindictam malorum? Nonne silui, silentio cohibens linguam meam, vt non responderem exprobrantibus mihi mala: vel ne in toto mihi dominaretur iniquitas. His ergo veritatis sermonibus detraxistis, quandoquidem me in his non solũ fallacem, verumetiam in aliis rebus criminosum iudicastis: cũ vestrũ nullus ita mundus sit à peccato, vt quenquam posset libera conscientia increpare.

l ¶Super pupillum irruitis.) Desolatum scilicet à parentibus & amicis.

m ¶Respondete obsecro absq; contentione, &c.) Non sit contradicendi studium, quod contentionis generat morbum: & ita demum animositatis caligine non perturbati, poteritis in me & vos quod iustum est iudicare.

Caput VII.

n MIlitia est vita hominis super terram.) Dimicans contra inuisibiles aduersarios.

o ¶Sicut ceruus desiderat vmbram, &c.) Similiter & ego me consequi arbitrabar: sed pro vmbra refrigerij incurri æstus pœnarum: & pro mercede mei operis, vacuus dimissus sum.

p ¶Et sordibus puluueris cutis &c.) Hoc etiam ad tormentorum pertinebat dolorem: vt sanies quæ de putredine feruentium vulnerum defluebat, sordibus infusa puluueris, cutem eius exiccaret, atq; contraheret.

q ¶Nec aspiciet me visus hominis:) In ea enim pace & gloria, diuitiis & honore vbi antea fui, iam non sum ab hominibus videndus.

r ¶Oculi tui in me, &c.) Quia oculi tui quasi iracundia pleni, in me idcirco sunt intendẽtes: vt plagas grauiores inimici mei accumulent.

s ¶Nec cognoscet eũ amplius locus eius, &c.) Id est, pristina quia temerè locutus fuisset ad deum: deinde, quòd diceret, quòd in regno fuisset cæteris regibus præpollẽtior: & quòd hanc plagam innocens pateretur: & notat eum ipse Baldad, q quasi non libera mẽte & sobria loqueretur, sed nescio quo spiritu potius ageretur.

n ¶Nunquid deus supplantat iudicium, &c.) Hoc dicit: quia iustitia dei pateris, quæ mereris.

o ¶Etiã si filij tui peccauerũt ei, &c.) Si filij, inquit, tui facientes mala, dimissi sũt à deo, vt potestas quæ propter iniquitatem eorum in eos data est: interimẽ di eos haberet effectum, tibi in nullo nocere poterit: si tamen ipse adhuc iacẽs in stultitiæ cæcitate, diluculò in agnitionẽ diuinæ iustitiæ consurrexeris: & pro tuis erroribꝰ & delictis, deum qui omnia potest concedere, fueris deprecatus. Qui quasi dormire videbatur, non audiendo te videlicet nec videndo, cõfestim euigilabit ad te, & ad præparãdam fœlicitatem tuam instabit. Intantum vt si priora tua fuerit parua, nouissima tua multiplicẽtur nimis.

p ¶Interroga enim generationem pristinam & diligenter inuestiga patrũ memoriam. Hesterni quippe sumus, & ignoramus: quoniam sicut vmbra dies nostri sunt super terram: ipsi docebũt te. Loquentur tibi: & de corde suo proferẽt eloquia.

q ¶Nunquid virere potest scirpus absq; humore, &c.) Hoc est dicere: sicut scirpus vel carectum sine aqua viuere non potest: ita tu sine fomento atq; humore iustitiæ, nequaquam permanere in pristina fœlicitate potuisti.

r ¶Cùm adhuc sit in flore, nec carpatur manu, &c.) Dicit sanctũ Iob, velut herbæ similitudine floruisse: qui antequam ad maturitatem fundatæ gloriæ perueniret, in tanta mala præcipitatꝰ sit, ne in tempore suo, quasi in plenitudine dierũ consummato cõpletoq; florentissimo regno: manu potestatis dei, in qua omnia regna consistunt, auferretur à seculo. Ergo quia non ita egisti, vt in pace, completo tempore tuo cõferreris in sepulchrũ tuum: idcirco ante omnes herbas: id est, ante omnes

A pristina mundi istius cõuersatio, non erit in homine commutato.

a ¶Terrebis me per somnia, &c.) Hoc à deo Iob se pati dicebat, quod à dæmonibus patiebatur: qui ad ista faciendа à deo acceperant potestatem, qui ei toruis vultibus & minacibus sine dubio apparebant in somnis: stridẽtes etiam dentibus: & ad deuorandũ eum quasi ora aperientes, vt insolitę visionis horrore excuteretur in lecto: & expergefactus somno aufugeret quo solẽt dolores nimij mitigari: & succederent iuges vigiliæ, vt indefinẽtibꝰ cruciatibus torqueretur. Siue vulnera quæ vigilans oculis suis videbat quotidie, putrisq; sanies, vermiumq; multitudo discurrẽtium per vulnerũ foueas, in somnis ei à dæmonibus demonstrabantur.

b ¶Quamobrẽ elegit suspẽdium anima mea, &c.) Satiꝰ est, inquit, & peccato multo tolerabilius: si victus cruciatibus, de morte mea cogitem, quàm tuæ maiestati irrogẽ blasphemiã.

B c ¶Desperaui. Nequaquã vltrà iam viuam.) Desperaui, loquendo hæc, quæ dicere non debueram. Pro hoc itaq; verbo, quo se lapsum in peccatum deplorat, pœnitentiam illico profitetur dicẽs:

d ¶Parce mihi domine, &c.) Tanquam si diceret: in hoc tempore pœnitentem suscipe, & obsecrãti pro hoc delicto esto placabilis.

e ¶Vsquequo nõ parcis mihi.) Id est, ab istis pœnis mihi instãtibus non desistis.

f ¶Nec dimittis me, &c.) Inter cętera mala dolorum & cruciatuũ, synanchim habuisse se perhibet, qua tumore sauciũm hominis halitꝰ intercluditur, & sæpe quasi laqueo strangulatus extinguitur.

g ¶Peccaui, quid faciam, &c.) Peccaui in his quę dixi superiꝰ, quę me dicere nõ decebat: quid possum facere tibi qui iustꝰ es?

C h ¶Quare me posuisti contrarium tibi?) Dedisti mihi copiã respondendi, vt dicerem tibi: iusto homini non conueniũt pœnæ, quæ potius peccatoribus irrogantur: dum homo hæc dico deo: creatura creatori: plasma figulo.

i ¶Et factus sum mihimetipsi grauis.) Quia seruus domino meo tam querula voce respõdere nõ debui.

k ¶Cur non tollis peccatum meum.) Id est, aufers dolores meos, per quos qui eram hactenus iustus, nunc peccare compellor?

l ¶Et si mane me quæsieris, nõ subsistam.) Post istius seculi noctem, in illius futuri seculi principio, quando erit fœlix resurrectio beatorum: cùm requisitus fuero, non inueniar: quia non ita dignus ero, qui sanctitatis meritò subsistam ante faciem tuam. Quòd si abhinc peccator abiero, cui tu antè propiciatus non fueris: postea ante conspectum tuum, vbi sunt cæteri sancti, amplius non ero.

Caput VIII.

m REspondens autem Baldad Suites, dixit: &c.) Offensus est Baldad in sermonibus sancti Iob. Primùm,

mæ meæ. Nunquid mare ego sum aut cetus: quia circundedisti me carcere? Si dixero, cõsolabitur me lectulus meus, & relevabor loquẽs mecum: in strãtu meo terrebis me per somnia, & per visiones horrore concuties. Quãmobrem elegit suspẽdium anima mea, & mortẽ ossa mea. Desperaui. Nequaquam vltrà iam viuam.

d Pãrce mihi domine: nihil enim sunt dies mei. Quid est homo, quia magnificas eũ: aut quid apponis erga eum cor tuum? Visitas eum diluculo, & subito probas illũ.

e Vsquequò non parcis mihi, nec dimittis

f me, vt glutiam saliuam meam? Peccaui.

g Quid faciam tibi ò custos hominum, Quarè me posuisti contrarium tibi? Et factus

h sum mihimetipsi grauis. Cur non tollis

i peccatum meum: & quare non aufers iniquitatem meam? Ecce nunc in puluere

k dormiam: & si mãne me quæsieris, non subsistam.

Caput VIII.

m REspondẽs autẽ Baldad Suites, dixit: Vsquequo loqueris talia, & spiritus multiplex sermonis oris tui?

n Nũnquid deus supplantat iudicium, aut omnipotens subuertit quod iustum est? Etiãm si filij tui peccauerunt ei, & dimisit eos in manu iniquitatis suæ: tu tamen si diluculò cõsurrexeris ad deum, & omnipotentem fueris deprecatus: si mũdus & rectus incesseris, statim euigilabit ad te, & peccatum reddet habitaculum iustitiæ tuæ: intantũ vt si priora tua fuerint parua, & nouissima tua multiplicẽtur nimis.

p Intẽrroga enim generationem pristinam & diligenter inuestiga patrũ memoriam. Hesterni quippe sumus, & ignoramus: quoniam sicut vmbra dies nostri sunt super terram: ipsi docebũt te. Loquentur tibi: & de corde suo proferẽt eloquia. Nũnquid virere potest scirpus absq; humore,

r aut crescere carectum sine aqua? cùm ãdhuc sit in flore, nec carpatur manu, ante omnes

Synanche.

Lucæ.15.

Gene.7. & 19.

G peccatores,qui herbarum vocabulo ſæpe dicuntur, ſolis ardore ſiccatus es:id eſt,cum infidelibus tribulationibus corde ceſſiſti.Quòd autem ait:ante herbas omnes areſcit: quiſquis hominum multarum eſt iniquitatum,ſicut tu es,præ pōdere criminum,antè incipit pœnas luere quàm cæteri peccatores. a ¶Et ſpes hypocritæ peribit.) Hypocritæ ſimulátis ſanctimoniam vitæ: hic autem ſecundum dei teſtimonium ſim plex fuit,rectus & innocens: ſicut ipſe ait:Si ambulaui invani
Iob.31.a. tate. b ¶Non ei placebit ve cordia ſua.) Grandis reuera ve cordia eſt & amentia,fictè & ſimulatè agere ante deum: quod
Pſal.7.c. eis in proſperum non procedet, cùm ille ſcrutator ſit cordis & renis. Tales in euangeliisarguũ
Matt.23.c. tur: q̃ ſunt ornati deforis quaſi ſpecie ſanctitatis, & intus peccati putredine pleni ſunt,vt ſepulchra mortuorum. c ¶Innitetur ſuper domum ſuam, &
H non ſtabit.) Confidēdo in ſeipſo,& confirmando carnem brachij ſui: ſtare non poterit: ſed magis cadet ſuperbia. Quia omnis caro fœnũ eſt. d ¶Ful
Eſaiæ. 40.b ciet eam,& non conſurget.) Conatur propriis viribus ſe erigere, ſed nequaquam conſurgere poterit:quia nō eſt dominus fortitudo eius. In quem incumbentes firmiſſimè continentur.
e ¶Humectus videtur antequã veniat ſol.) Fœlicitatem proſperantis hominis dicit: qui cùm æſtu tribulationis percuſſus fuerit,aduerſitatibus frangitur: & omnis virorum priſtinæ eius lætitiæ,conſumptus triſtitia exiccatur. f ¶Et in ortu ſuo germen eius egredietur.) In principio,inquit,fœlicitatis ſuę peccator proſperè agere videtur, ſed non permanebit,virētis herbæ ſimilis:hæc eſt repentina iocunditas,ſicut in pſalmo: Cùm
I Pſal.36.a. exorti fuerint peccatores vt fœnum,& apparuerit:id eſt, velut herbæ in virorem lætitiæ præſentis emerſerint:mox aduenıente caumate peribunt. Iuſtus verò non ita vt fœnum florebit:cùi,vt dixi,peccatorũ gloria comparatur:ſed ſicut palma florebit,inquit propheta. Quæ ita in profundum eſt radi
Pſal.92.c. cibus ſtabilita,vt nec tempeſtatem metuat, nec ſolis ardorē formidet. Et cùm ſub ſacrato numero ad centum vſq; nodos peruenerit:quibus altitudo eius ſolidè continetur:tunc fructus afferet dulciſſimos charitatis, in ſummo ſcilicet perfectionis faſtigio,quo ſe per incrementa virtutum, quaſi per plurimorum quaſdam ætates annorum aſcēdiſſe gloriatur.
g ¶Super aceruum petrarum &c.) Quoniam radices eius in terra bona ſolidatæ,vt fructus patientiæ afferrent nō figētur,ſed ſuper aceruum magis petrarum coarctabuntur, non habēdo illic vitæ humorem:moriturus vtiq; prius ariditate ſiccabitur. h ¶Et inter lapides &c.) Metaphoricos: lapides,infideles,& duri cordis hoc loco poſſunt intelligi: inter quos quiſq; peccator commorabitur vitæ ſimilitudine coæqualis:qui deū vt ſtolida metalla non ſentiunt. Aut certè lapides peccata nominauit. Vnde propheta ait:tollite lapides
Hiere.50.d. de via:id eſt,de via ſanctæ conuerſationis auferte peccata.
i ¶Si abſorbuerit eum de loco &c.) Cùm de hac vita ad loca ſqualida inferorũ tranſferendus abſorptus fuerit:indign⁹ vtiq; conſpectui dei eſſe negabitur. Locus hominis,dici poteſt qualitas conuerſationis:vbi velvitæ genere,vel mēte cō
K ſiſtit:id eſt,diſciplina,vel gratia quā accepit,aut elegit ſectari. k ¶Hæc eſt enim lætitia &c.) Ironicōs dicitur:hęc eſt lætitia viæ eius:velut ſi diceret: Sic in bonis operibus,deoq; placētibus ambulauit dum viueret:vt ad ærumnas perpetuò perueniret. l ¶Vt rurſum de terra alij germinentur.) Facit vtiq; deus,vt iuſtus iudex,dū Iudæos incredulos à promiſſionibus,quæ in Chriſto ſunt,propter perfidiam excluſit:& gentes propter obedientiam intromiſit. Siue in loco Iudæ Mathiam conſtituēs:iuſta iudicia ſua
Actor.1. declarauit. m ¶Deus nō proficiet ſimplicē,nec porriget manum malignis.) Id dicit:nō iuuat vt faueatur operantibus iniquitatem:& tamē porriget manum pietatis ſuę,vt peccatores ad pœnitentiam conuertat.
n ¶Donec impleatur riſu os tuum,& labia tua iubilo.) In riſu,lætitiam cordis intellige. In iubilo,vocem exultantis aduer
L te. o ¶Qui oderunt te,induentur confuſione.) Cū vtiq; talis fueris,qualem dixi ſuperius, qui oderunt te,meritò confundentur. p ¶Et tabernaculū impiorū non ſubſiſtet.) De Iob quidam hoc dicit, ſed fallitur. Nam manifeſtum eſt tabernaculum impiorum perituru in æternum:id eſt,diabolum, & miniſtros eius:vel etiam præſens ſeculum.

omnes herbas areſcit: ſic viæ omnium
a qui obliuiſcuntur deum:& ſpes hypocri-
b tæ peribit. Nōn ei placebit vecordia ſua:
& ſicut tela aranearum fiducia eius. Inni
c tētur ſuper domum ſuam, & non ſtabit:
d fulciēt eam,& non conſurget. Humectus
f videtur antequā veniat ſol:& in ortu ſuo
g germen eius egredietur. Sup̄er aceruū pe
h trarum radices eius denſabuntur:& inter
i lapides commorabitur. Si abſorbuerit eū
de loco ſuo:negabit eum,& dicet:Nō no
k ui te. Hæc eſt enim lætitia viæ eius, vt
l rurſum de terra alij germinentur. Deus
m nō proiiciet ſimplicem,nec porriget manum malignis: dōnec impleatur riſu os
n tuum,& labia tua iubilo. Qui oderunt te,
o induētur confuſione:& tabernaculum impiorum non ſubſiſtet.

Caput IX.

q ET reſpondēs Iob,ait:Verè ſcio quod ita ſit: & quòd non iuſtificetur homo compoſitus deo. Si voluerit contendere cum eo:nō poterit reſpondere ei vnum pro mille. Sapiens corde eſt, & fortis robore. Quis reſtitit ei, & pacem ha-
r buit? Qui tranſtulit montes: & neſcierunt hi quos ſubuertit in furore ſuo. Qui com-
t mouet terrā de loco ſuo:& cōlumnæ eius
u concutiuntur. Qui præcipit ſoli, & non oritur: & ſtellas claudit quaſi ſub ſignaculo. Qui extendit cœlos ſolus:& gradi-
x tur ſuper fluctus maris. Qui facit arcturū & oriona & hyadas, & interiora Auſtri. Qui

q ET reſpondēs Iob, ait: Verè ſcio &c) Noli ergo deme ita exiſtimare q̃ ego ſaltem cogitare hoc audeā, cū ſciā quia creatura creatori ſuo
Nume.16. in nullo poſſit penitus comparari. r ¶Quis reſtitit ei, & pacem habuit?) Quis cōtra deū agens non ſibi bellum iræ eius commouit,ſicut Dathan & cæteri? s ¶Qui tranſtulit mon
M tes &c.) Metaphoricos,montes homines,ſiue angeli intelligendi ſunt:quorum elatio mentis intantum intumuit:vt excelſis montibus comparentur.
t ¶Et columnæ eius concutiuntur.) Columnas hoc loco pro ſtabilitate terræ intelligamus:quam deus ſuper ſemetipſam immobiliſſima mole fundauit. u ¶Qui præcipit ſoli,&c.) Per viciſſitudines diei & noctis:diſpoſitione dei gubernantis omnia quotidie fieri ita videmus. x ¶Qui facit
Ionæ.3.d. arcturum &c.) In his ſtellarum ſignis,quę ſunt in firmamēto cœli penè omnibus ſtellis notiora:totam militiam aſtrorum dicit ad regimen dei pertinere,quæ magna & mirabilia homines ignorant. Vnde ipſe dominus ait: Nūquid noſti ordinē cœli,& ponis rationem ipſius? Item moraliter: Qui cōmoues terram de loco ſuo. Hominem deus de loco vitæ prioris cō mouit,& delectabiles cogitationes:ſed noxias quibus quaſi columnis incubans ac requieſcens in eis ſuſtinebatur:cōcuſſit & infirmauit, vt eum ad ſanctitatem vitæ commutaret. Qui præcipit ſoli,& non oritur. Peccatoribus cordis cæcitate percuſſis,non ſol oritur iuſtitiæ Chriſtus, ſiue ſtellarum: id eſt,ſanctorum merita,quibus alij ab aliis diſtabunt in claritate: qui dum hic latent,quaſi clauduntur ſub ſignaculo. Qui extendit cœlos ſuos. Apoſtolos & cæteros ſanctos, cœlos effectos,vbiq; prædicatione diffundit:ſiue eis ſcripturas quæ cœlorū nomine plerunq; ſignificātur,reuelando eorum cordibus

A cordibus patefacit:ſicut ait: Quoniam videbo cœlos opera
Pſalm.8.a. digitorum tuorum. Egreditur ſuper fluctus maris. Super ſeculi vtiq; iſtius homines inquietos,elatos & turbidos: vt ad manſuetudinem & placabilitatem tumore depoſito concul-
centur. Qui facit arcturum:id eſt, primos in reſurrectione eccleſiæ: vt ſint glorioſi, ſplendentes velut meridies calore charitatis dei accenſi, & fidei lumine illuſtrati. a ¶Qui facit magna & incomprehenſibilia &c.) Magnum eſt quod facit deus, vt vas fragile hominem morti obnoxium per Chriſtum in ſpem beatæ reſurrectionis conſtituat. Et interiora Auſtri. Vbi candelabrum cum lucernis,ſeptiformis ſpiritus gratia videlicet & intelligentiæ relucentibus, collocatur.
b ¶Si venerit ad me,non videbo eum,&c.) Plus dicit, quòd venientis dei præſentia ſit,quando homini innoteſcit: & quando occulitur,quaſi abeuntis abſentia indicatur. c ¶Sub
B quo curuantur qui portant orbem.) Portantes orbem, ſancti rectè intelliguntur: qui gloria meritorum ſuorū,magni & potentes ſunt apud deum. Hi ergo cordis humilitate ad intercedendum pro peccatoribus in conſpectu eius ſunt incuruati. Ita ſancti portāt mundum,dum eum ne ruat ac pereat,orationū fortitudine ſuſtinent. Columnę cœli intremiſcunt,ac pauent ad nutum ei⁹. Apoſtoli,prophetæ, omnesq; apoſtolici viri, ſancti quoq; & cęteri fideles intelligē
Galat.2.b. di ſunt: de quibus eſt Petrus, Iacobus,& Ioannes,qui videbantur eſſe columnæ: ſiue ſancti ante deum incuruati,& procidentes adorant,qui portant orbem id eſt,totum hominē ſuum: quē
Microcoſmus. docti minorem mūdū appellāt, perfectioni crucis imponunt:&
C ne per mundi vanitates cogitationibus ſoluatur ac deflectat: intra ſe eum cōſtringendo per dei gratiam regūt & continēt.
d ¶Et cùm inuocantē me exaudierit,&c.) Qui me etiam inculpabili ſtudētem vitæ, impugnā tiū permittit iniuriæ. Exauditus eſt i hoc,vt dei bona mereatur. Non ſe autem exauditum credit,eo quod mala patiatur.
e ¶In turbine enim conteret me,&c.) Turbo diabolus poteſt intelligi, qui velut turbo incubuit in Iob, vt eum vaſtaret. f ¶Non cōcedit requieſcere ſpiritum meum.) Aſthmaticon ſe dicebat effectū: infirmitas enim eſt quæ in pulmonibus generatur. Obſtruūtur aditus quidam pulmonum,quos Græci poros appellant: & ita conſtringuntur atq; concluduntur in pulmonibus,vt dicunt medici,vt reddere,ſiue recipere ſpiritum pulmones coangu ſtati non ſufficiant,nimio etiam dolore cum feſtinato ſuſpirio repetitur,& conciſus flatus emittitur. g ¶Et implet

ſtri. Qui facit magna & incomprehenſibilia & mirabilia: quorum non eſt numer⁹.
b Si vēnerit ad me,non videbo eum: ſi abierit,non intelligam. Si repentè interroget,
quis reſpōdebit ei? Vel quis dicere poteſt,
cur ita facis? Deus,cuius iræ nemo reſiſte
c re poteſt, & ſūb quo curuantur qui portant orbem. Quantus ergo ſum ego vt reſpondeam ei, & loquar verbis meis cum
eo? Quj etiam ſi habuero quippiam iuſtū,
non reſpondebo, ſed meum iudicem de-
d precabor. Et cùm inuocantem me exaudierit,non credo quod audierit vocē meam. In tūrbine enim conteret me: & multiplicabit vulnera mea etiam ſine cauſa:
f Nōn concedit requieſcere ſpiritū meum:
g & implēt me amaritudinibus. Si fortitudo quæritur,robuſtiſſimus eſt. Si æquitas iudicij,nemo audet pro me teſtimonium dicere. Si iuſtificare me voluero,os meum condemnabit me. Si innocentē oſtendero prauum me comprobabit. Etiam ſi ſimplex fuero, hoc ipſum ignórabit anima mea,& tædebit me vitæ meæ. Vnum eſt quod locutus ſum,& innocentem, & impium ipſe conſumit. Si flāgellat, occidat
h ſemel: & non de pœnis innocentium ridet. Terrā data eſt in manus impij: vultum iudicum eius operit. Quòd ſi non ille eſt,quis ergo eſt? Dies mei velociores
fuerunt curſore: fugerunt, & non viderunt bonum. Pertranſierunt quaſi naues
poma portantes: ſicut aquila volans ad
i eſcam. Cùm dixēro: nequaquam ita lo-
m quar: cōmmuto faciem meam, & dolore torqueor. Verebar omnia opera mea: ſciens quòd non parceres delinquenti: ſi autem & ſic impius ſum,quare fruſtra labo
n raui? Si lōtus fuero quaſi aquis niuis: & fulſerint velut mundiſſimæ manus meæ:
o tamen ſordibus intinges me, & abōminabuntur me veſtimenta mea. Neq; enim viro,qui ſimilis mei eſt,reſpondebo: nec qui mecum in iudicio ex æquo poſſit audiri.
p Nōn eſt qui vtrunq; valeat arguere: & po
q nere mānum ſuam in ambobus. Auferat à me virgam ſuam: & pauor eius non me terreat.

me amaritudinibus.) Plagis omnibus atq; infirmitatibus circundata atq; obſeſſa repleta fellis atq; blaſphemiæ,& amaritudine anima mea. Ita vt durum verbum & aſperū os meū dicere cōpellatur: Et tædebit me vitæ meæ. Ego tamen hoc ſolum noui,quòd malis vitæ præſentis punior. h ¶Si flagellat,occidat ſemel,&c.) Durè hic ſatis locutus eſt contra deū. In toto quidem libro hoc,nullus locus eſt aſperior iſto, & altero ſuperius poſito,vbi ait: quāobrem elegit ſuſpendiū anima mea,& mortem oſſa mea: de quibus ſermonibus reſpōdit ad deū in fine libri: vnum locutus ſum, quod vtinam non dixiſſem,& alterum quibus vltrà nihil addā. Tota altercatio Iob cum amicis hic eſt,q̃ ille ſe iuſtum,illi cum impiū pronūciabant. i ¶Terra data eſt in manus &c.) Caro Chriſti in poteſtatem Herodis ſiue Pilati: vel ipſe Iob in poteſtatem diaboli. k ¶Vultum iudicum eius &c.) Vultum hoc loco mentis iudicium,quod dei iuſto iudicio eſt opertū appellat. Excæcanda corda ſatellitū impij diaboli: quos iſtic iudices nominauit: vt ſanctū Iob crudelitate acrius cruciarēt. l ¶Cū dixero: nequaquam ita loquar.) Nequaquā ita ait: hoc eſt,quando compellēte cruciatu,aſpera cōtra deū loquor & dura: eodē pūcto reſipiſcēs definio me deo ita loqui nō oportere. m ¶Cōmuto faciem meam,&c.) Id eſt, præ doloris nimietate cōtraho atq; contriſtor: & in ipſo definitionis meæ momento,ſubitis ac repentinis dolorum aculeis ita vexor atq; diſcrutior: vt rurſum amaritudinis & fellis verba depromā. n ¶Si lot⁹ fuero quaſi aquis niuis,&c.) In ablutione ergo aquarum niuis, cādor mētis oſtenditur: & in manu,munditia fructus ſanctorū operum demonſtratur. Et rectè poteſt nui baptiſm⁹ cōparari. In pluuia ergo & imbre affluente ſermonem doctrinæ legiſlator voluit indicare. In rore verò & in nive,ſenſum cū illuminatione ſui interiora viſcerum penetrantē.
o ¶Et abominabūtur veſtimēta mea.) Tantum enim malorū mihi illatū eſt: vt ſqualore vulnerīs & putredinis,ſi dici poteſt etiam quæ inſenſibilia ſunt, deteſtentur. p ¶Non eſt q̃ vtrūq; valeat arguere.) Id eſt, quis eſt qui deum poteſt iniuſtitiæ, quaſi iniquū arguere, niſi temerarius & blaſphemus? quis poteſt velut in reum iniquitatis cū extēſione manus dare ſentētiā? Iob verò iuxta dei teſtimoniū, quo fuerat collaudatus,eo q̃ innocēs eſſet, ſibi cōſcius verè dixit,q̃ non eſſet vllus eorum,cum quibus altercabatur,qui eū rectè poſſit arguere: quia ille iudicare alterum iuſtiſſimè audet, cuius rea conſcientia de his quæ in alterum iudicat, non tenetur. q ¶Et ponere manū ſuam im ambobus &c.)

G Securus,inquit,&conſtáter'tũc potero reſpondere, ſi hæc duo amoueat à me:potentię videlicet ſuæ magnitudinem: & horum cruciatuum pœnas.

Caput X.

a TAedet animã meã &c. Manus tuæ domine fecerunt me, &c.) Quòd autem dicit,totum ſe in circuitu factum:contra hæreticos locutus eſt,qui dicunt animam ab alio deo factam,& corpus ab alitero plaſmatum. b ¶Vitam & miſericordiam tribuiſti mihi:&c.) Ipſa anima eſt vita hic appellata,non vita animæ:quia poſſunt & actus animæ,vita nũcupari. c ¶Non leuabo caput,ſaturatus afflictione & miſeria.)Id eſt,contractus dolore & tormentisviſcerum:caput ad ſima depoſitum eleuare nõ poſſum,ſiue confuſione & mœrore
H repletus. d ¶Quaſi leænam capies me.) Huic ergo beſtiæ, ait Iob:aſſimilas me hominem humilẽ & abiectũ. e ¶Reuer ſuſq; mirabiliter me crucias.) Deũ dicebat ad ſe reuerti,quãdo cum ãtiquis nouas pœnas & recentiores in ſuo corpore ſentiebat mirabiliter. f ¶Inſtauras teſtes tuos contra me.)Hoc dicit,quia caſtigatiões & pœnæ noſtræ,teſtes ſunt diuinæ iuſtitiæ.Siue cruciat⁹ illius idcirco dictos teſtes exiſtimo,quia eiulante eo & rugiẽte, quaſi teſtimoniũ deo tormenta reddebãt. g ¶Multiplicaſti iram tuã aduerſum me, & pœnæ militãt in me.) Poteſt ira dei diabolus intelligi: cuius miniſterio Iob acerbos dolores patiebatur.Pœnæ autem in ſe militantes dicũtur:quia per quendam malorũ ordinem ſuccedentes, officium commiſſe ſibi crudelitatis exer
I cent. h ¶Dimitte ergo me vt plangam paululũ doloreꝫ meũ.) Id eſt,requiem ab iſtis cruciatibus mihi concede,vt plangã ali quantulum dolorem pœnarum mearum:quem in corpore meo ſuſtineo, ſiue quem futurum in inferno perhorreſco. i ¶Antequam vadam & non reuertar ad terram tenebroſam,& opertam mortis caligine:&c)Quòd terram inferorum deſcripſerit: nulli dubium eſt:null⁹ ordo ibi eſt vitæ: tenebroſa eſt, vt dixi, proculdubio velut carcer, in quem peccatores & impij qui lucem odio habuerunt,vt tenebrarum filij,contrudẽtur.Quæ terra caligine mortis operta eſt:vt clauſi in nocte eterna,nullum pœnitentiæ lumen aliquando aſpiciant: Vbi eſt miſeris vmbra mortis:quæ in hoc loco pœnæ intelligendæ ſunt: quia terreat.Loquar,& non timebo eum. Nec enim poſſum metuens reſpondere.

Caput X.

TAedet animam meam vitæ meæ: dimittam aduerſum me eloquium meum.Loquar in amaritudine animæ meæ,dicam deo: Noli me condemnare.Indica mihi,cur me ita iudices?Nũquid bonum tibi videtur, ſi calumnieris me, & opprimas me opus manuum tuarum, & conſilium impiorum adiuues? Nunquid oculi carnei tibi ſunt: aut ſicut videt homo, & tu videbis? Nunquid ſicut dies hominis dies tui: & anni tui ſicut humana ſunt tempora:vt quæras iniquitatem meam,& peccatum meum ſcruteris? Et ſcias quia nihil impium fecerim: cùm ſit nemo qui de manu tua poſſit eruere. a Mãus tuæ domine fecerunt me:& plaſmauerunt me totum in circuitu:& ſic repentè præcipitas me?Memento quæſo quod ſicut lutum feceris me: & b in puluerem reduces me.Nonne ſicut lac mulſiſti me:& ſicut caſeum me coagulaſti? Pelle & carnibus veſtiſti me: oſſibus & neruis compegiſti me. Vitãm & miſericordiam tribuiſti mihi: & viſitatio tua cuſtodiuit ſpiritum meum.Licèt hæc cæles in corde tuo: tamen ſcio quia vniuerſorum memineris.Si peccaui, & ad horam pepercíſti mihi, cur ab iniquitate mea mundum me eſſe non pateris? Et ſi c impius fuero,væ mihi eſt:& ſi iuſtus,nõn leuabo caput,ſaturatus afflictione & mi
d ſeria.Et propter ſuperbiam,quaſi leœnam
e capies me: rẽuerſuſque mirabiliter me
f crucias. Inſtãuras teſtes tuos contra me:
g & mũltiplicaſti iram tuam aduerſum me & pœnæ militant in me. Quare de vulua eduxiſti me, qui vtinam conſumptus eſſem,ne oculus me videret:Fuiſſem, quaſi non eſſem de vtero tranſlatus ad tumulum.Nunquid non paucitas dierum meo
h rum finietur breui? Dimittẽ ergo me, vt plangam paululum dolorem meum, ante
i quam vadam & non reuertar ad terram tenebroſam,& opertam mortis caligine:terram miſeriæ & tenebrarum: vbi vmbra mortis,& nullus ordo,ſed ſempiternus horror inhabitans.

Caput XI.

k REſpõndens autem Sophar Naamathites, dixit: Nunquid qui multa loquitur,non audiet:aut vir verboſus iuſtificabitur? Tibi ſoli
l tacebũt homines: & cùm cæteros irriſeris,à nullo cõfutaberis?Dixiſti
m enim:Purus eſt ſermo meus: & mundus ſum in cõſpectu tuo.Atq; vti
n nãm de⁹ loqueretur tecũ:& aperiret labia ſua tibi,vt oſtẽderet tibi ſecreta ſapientiæ,& quòd multiplex eſſet lex eius: & intelligeres quòd multo minora exigaris ab eo,&c.) Hoc eſt,plura pati debes tormenta, quàm te ſuſtinere proclamas. b ¶Forſitan veſtigia dei comprehendes,&c.) Veſtigia dei illa ſunt,quando dignatione ſui hominibus innoteſcit.Et ideo tunc eumveſtigamus,quando ſe nobis aliquãtulũ manifeſtare dignatur.Hęc ſunt ergo veſtigia dei,cùm eum incomprehenſibilem intellexeris, & crediderís. c ¶Excelſior cœlo eſt:&quid facies?Profundior inferno,&c.) Credim⁹ quod vbiq; eſt deus: & intra eũ omnia quæ ab eo creata ſunt cõtinentur. d ¶Ipſe enim nouit hominum vanitatem: & videns &c.)Ipſe enim nouit opera iniquorum, & videns iniuſta non negligit:quia iniquos& impios vindicat. e ¶Vir vanus in ſuperbiam erigitur: & tanquam pullum &c.) Dicit eum pullo onagri ſimilem, effreno ſcilicet animali & vago:eo quod ita exiſtimet de ſe Iob, qui ad nullum debeat pertinere. f ¶Tu autem firmaſti cor tuum,& expandiſti ad eum manus tuas.) Firmaſti cor tuum,ait:non vt ſatiſfaceresdeo per pœnitentiam,vt auferret plagam hanc peſſimã in tuis carnibus fœuientem. Expandiſti ad eum manus tuas: id eſt,falſa operum merita, ore vaniloquo dilataſti:quia multiſlocis,nomine manuum,opera deſignantur. g ¶Si iniquitatem quæ eſt in manu tua abſtuleris à te,&c.) Cùm exprobratione arguit Iob,dicens: Si iniquitas quæ eſt in manu operis tui, & iniuſtitia in tabernaculo cordis tui non manſerit.
h ¶Tunc leuare poteris faciẽ tuam abſq; macula,&c.) Sanctã videlicet poſſidens conſcientiã, & liberam ad deprecandũ deũ eriges faciem tuam. Cain enim fratricida in terra Naid habitauit:id eſt,inſtabilis fact⁹ eſt.Nec ergo & Iob ob huiuſmodi ſupplicium,ſuper morte ſua perpetuum timorem incurreret: Sophar hortatur eum, dicens: Si hæc feceris,quæ ſuprà diximus eris ſtabilis. Hoc ſanè ſciendũ, quia eſt commotio, in qua peccator permanens in facinoribus ſuis, ante faciem non conſiſtit. Facies tua tanquam aqua pura, & ſpoliaberis ſorde, & nõ timebis.Qui eſt ſynceræ & purificatæ mentis, & mundus ab omni ſorde,pertimet vitia:quibusve lutexuuiis expoliatus,tanquam è tenebris eductus fulgebit:Homo faciem mentis ſuæ candoris puritate præferens radiantem, populum ſignificat Iudæorum, qui Chriſtum patrem quodammodo ſuum occidit. i ¶Miſeriæ quoq; obliuiſceris: & quaſi aquarum quæ præterierunt,non recordaberis.)In trãſitu itaq; aquarum, Sophar hoc vult intelligere: quòd tam citò poſſint diſcedere ab eo dolores, ſi tamen Iob ſe emendare voluerit,quemadmodum aquæ ſuperioris momentum ad loca alia dilabuntur:& ita omnino abſtergi ab eo poſſe plagæ huius miſeriam:vt prorſus tenui memoria recordetur eius, quaſi quæ non fuerit. k ¶Et quaſi meridianus fulgor cõſurget tibi ad veſperam.)Spiritualiter ſic intelligi poteſt:cõſurget tibi ad veſperam: id eſt, in conſummatione laborum malorum tuorum, conſolatio ſol iuſtitiæ tibi Chriſtus aduenietſiue poſt mortẽ reſurges in gloriam.Item aliter, etiam in hoc ſteritu tuo quo quotidie tanta putredine contabeſcis & defluis vt iam omnino conſumptũ te arbitreris:ſi feceris,quæ iam dixi ex nihilo omnino penitúſq; conſumpto,repentè orieris vt Lucifer:qui per occultas curſus ſui metas polum circuiens:poſt biennium in ſpſius auroræ rutilo dicitur apparere.Ita ergo & tibi poſt noctem & tenebras denſiores,diutinæ tentationis iſti⁹: ſi culpas tuas cognoueris,poterit euenire. l ¶Et habebis fiduciã propoſita &c.) Habebis hanc fiduciã,vt defoſſus in mortẽ,certúſq; de reſurrectione effectus,ſecurus dormias,requieſcas in inferno,in ſpe certæ fidei conſtitutus:& non erit illic vllus tortor aduerſarius inimic⁹, q te exterreat,& tibi pœnas infernales infligat,ſed potius quicunq; ſunt,precestibi ſupplices fundent:vt eis tartarei cruciat⁹ tuis orationibus temperentur.
m ¶Oculi autem impiorũ deficient,&c.abominatio animę.) Id eſt,expectatio hominum impiorum hoc fine cõcludetur: vt in tempore alienæ gloriæ, ipſi non abſolutione, ſed abominatione digni inueniantur.

Caput XII.

n REſpondens autem Iob, dixit:Ergo vos ſoli eſtis homines, &c.)Hoc eſt dicere:quid vos tantum dicitis ſapiẽtes,&putatis q; poſtvos nullus erit ſapiens? o ¶Lãpas contempta apud cogitationes &c.) Lampadem ſe contemptam à diuitibus dicit:vtiq; ſuperbos eos denotans,eo q; deſpicerent eum afflictum cruciatibus,& deſpectione propinquorum:qui tamen magnæ fidei & bonorum operum oleo intrinſecus fulgebat.Siue etiam lampas contempta à diuitibus, Chriſt⁹ à Iudæis:qui ſurgens à mortuis ſplendore gratiæ ſuæ illuminauit vniuerſum mũdum.Diuites verò ideo Iudæi dicti ſunt,quia acceperunt eloquia dei.
p ¶Nimirum interroga iumẽta,&c.) Quòd omnia ad dei prouidẽtiam & gubernationẽ pertineant,etiam quæ irrationabilia atq; inſenſibilia ſunt,quãdam ratione veritatis interrogata reſpondent.Secundũ myſticũ intellectũ poſſunt homines inconditi, & irrationabiles moribus,iumẽta intelligi.Volatilia verò intelligũtur demo

creta ſapiẽtię:& quòd multiplex eſſet lex
a eius: & intẽlligeres q̃ multo minora exigaris ab eo quam meretur iniquitas tua.
b Forſitan veſtigia dei cõprehendes:& vſq;
c ad perfectũ omnipotentẽ reperies. Excẽlſior cœlo eſt: & quid facies? Profundior inferno:& vnde cognoſces?Lõgior terra mẽſura eius:& latior mari. Si ſubuerterit omnia,vel in vnũ coarctauerit:quis contradicet ei? vel quis dicere ei poteſt: cur
d ita facis? Ipſe enim nõuit hominum vanitatem:& videns iniquitatem nonne conſiderat?Vir vãnus in ſuperbiã erigitur: &
e tanquam pullũ onagri ſe liberum natum
f putat. Tũ autem firmaſti cor tuum:& expandiſti ad eũ manus tuas. Si iniquitatẽ, quę eſt in manu tua,abſtuleris à te:&non manſerit in tabernaculo tuo iniuſtitia:
h tũc leuare poteris faciem tuã abſq; ma
i cula:& eris ſtabilis,& non timebis.Miſeriæ quoq; obliuiſceris: & quaſi aquarum quæ præterierunt, non recordaberis: &
k quaſi meridianus fulgor cõſurget tibi ad veſperã.Et cùm te cõſumptum putaueris,
l orieris vt Lucifer:& habebis fiduciã propoſita tibi ſpe,& defoſſus ſecurus dormies.Requieſces,& non erit qui te exterreat. Et deprecabuntur faciem tuam pluri-
m mi. Oculi autem impiorum deficient: & effugium peribit ab eis: & ſpes illorum abominatio animæ.

Caput XII.

n REſpondẽs autem Iob,dixit: Ergo vos eſtis ſoli homines, & vobiſcũ morietur ſapiẽtia?Et mihi eſt cor, ſicut & vobis:nec inferior veſtri ſũ. Quis enim hæc quæ noſtis,ignorat?Qui deridetur ab amico ſuo ſicut ego,inuocabit deũ, & exaudiet eũ.Deridetur enim iuſti ſimplicitas:lãmpas contempta apud cogitationes diuitum parata ad tempus ſtatutũ. Abundant tabernacula prædonum,& audacter prouocant deum:cùm ipſe dederit
p omnia in manus eorum. Nimirũm interroga iumenta,& docebunt te:& volatilia cœli,& indicabunt tibi.Loquere terræ,& reſpondebit tibi:& narrabunt piſces maris.Quis ignorat quod omnia hęc manus domini

Gnes,siue leues & elati homines ac ſuperbi:aut certè aſtrologi.Terra,voluptuoſi homines& carnales,q̃ terrena ſapiunt. Piſces,philoſophi,& eorũ ſimiles,qui de rebus mũdi & eius qualitatibus inquirendis nimiſ ſunt. Aliter:lumẽta,equi boni ſunt,quæ animalia in hæreditate domini habitabũt:quib⁹ pluuia voluntaria euangelij ab incredulis ſegregata eſt. Volucres verò ſunt qui ſurſum corda habent,& cœleſtia concupiſcunt:vel qui obuiam Chriſto in aera ex mortuis ituri ſunt:caro ſanctorum rectiſſimè intelligit, quæ regnãte domino exultabit. Piſcesverò qui inter fluctus mũdi iſtiustempeſtates q̃ natantes, tuta ſibi loca ęternitatis,& quieta proſpiciũt. Vel illi piſces intelligendi ſunt:qui per aquã vitam accipiunt:qui cõfeſtim de fonte baptiſmi migrãt ad Chriſtum:ſiue ad deũ,vt alij dicunt.

a ¶Si deſtruxerit,nemo eſt qui
H ædificet.)Manifeſtum eſt quicquid ſapientiæ ſuæ iudicio diſſiparevoluerit,ac deſtruere:nemo poterit fortitudini illius velut potẽs reſiſtere. Sicut deſtruxit turrẽ,& regna multarũ gentium,vel etiam Hieruſalẽ: vbi præcepta ipſa legalia tanquam lapides ſcripti ſunt,ſub præſentia gratiæ ſuæ diſſoluenda eſſe prænũciauit. Sic itaq; & ſecundũ Iob prophetationem, paries inimicitiarum, lex vtiq; præceptorũ, per Chriſtũ deſtructa eſt,vt duos conderet in ſemetipſo in vnum nouum hominem pacem faciens. Deſtruxit atq; reſerauit deus Chriſtus clauſtra inferni:& diabolum habentem poteſtatem mortis,regno dominationis depoſuit. Deſtruxit deus Chriſtus igitur mortem,dum ipſamvt in ea mori dignaretur,ſuſcepit:& dum in cruce deſtruxit corpus peccati,veterem hominem noſtrum illic interficientẽ peremit: vt viam nobis in æternum reſtitueret. Sic itaq; deſtruxit mortem,& illuminauit vitam:perſequẽtium eccleſiam deſtruxit conſilia, molientium vt nomen eius effoderent de ſub cœlo, Iudæi ſcilicet & gentes. Deſtruxit dogmata,& diuerſos errores hæreticorum ab eccleſia:indiſſolubili rectæ fidei ædi
I ficio:de quibus Salomon:Ciuitates fortium aſcendit ſapiẽs, & deſtruxit munitiones eius:deſtruxit & omnem cultũ idolorum. b ¶Si incluſerit hominẽ,&c.) Incluſit deus Noe in diluuio:Lot,in Segor:Ionam,in vẽtre ceti: Hieremiam & Baruch ne inuenirentur. Includit & illos de quibus dicitur: Immittet angelum ſuum in circuitu timẽtium eum,& eripiet eos. Siue ſub ſententia mortis iudicio dei poſitum hominẽ quis poteſt reuocare? Incluſus eſt Pharao ĩ mediis aquis: incluſi ſunt Dathan & Abiron viui in inferno: populus Iſrael in eremo per quadraginta annos incluſus eſt. Includit deꝰ hominem tribulationibus excoquendũ:aut certè correptionibus flagellandum peccatorem cingit vt emendet. Quis eſt qui copiam declinandi veluti quendam aditum aperiat, vt euadat:ſicut ipſe Iob, qui ait: Concluſit me deus apud iniquum,& manibus impiorum tradidit me. Poteſt homo hoc loco diabolus intelligi: qui cùm incluſus fuerit in inferno, nec ſe ipſe liberauit,qui ſe contra deũ fortiſſimũ deteſtabiliter arbitratur. c ¶Si continuerit aquas, &c.) Quod factum ſub Noe,ſecundum ſcripturarum fidem,minimè dubitamus. Modo verò ſpiritualiter aquæ doctrinarum, in Iudæorum populis continentur, vt ſint eis legis flumina in deſertum,& exitus aquarum in ſitim:& habeant vt iſtæ aquæ terrenas cupiditates atq; luxurias:& diſperdantur ac demoliantur,in terra eccleſię rationabilis relicta imagine terreni hominis in ſpiritualem vitam ſe conuertendo proficiant.

d ¶Apud ipſum eſt &c.) Hoc eſt,filius cum patre,& ſpiritus ſanctus. e ¶Ipſe nouit decipientem,&c.) Nouerat Balaam,Achab,Aenam falſum ſurrecturum prophetã: Aenam nouit,ſed per hæc meritum populi peccatoris oſtendit:vt in perditionẽ eius falſa vaticinando denuncíet:& hi qui nolũt audire deum,& prophetas vera dicẽtes: pſeudoprophetarũ falſis vaticinationibus illudantur. Filij quoq; Iſrael,ſicut in libro iudicũ legimus, æquiſſimo dei iudicio decepti ſunt. Et cũ iuſta cauſa propter vxorem Leuitis contra Beniaminitas congregati fuiſſent,vt ſcelus adulterij punıretur:in ipſis prius eſt ſacrilegij crimen vindicatum, quia prius ipſi emendari debuerant:vel certè eos,qui idola in iniuriam dei adorabant interimere:quibus maius fuit fratris iniuria quam dei,& ob id prius in illis vindicatũ eſt. Nouit autem dominus,& decipientem,& deceptum per preſcientiã:quod etiam de Abel,& Cain,& Dauid & Sanſon,qui gratiam ſpiritus ſancti in ſepte crinib⁹ myſticè poſſidebat, intelligi poteſt. Nouerat vtiq; hæc omnia deus antequã fierent,præſcius futurorum:ſed permiſit vt homo, q̃ libero vtebatur arbitrio,præceptо dei inobediẽs, inſup & deũ poſſe ſe fieri credẽs,per iuſtitiã dei pœnã inobedientiæ digniſſimè ſuſtineret. Hi omnes typum Chriſti habuerũt. In Sãſonverò qui leonẽ tenuit & occidit,& in ore mortui leonis fauũ mellis inuenit:ſignificatũ eſt quòd in ſuperbis in quorũ ore putor fuerat blaſphemię,eſſet poſtmodũ dulcedo laudis & gratiæ dei. Et vt ille Sãſon ſitiẽs de molari dẽte aſini inuocato deo aquã eduxit vt biberet:ita & Chriſtus de immũdo & duro gentium populo fide credentiũ,tanquã refrigerij poculo ſaturat⁹ eſt. Maxilla quoq; eiuſdẽ aſini de cuius molari aquę copioſæ effluxerãt:occidit mille viros. In maxillis & dẽtib⁹, oris eloquiũ intelligit. Doctrina igitur eorũ,qui ex gẽtibus crediderũt perfecto quodã numero finit. Sãſon verò hoſtes ſuos atq; aduerſarios trib⁹ modis interfecit & occidit:dũ alij nõ credendo pereũt:alij verò credendo fidei,moriunt pec cato. Opus hoc maxillæ eleuatio appellatur. Ita enim doctrina & prædicatio euãgelij magnificata eſt ſuper omnẽ terrã vt eã oẽs gẽtes vbiq; eleuatã mirent. In illis ergo vulpibus figuratũ eſt:vt p doloſos & ſanę fidei inimicos,quorũ princi pat⁹ in caudis eſt,pars poſt tergũ relicta, pars circa fructus Chriſto aduerſantiũ vaſtaretur. f ¶Adducit cõſiliarios &c.) Vt fecit cõtra Aegyptiorũ Magos,qui dicebãt Pharaonir regem Chaldæorũ nõ eſſe venturum ad vaſtandã Aegyptũ:ſiue ipſum Nabuchodonoſor in amẽtiã vertẽs, vel Balthaſar timore concutiẽs. g ¶Baltheũ regũ diſſoluit,&c.) In baltheo,regnãtis gloria intelligitur:in fune,ignominia regno depoſiti:ſicut Sedechiæ & Manaſſe contigit deo iubente. Siue populũ Iudæorũ,qui per infidelitatem ſuã,à Chriſti regno diſtinctus eſt. Sed & nũc renati in Chriſto reges, ſunt oẽs in adoptionẽ filiorũ æterni regis vocati. Verè ab illa honoris ſublimitate meritò diſtinguunt,quicũq; ea quę pœnitẽtiæ funibus digna ſunt,perpetrarunt. Sicut ait ꝓpheta:Prozona reſte cingeris. h ¶Ducit ſacerdotes inglorios.) Vt filios Eli,vel plures alios eiuſdem gentis. i ¶Et optimates ſupplantat.)Nõ dolo ſupplantat deus,in quo nõ eſt iniq̃tas,ſed hoc modo dicitur ſupplãtare:dum iniuſtum amouet & iniquũ,& in locũ quẽ tenere videtur quiſq; indigⁿ, bonũ hominẽ & iuſtũ ſubſtituit,vt Dauid in locũ Saulis. k ¶Cõmutãs labium &c.) Cùm propter peccata remotis ꝓmiſſionibus æternæ vitæ: gehennæ flammas adoptatis dare compellitur. l ¶Qui reuelat profũda de tenebris:& ꝓdu.&c.)

Iudic.20.c.

Gene.4.& Iudic.6.a.

Ibid.15.d.

Hierem.4. &.46.

Eſaiæ.3.d

Vmbra

A Vmbra mortis ipſe diabol⁹ eſt: qui non protegit homines, ſed premit in mortem,hic producitur in lucem: quando ab anima fideli ſeparatur.

Caput XIII.

ECce omnia hæc vidit oculus meus,&c.) a ¶Nũquid deus indiget veſtro mendacio,&c.)Doli erant in illis, quia ſub verbis conſolatoriis inimico eum corde pulſabãt. b ¶Ipſe vos arguet, quoniam in abſcondito faciem eius accipitis.)Vt à deo arguamini, digni eſtis: abſcondite: id eſt, quaſi eo ignorante perſonam eius in vobis ad me damnãdum ſuſcipitis: tanquam eum latere poſſit aliquid,vt ita ei ſubrepere velitis. c ¶Quare lacero carnes meas.)Torquentibus eũ nimiis cruciatibus:manus vel lala,& Sanſon,qui gratiam ſpiritus ſancti in ſepte crinib⁹ myſticè poſſidebat, intelligi poteſt.
B bia ſua dentibus lacerabat.
d ¶Et animam meam porto in manibus meis.)Ipſam vitam ſuam,quæ ſolet animæ vocabulo dici: portare ſe ait in manibus ſuis:hoc eſt, iam nunc in tormẽtis deficiente anima & exeunte, velut efferendam porto in manibus. e ¶Scelera mea,& delicta mea oſtende mihi.)Vt ſcire poſſim, quam ob cauſam ita me crucias. f ¶Cur faciem tuam abſcondis, & arbitraris me inimicum tuum?) Dum ita puniri me permittis,quemvelut inimicum exiſtimas, dolet mihi eo quòd ipſe optimè noueris, quia illi potius qui tibi reſtiterit, noceatur.

Caput XIIII.

g HOmo natus de muliere,&c. Quaſi flos egreditur & conteritur.) In flore hoc loco fragilitatem humani generis intelligamus,
C non fragrantem odoris pulchritudinem & decorem. h ¶Et dignum ducis ſuper huiuſcemodi aperire oculos tuos.) Hoc eſt,dignum ducis vt propter humanum genus, vnigenitum tuũ hominem naſci velis. Siue aliter:me quoque permittis fabulari tecum,& euoluere miſerias meas. i ¶Recede ergo paululum ab eo,vt quieſcat.) Hoc eſt,amoue à me flagellum tuum neq; me diutius permittas taliter tentari. k ¶Lignum habet ſpẽ. Si preciſum fuerit,rurſum vireſcit, & rami eius pullulant.)Rationabile lignum credendum eſt,de quo dicitur: Eſt enim arbori ſpes. Hoc itaq; lignum præciſum fuit per inobedientiam: quando habitabat in medio lignorum paradiſi,prius quàm dei ſententia moreretur: à quo in baptiſmate vetuſtas præciditur, vt in Ieſu Chriſti uelat profunda de tenebris: & producit in lucem vmbram mortis. Qui multiplicat gentes, & perdit eas: & ſubuerſas in integrum reſtituit. Qui immutat cor principum populi terræ, & decipit eos:vt fruſtra incedant per inuium. Palpabunt quaſi in tenebris,& non in luce: & errare eos faciet quaſi ebrios.

Caput XIII.

ECce omnia hæc vidit oculus meus, & audiuit auris mea,& intellexi ſingula. Secundum ſcientiam veſtram, & ego noui: nec inferior veſtri ſum. Sed tamen ad omnipotentem loquar,& diſputare cum deo cupio, prius vos oſtendens fabricatores mendacij, & cultores peruerſorum dogmatum. Atque vtinam taceretis,vt putaremini eſſe ſapientes. Audite ergo correctiones meas,& iudicium labiorum meorum at
a tendite. Nũnquid deus indiget veſtro mendacio:vt pro illo loquamini dolos? Nunquid faciem eius accipitis, & pro deo iudicare nitimini? Aut placebit ei quem cælare nihil poteſt? Aut decipietur, vt ho
b mo,veſtris fraudulentiis? Ipſe vos arguet:quoniam in abſcondito faciem eius accipitis. Statim vt ſe commouerit:turbabit vos:& terror eius irruet ſuper vos. Memoria veſtra comparabitur cineri:& redigentur in lutum ceruices veſtræ. Tacete pauliſper:vt loquar quodcunq; mihi
c mens ſuggeſſerit. Quarẽ lacero carnes meas dentibus meis, & ani-
d mã meam porto in manibus meis? Etiam ſi occiderit me: in ipſo ſperabo. Veruntamen vias meas in conſpectu eius arguam: & ipſe erit ſaluator meus. Non enim veniet in conſpectu eius omnis hypocrita. Audite ſermonem meum,& ænigmata percipite auribus veſtris. Si fuero iudicatus,ſcio quòd iuſtus inueniar. Quis eſt qui iudicetur mecũ? Veniat. Quare tacens conſummor? Duo tantum ne facias mihi,&tunc à facie tua non abſcondar. Manum tuam longè fac à me, & formido tua me non terreat. Voca me,&ego reſpondebo tibi:aut certè loquar,
e & tu reſponde mihi. Quantas habeo iniquitates & peccata: ſceleꝛa
f mea & delicta mea oſtende mihi. Cur faciem tuam abſcondis, & arbitraris me inimicum tuũ? Cõtra folium quod vento rapitur,oſtendis potentiam tuam, & ſtipulam ſiccam perſequeris. Scribis enim contra me amaritudines:& conſumere me vis peccatis adoleſcentię meæ. Poſuiſti in neruo pedem meum:& obſeruaſti omnes ſemitas meas:& veſtigia pedum meorum conſideraſti. Qui quaſi putredo conſumendus ſum,& quaſi veſtimentum quod comeditur à tinea.

Caput XIIII.

HOmo natus de muliere,breui viuens tempore: repletur multis miſeriis. Qui quaſi flos egreditur & conteritur, & fugit velut
g vmbra,& nũquam in eodem ſtatu permanet. Et dignum ducis
h ſuper huiuſcemodi aperire oculos tuos:& adducere eum tecum in iudicium. Quis poteſt facere mũdum de immundo conceptum ſemine? Nonne tu qui ſolus es? Breues dies hominis ſunt: numerus menſium eius apud te eſt. Conſtituiſti terminos eius,qui præteriri non poterũt.
i Recede ergo paululum ab eo:vt quieſcat,donec optata veniat,& ſicut
k mercennarij dies eius. Lignũm habet ſpem. Si preciſum fuerit,rurſum vireſcit,& rami eius pullulant. Si ſenuerit in terra radix eius, & in pul
l uere emortuus fuerit truncus illius: ad odorem aquæ germinabit, & faciet comam,quaſi cùm primum plantatum eſt. Homo verò cũ mor
m tuus fuerit,& nudatus atque conſumptus:vbi quæſo eſt? Quomodo ſi recedant aquę de mari, & fluuius vacuefactus areſcat: ſic homo cùm dormierit

noui hominis vita, per reſurrectionem fidei reuiuiſcat,& rami eius virtutibus pullulent:id eſt, opera eius ſanctę viuendo proficiant. l ¶Homo verò cùm mortuus fuerit, & nudatus atq; conſumptus, vbi quæſo eſt?) Homo autem non habens ſpem in Chriſto,ſicut gentes quæ ignorant deum,cùm mortuus fuerit,non renatus per baptiſmum, vita etiam deſtitutus ac præſenti delectatione nudatus, ſine dubio ſententiam æternæ damnationis excipiet. m ¶Quomodo ſi recedant aquæ de mari,& fluuius vacuefactus areſcat.)Si fieri poteſt, ait, vt aquæ ſalutarium præce-

dormierit,non resurget. Donec atteratur
cœlum, non euigilabit: nec consurget de
somno suo. Quis mihi hoc tribuat, vt in
inferno protegas me,& abscondas me:do
nec pertranseat furor tuus, & constituas
mihi tempus in quo recorderis mei? Pu-
tasne mortuus homo rursum viuet?Cun-
ctis diebus quibus nũc milito:expecto do
a nec veniat immutatio mea. Vocabis me,
& ego respondebo tibi. Operi manuum
b tuarum porriges dexteram. Tu quidem
gressus meos dinumerasti: sed parce pec-
c catis meis. Signasti quasi in sacculo deli-
cta mea, sed curasti iniquitatem meam.
d Mons cadẽs defluit, & saxum transfertur
de loco suo. Lapides excauant aquæ,& al
luuione paulatim terra consumitur:& ho
e mines ergo similiter perdes. Roborasti
eum paululum,vt in perpetuum transiret.
f Immutabis faciem eius, & emittes eum.
g Siue nobiles fuerint filij eius,siue ignobiles:
h non intelliget. Attamen caro eius dum vi
uet dolebit: & anima illius super semetip
so lugebit.

Caput XV.

i RESpondens autem Eliphaz The-
manites, dixit: Nunquid sapiens
respondebit, quasi in ventum lo-
k quens, & implebit ardore stomachum su
l um? Arguis verbis eum qui non est ęqua-
lis tibi:& loqueris quod tibi non expedit.
m Quantum in te est, euacuasti timorem:&
n tulisti preces coram deo. Docuit enim ini
quitas tua os tuum,& imitaris linguã bla
sphemantium.

G rium præceptorum dei, de sanctarum scripturarum mari de
sinent recedere: cui perenni abundantia non deficiunt, & si
potest fieri vt fluuius sacri baptismatis: quadam inopia diui-
næ misericordiæ exiccetur, & non plenus sit gratia dei,san-
cti quoq; spiritus donis non redundet: ita poterit fieri vt ho-
mo cum mortuus fuerit,non re-
surgat. a ¶ Vocabis me, &
ego respondebo tibi. Operi ma
nuum tuarum porriges dexte-
ram.)Vocabuntur omnes mor-
tui in nouissimo seculorum, &
in voce archangeli, atque in tu-
ba dei de tumulis excitabũtur:
respondebuntque vniuersi hoc
modo cum ad verbum maiesta-
tis eius atque potentiæ,cineres
ac fauillæ humanorum corpo-
rum viuificabuntur, & exurgẽt
ex mortuis incorrupti.
b ¶ Tu quidem gressus meos
dinumerasti.) Cogitationes &
opera iuuentutis meæ.
c ¶ Signasti quasi in sacculo
delicta mea.) Saccus,significa-
tiuo nomine, quasi tota massa
peccatrix generationis Adę di
H ctus videri potest: in quo quasi
sub signaculo imaginis eius, ge
nuit Adam ad imaginem & si-
militudinem suam, totam sobo-
lem illius in ipso præuaricatri-
cem effectam: quam per multa
secula deus clausam tenuit sub
peccato,& tamen in nouissimis
seculorum temporibus,vulnera
delictorum sua redemptione cu
rauit. Si autẽ de semetipso Iob
hoc dixisse videtur,vt arbitror,
iste est intellectus. Si qua igitur
ait ad deum per totum seculum
vitæ meæ peccata commisi, in
vnum omnia per diuersa tempo
rum spatia congregasti, vt se-
cundum rigorem iustitiæ tuæ
I pro cunctis simul mihi retribu-
eres: d ¶ Mons cadens defluit,
& saxum trãsfertur de loco suo
&c.)Montem ergo istum diabo
lum, siue superbiæ hominẽ sen
tire debemus,qui contra deum,
vt mons elatione mentis tume-
scit, & ita se erigendo, cadit in
præceps vt defluat, & solutus in puluerem ad nihilum dedu
citur. Saxo verò illos assimilari puto, qui cum in naturæ bo
no debuerant tanquam lapides soli simili fortitudine perma
nere,commutati sunt voluntate propria in stoliditatẽ quan-
dam ac duritiam cordis:& ideo detestationis suę habitaculo
quod se habere quasi de suis meritis præsumebant, deiiciendi
sunt ad digna sibi loca. Aquæ autem istæ quæ semper inferi-
ora petunt,per quas etiam quondam venit interitus: aduer-
sarias significant potestates & procellas ac turbines mundi.
Hæ ergo aquæ inquam eos homines qui sibi fortissimi ac so
lidi sunt de se præsumentes & confidentes in virtute sua: vn-
de & lapidibus comparantur, indefinenti lapsu atterunt. Ter
ram verò illos esse existimo, qui tentationes & pericula non
ferentes: se dimittunt labefactari. Homines ergo similiter per-
des: id est sanctos tuos, qui imaginem tuam in se custodiunt.
e ¶ Roborasti eum paululum.)Hoc est,in vita ista non per-
misisti sanctos tuos tentationibus superari. f ¶ Immuta-
bis faciem eius,& emittes eum.)Id est,cum mortale hoc im
mortalitatem induerit & incorruptionem. Siue aliter, faci-
em animam intelligimus,quæ cum naturalem receperit sere
nitatem, contemplatur gloriam diuinæ maiestatis, quæ cum
corpore suo simul fuerit gratulata: nulla perturbatione cu- K
iuslibet vitij sauciabitur. g ¶ Siue nobiles fuerint filij eius,
siue ignobiles.)Hoc est,non filij carnis,sed filij mentis: id est
opera virtutum. Non intelligunt ergo sancti in hac vita an-
te iudicij diem, quales pro certo filios habeant: vtrum deo
placentes,an non placentes. Ro
borasti eum paululum, vt in per
petuum transiret, secundum for
mam serui quã assumpsit. Hæc
Christo deo non aptari posse ar
bitror. Nã cum ex ea parte qua
homo est, infirmaretur, proxi-
mus passioni Euangelista ait:
Apparuit autem angelus domi- Luc. 22. c
ni de cœlo cõfortans eum. Hic
ergo ad breue tempus admini-
strata redemptione nostra in
perpetuum illud seculum cœ-
los penetrans transiuit. Immu-
tabis faciem eius: hoc est, cum
totus homo in deum transit:
salua tamen vtriusque substan-
tiæ proprietate in vnitate per-
sonæ. h ¶ Attamen caro eius L
dum viuet, dolebit: & anima il-
lius super semetipso lugebit.)
Ita veram carnem saluator no-
ster assumpsit,vt potuerit dolo-
rem sentire. Vel anima eius do- Matt. 26. d
luit, cum ait: Tristis est anima
mea vsque ad mortem. Siue ec-
clesia, quæ caro eius est, dolet
cum pressuris premitur seculi:
quia ipsa ecclesia filia est in eo,
qui per fidẽ baptismi initiatur
in Christo. Et rursum mater est
cum ille qui membris Christi
incorporatus est, suscipit mini-
sterium baptizandi.

Caput XV.

i RESpondens autem Eli-
phaz Themanites, di-
xit:&c.)Hoc sensu vi-
detur cœpisse: quisquam ne sa-
piens,& disciplinæ philosophi-
cæ studiosus, ita furore rapitur
atque insania possidetur, vt si-
ne vllo timoris dei vel religio-
nis intuitu,sic loquatur,vt aurę M
flatui simile sit,ventoq; quod lo
quitur. Ob hoc igitur Eliphaz
sanctum Iob veluti spiritu su-
perbię ventoq; tumidum redarguere ausus est. k ¶ Et im-
plebit ardore stomachum suum.) Nomine ardoris, exanhe-
lantem felle iracundiæ animum eius voluit indicare, qui ad-
uersum deum tanquam coæqualem sibi irasci pręsumpserit.
Alia interpretatio ita habet: Et implebit dolore ventrem su
um. Ventrem capacem quendam sinum animæ dictum intel-
ligamus: quia quemadmodum receptaculũ aliquod est cor-
poris quo viscerum vitalia continentur,& hoc ventris nomi
ne appellamus: Ita virtutem quandam exercitationibus ani-
mæ capabilem illa translatione per demutationem nominis
dixit,quæ eo modo cogitationibus repleatur,quo venter ho
minis escis repletur. Increpatur ergo Iob ab Eliphaz, quod hu-
iusmodi vẽtrem dolore repleuerit.i.ea cogitet quæ animam
eius discrucient, vel vnde dolores corporis meritò patiatur.
l ¶ Arguis &c.)Quem ita dicendo: velut rebellem deoque
contrariũ notat. Ob hoc forsitan, quia in præcedenti sermo-
ne dixerit Iob ad deũ inter cætera: Et arbitraris me inimicũ
tuum. m ¶ Quantũ &c.)Tam elatus,inquit,effectus es,vt
timore diuino omnino sis vacuus,& deum iam nec deprecari
digneris: propter quod ait:&tulisti preces coram deo.i.qua-
si tibi non necessarias à te abstulisti. n ¶ Docuit eñ &c.)
Malum

a phemantium. Condemnabit te os tuum,
& non ego: & labia tua respondebunt ti-
b bi. Nunquid primus homo tu natus es, &
c ante omnes colles formatus? Nunquid cõ
silium dei audisti, & inferior te erit eius
d sapientia? Quid nosti quod ignoremus?
e Quid intelligis quod nesciamus? Et senes
& antiqui sunt in nobis multo vetustio-
f res quàm patres tui. Nunquid grande est,
vt consoletur te deus? Sed verba tua praua
g hoc prohibent. Quid te eleuat cor tuum,
& quasi magna cogitans, attonitos habes
oculos? Quid tumet contra deum spiritus
tuus: vt proferas de ore tuo huiuscemodi
sermones? Quid est homo,& vt immacu-
latus sit, vt iustus appareat natus de mu-
liere? Ecce inter sanctos eius nemo immu
tabilis: & cœli non sunt mundi in conspe
ctu eius: quanto magis abominabilis &
inutilis homo, qui bibit quasi aquam ini-
h quitatem? Ostendam tibi audi me, quod
i vidi narrabo tibi. Sapientes confitentur,&
k non abscondunt patres suos. Quibus solis
data est terra,& non transibit alienus per
l eos. Cunctis diebus suis impius superbit,
& numerus annorum incertus est tyran-
m nidis eius. Sonitus terroris semper in au-
n ribus illius,& cum pax sit,ille semper insi
o dias suspicatur. Non credit quòd reuerti
p possit de tenebris ad lucem, circunspectãs
q vndique gladiũ. Cum se mouerit ad quæ-
rendum

A Malum igitur mentis tuæ, os tuum didicit loqui: & idcirco
imitator & discipulus es illorum,qui linguam ad blasphemã
dum deum semper habent paratam. a ¶ Condemnabit te
os tuum,& labia tua, &c.) Id est, merita sermonum tuorum
recipies. b ¶ Nunquid primus homo tu natus es,& ante
omnes colles formatus?) Ergo
antequam generatio humana
existeret,esse cœpisti, donans ti
bi plurimum,quòd præ cæteris
hominibus sapias: vbi sermone
subsannatorio potuit primum
Adam dixisse: quem vtique sa-
pientissimum à deo nouimus fa
ctum. Ita ergo in sanctum Iob
inuehitur, vt diceret: nunquid
tu ante patrem humani generis,
& ante cõditionem angelorum
esse cœpisti? c ¶ Nunquid
consilium dei audisti, & inferi-
or te erit eius sapientia?)Subin
de nimium & iactantem arguit
vero deo placentem,& vehemẽ
ter increpat, dicens: quòd non
solum nosse putet dei cõsilium:
B verùm etiam & inferior sit illo
eius sapiẽtia. Apparet ergo ple
num liuore animum, exprobra-
tionum iacula, in hominem iu-
stum sine causa dirigere, vt con
uiciis obrueret innocentem.
d ¶ Quid nosti quòd ignore-
mus? &c.)Plurimum: planè in
primis ipsum deum magis noue
rat: deinde reuelanda in Chri-
sto mysteria spiritu prouidebat.
e ¶ Senes & antiqui sunt in no
bis &c.)Senes & antiqui nobis-
cum positi,qui iam ipsa longæ-
uitate plurimum eruditionis at
que scientiæ consecuti sunt: ni-
hil temerè contra deum vt tu fa
cis,dicere præsumpserunt.
f ¶ Nunquid grande est vt cõ-
soletur te deus? &c.)Manifestũ
nec grande est omnipotenti,nec
difficile misericordiæ dei, ho-
minem consolari: vt inuocantẽ
exaudiat, & à pressura tribula-
tionis eripiat,sed tu blasphemias ructando,exacerbas magis
C deum in pœnam tuam,quem poteras humilitate & satisfacti-
one placare. g ¶ Quid te eleuat cor tuum,& quasi magna
cogitans, attonitos habes oculos? Quid tumet contra deum
spiritus tuus: vt proferas de ore tuo huiusmodi sermones?
Quid est homo,& vt immaculatus &c.) Cor,oculi,spiritus,
totam hominis animã significant: sed in corde hominis,sapi-
entiam cognoscamus. In oculis,perspicuitatem intelligẽtiæ:
In spiritu verò illius animæ motum, quo cogitationibus in-
cessabiliter agitur ad quæcunque facienda. In eleuatione er
go cordis & attonitis oculis,tumore etiam spiritus: superbũ
valde contra deum & inflatum nimium sanctum Iob Eliphaz
amicus eius exprobrat. Illis etenim sermonibus offensus fue
rat,quos beatus Iob ad deum superius narrauit: Si iudicatus
fuero,scio quòd iustus inueniar:& contra, isto sermone lo-
quitur: Quid est homo vt immaculatus appareat? h ¶ O-
stendam tibi audi me, quod vidi narrabo tibi.)Expertam rẽ
loquor,quam cognouisse & vidisse me noueris. i ¶ Sapi-
entes confitentur,& non abscondunt patres suos.)Ita vult eũ
diuersis modis atque exemplis, quasi ad pœnitentiam coar-
ctare atque constringere,vt confiteatur plagam illam pœna-
rum quam sustinebat ob merita sustinere. Vel ita:non defen
dendo seipsos,suosq; patres similis sui, vel quos imitando pa
rentes habere cœperunt: peccata sua siue parentum non co-
operiunt, nec abscondunt. Siue non cælant patres suos. i.se-
niores vel sacerdotes suos,quibus peccata salubre est confiteri. D
k ¶ Quibus solis data est terra, &c.) Frequenter deus pro-
pter peccata tradit terram iniquorum aliis gentibus. De cõ-
uersationis igitur introitu,& ingressu Sophar ad Iob loqui-
tur: In amaritudine sua vadent & venient super eum horribi
les,id est quasi iracundia felliũ
commoti, & veneno inuidiæ in
amaritudinem furoremq; con-
uersi: circa te, inquit, iugiter
morabuntur. Siue moraliter: Sa
pientes illi in Christo sunt,& in
seculo stulti, qui satisfactione
pœnitentiæ,peccata sua vel er-
rores hæreseos conuertendo se
ad deum fideliter confitentur,
& authores vel criminum suo-
rum,vel dogmatũ manifestant:
vt terram corporis sui soli pos
sideant: id est, non ei vitia, vel
hostiles nequitiæ dominentur.
Alienusq; per eum non trans-
eat.i. diabolus in eum non ha-
beat potestatem. Qui verè alie-
nus dicendus est, quia se à deo
& angelorum consortio fecit
alienum. l ¶ Cunctis diebus E
suis impius superbit,&c.) In per-
sonam quidẽ Iob hæc Eliphaz
videtur inuehere,quæ vsque ad
calcem sermonis huius perdu-
xit. Ego verò existimo quod affla-
tus spiritu prophetiæ, cuncta
hæc in quemlibet impium, siue
in ipsum diabolum, vel eius so-
cios dixerit. m ¶ Sonitus ter
roris semper in auribus illius.)
Sicut Aegyptij passi sunt.
n ¶ Et cum pax sit, ille semper
insidias suspicatur.)Perseuerat
impius in scelere semper de cõ
scientię malo: nouit enim secun
dum iustum iudicium dei, quæ
impiis retributio sit separata.
o ¶ Non credit quòd reuerti
possit de tenebris ad lucem.)
Frustra errore deceptus, quòd
aliquo precio redimendus sit.
Hic impius in profundum pec
catorum deueniens, vitam se posse consequi desperauit. Et F
idcirco nõ credit quòd reuerti possit ad pœnitentiæ lucem
de tenebris peccatorum. Huius autem diffidentiæ causam,
enarrat dicens: p ¶ Circunspectans vndique gladium.)
Id est, hinc inde: siue præstolans mortem. Diximus dia-
bolum in escam datum spirituum immundorum, quia eius
malitia viuunt: vultures verò homines peccatores & im-
mundi intelliguntur. Cum ergo hi conuersi fuerint, tunc
inimicum deuorantem se, versa vice habebunt in escam,
quia ipse est draco qui datus est à deo in escam populis
Aethiopum, qui quondam propter nigredinem peccato-
rum Aethiopes: nunc autem per fidem lux facti in domi-
no. Hunc impium siue draconem consumunt ac deuorant:
dum omne corpus eius, qui sunt vtique peccatores, per
fidem intromittunt in corpus: id est, in ecclesiam: secun-
dum hoc, quod dictum est Petro: Surge, occide & man- Act. 10. b
duca. Hinc etiam Moyses filios Israel vitulum comminu- Exodi. 32.
tum bibere compulit, vt sicut ab eo fuerant absorpti in er-
rore: ita illi in corpore populi dei relicto errore transirent.
q ¶ Cum se mouerit ad quærendum panem, nouit quòd
paratus sit in manu eius tenebrarum dies.)Motus animo-
rum, est inchoatio cogitationis. Cum ergo hic recordatus
fuerit,reus sibi semper malè conscius: quemadmodum possit
viuere: nihil ei occurrit aliud quàm tempus illud iudicij dei
horribile, quo pœnas perpetuas irrogandas expauescit.
Terrebit

rendum panem, nouit quòd paratus sit in manu eius tenebrarum dies. a Terrebit eum tribulatio: & angustia vallabit eum sicut regem qui præparatur ad prælium. b Tẽdit enim aduersus deum manum suam, & contra omnipotentem roboratus est. c Cucurrit aduersus eum erecto collo: & d pingui ceruice armatus est. e Operuit faciem eius crassitudo, & f de lateribus eius aruina dependet. g Habitauit in ciuitatibus desolatis, & in domibus desertis, quæ in h tumulos sunt redactæ. Non ditabitur, nec i perseuerabit substantia eius: nec mittet in k terram radicem suam. Non recedet de te- l nebris. Ramos eius arefaciet flamma: & m auferetur spiritu oris sui ab eo. n Non recedet frustra errore deceptus, quòd aliquo o precio redimendus sit. Antequam dies eius p impleantur, peribit, & manus eius arescet. q Lædetur quasi vinea in primo flore botrus eius, & quasi oliua proiiciens florem su- r um. Congregatio enim hypocritæ steri- s lis, & ignis deuorabit tabernacula eorum, qui munera

G a ¶ Terrebit eum tribulatio: & angustia vallabit eum sicut regem qui præparatur ad prælium.) Antequam dies prædictus adueniat, malo formidinis cruciabitur: pressuris quoq; & angustiis septus vndique coartabitur: veluti rex profecturus ad prælium. Sub nomine regis, impium hominẽ, siue diabolum significari existimo, qui contra deum bella quotidie blasphemias contentionesque, siue pugnas parat vitiorum. b ¶ Tetẽdit enim aduersus deũ manum suam, &c.) In elatione siue expansione manus, resistentem deo demonstrat, quemque mentis etiam tumidæ contumacia robustum dicit. c ¶ Cucurrit aduersus eum erecto collo.) Abruptam ac præcipitem superbi indicat mentem: quia contra deum possessus insanus in audacia resistendo, non lentis gressibus processit. d ¶ Et pingui ceruice armatus est.) Pinguedinem nominando ceruicis, superabundantem, & quasi nimium effluẽtem superbiam

H indicauit. Quemadmodũ propheta ait: cùm de eadem hominum superbia loquitur, dicens: Prodiuit quasi ex adipe iniquitas eorum: hoc testimonium noua æditio apertius dicit: Processerunt à pinguedine oculi eorum: id est, sensus siue cogitationes nimium superborum, in blasphemiam proruperunt. e ¶ Operuit crassitudo faciẽ eius.) Facies plerunq; ipsa mẽs animæ intelligitur, vt ait Apostolus: Nos autem reuelata facie gloriã domini speculamur: Hanc diabolus siue impius homo sanctitate seu humilitate, serenam non habet, siue perspicuam, sed crassitudine opertã superbiæ, quę cæco corde fit & obtuso. Alia æditio: Operuit faciem eius tanquam in adipe suo: tanquam diceret: superbia videlicet atra, author omnium vitiorum: non tenui, & perlucida humilitatis virtute velut precioso amictu se vestiuit, sed de seipsa fecit ei quodammodo derisum & vestimentum obscurum, quò superbiam crassa cæcitate cordis obtunderet. f ¶ Et de lateribus eius aruina dependet.) Possunt latera eius, ministri siue sodales intelligi, qui eius similes extiterunt:

I Non absurdè etiam aures intelliguntur, quæ vtique in audientia impinguantur, vnde nimia surditas contumacibus generatur, secundum illud: Incrassatum est cor populi huius. (Esa.6.c) Alia æditio: Fecit capitapulũ super femora. Videtur mihi iste versiculus sensum huiuscemodi continere, quòd in hoc impio increpetur, quia frenum disciplinæ, quo ad virtutes retineri poterat, habere noluerit: sed ad quandam se potius dissolutionem, deposito animi rigore deiecerit, vt quasi loro laxato ad voluptatem & luxuriam deduceretur. g ¶ Habitauit in ciuitatibus desolatis, &c.) Habitationẽ ergo bestiarum, & auium immundarum, spiritus immundos dicit: qui habitant in hominibus, quos deus deseruit. Hic enim habitat in hominibus derelictis à deo, & ob hoc sepulchra facti sunt mortuorum. Et si peccata in scripturis mortui aliquando dicuntur, necessario peccatores & impij tumuli sunt mortuorum. Igitur in ciuitatibus, potest generale nomen esse omniũ peccatorum. In domibus verò speciale, vniuscuiusque peccatoris & impij. h ¶ Non ditabitur, &c.) Substantia hic non rerum diuitiæ intelligendæ sunt, sed peccata: de quibus ait (Apoca 14.b) sanctus spiritus in Apocalypsi Ioannis: Cecidit, cecidit Babylon ciuitas magna, & facta est habitaculum dæmoniorum, & custodia omnis spiritus immundi. Quòd autem ait, non ditabitur: hoc dixisse mihi videtur, non longum tempus erit, quo vita eius in diuitiis facinorum decrassetur, cùm etiam collecta vitiorum eius substantia, non erit permansura.

K i ¶ Nec mittet in terram radicem suam.) Id est, quia tanquã arbor euulsa sit moriturus: ideo in terra viuentium stabilitatem æternam siue eorum consortium non habebit: eo quòd hic prius spem vel radicem fidei non præmisit: auram etiam salutis, vt sub vmbra viuat, refrigerij non habebit. k ¶ Nõ recedet de tenebris.) Alij dixerũt non effugiet tenebras: id est, pœnas æternas subibit, & tenebras non euadet. Nõ recedet autem de tenebris: intelligimus de tenebris infidelitatis. Homo hic impius ad lumen pœnitentię venire detrectat. l ¶ Ramos eius arefaciet flãma.) In ramis, operum malorum fructus intelligamus, sicut Salomon ait: Fructus impiorum peccata: hos verò velut ligna, fœnum, stipulam gehennæ ignis absumet. (Prou.10.c.) m ¶ Et &c.) Quia ergo furor cõtra deũ animus eius est, quo etiam & blasphemias in eum spirare non desinit: oris sui, ait, iu-

L dicio condemnatur. Secundum antiquam ergo æditionem in stirpe siue fronde, originem vitæ impij significari existimo: quam spiritus dei sententia iudicij, vt incubans ventus percutit, vt velut arbor arefactus impius illico moriatur, & ita omnis flos honoris eius & gloriæ defluat. n ¶ Non, &c.) Hoc igitur ait, putat fortassis diabolus, & homo impius cordis duritia in impietate persistens, q; deus ei pro suis meritis non retribuat: dum deus nequaquam ei parcit, & si verbis hoc potentibus atque compositis vt obtineat deprecetur, cùm iam secundum dei iustum iudicium, sempiternis addictus sit cruciatibus. o ¶ Antequam dies eius impleantur, peribit.) Tunc dies vniuscuiusque impleri dicitur: cùm bonorum hominum ac malorum retributio venerit: Hic ergo homo, siue diabolus, ante perspicuæ sententię diem, quam eis dominus in iudicio daturus est: prẽsciit in prædestinatione. p ¶ Et manus eius arescent.) Nullum vtique boni operis fructũ in se habens. q ¶ Lædetur quasi &c.) In botro nulli dubiũ, q; fructus operis intelligat prædictus.

M Igit florẽ gaudij tẽporalis, ad maturitatẽ fructus ppetui perducere non valebit: eo q; in spe ipsa mendacis gloriæ, calido vento superbię dissipabitur. Siue frigore charitatis dei, velut à pruina lædetur, sicut eodẽ sensu in sequentibus arbitror dictũ. Et quasi oliua proiiciens florẽ suum. Oliua enĩ in scripturis diuinis & vinea, aliquando homo tñ significat: aliquando populus seu bonus seu malus. Quod aũt dixit, vastabitur, siue euertetur, ita intelligendum, sicut in Apocalypsi habetur: Qui fecerit mandata domini, non lædetur à morte (Apoc.2.b) secunda. Vinea ergo & oliua, plebs Iudæorum potest intelligi. Hæc igitur vinea perdet, siue amittet fructum sanctitatis atq; iustitiæ: quia Christũ primũ florẽ & optimũ sanctorum oim in agro legis habere noluit. Ipse enĩ dicit: Ego flos cãpi. (Canti.2.a) Sed vt infidelis atq; incredula, ne illi fides Christi flagraret: proiecit eum à semetipsa, & dum proiicit extra vineam, & à se excutit velut florem, ipsa à patriarcharum radice euulsa est, & Christo fructu nostræ salutis excussa. r ¶ Congregatio &c.) Raptorem & violẽtum simulatorem sanctum Iob his sermonibus denotat, & dicit q; & ei non proderunt diuitiæ ex iniquitate collectæ: ita enim aduersum Iob, & in primo sermone locutus est, vbi etiam leoni & leænæ, leonumq; catulo & tigri comparauit. Sed deo magis credendũ est, qui eum laudans non simulatorem effectum dixit: sed innocentẽ & simplicẽ prædicauit. Quòd aũt ait Eliphaz. s ¶ Et ignis deuorauit

a qui munera libenter accipiunt. Concepit dolorem, & peperit iniquitatem, & vterus eius præparat dolos.

Caput XVI.

REspondens autem Iob, dixit: Audiui frequenter talia. Consolatores onerosi omnes vos estis: Numquid habebunt finem verba ventosa, aut aliquid tibi molestum est si loquaris? Poteram & ego similia vestri loqui. Atq; vti- b nam esset anima vestra pro anima mea. c Consolarer & ego vos sermonibus, & mouerem caput meum super vos. Roborarẽ vos ore meo, & mouerem labia mea, qua- d si parcens vobis. Sed quid agam? Si locutus fuero, non quiescet dolor meus: & si e tacuero, non recedet à me. Nunc autẽ oppressit me dolor meus: & in nihilum reda- f cti sunt omnes artus mei. Rugæ meæ testi- g monium dicunt contra me: & suscitatur falsiloquus aduersus faciem meam, contradicens mihi. Collegit furorem suum in h me: & comminans mihi infremuit contra i me dentibus suis. Hostis meus terribilibus k oculis me intuitus est. Aperuerunt super me ora sua: & exprobrantes percusserunt maxillam meam: satiati sunt pœnis meis. l Conclusit me deus apud iniquum: & ma- m nibus impiorũ me tradidit. Ego ille quondam opulentus repentè contritus sum. Tenuit ceruicem meam, confregit me, & n posuit me sibi quasi in signum. Circundedit me lanceis suis: conuulnerauit lumbos meos. Non pepercit, & effudit in terra vi- o scera mea. Conscidit me vulnere super vulnus

G deuorabit tabernaculum eorum &c.) In sanctum Iob cadere non potest. Quia ipse, vt iam dixi, secũdum dei testimonium de seipso ita locutus est: Et si in manibus meis adhæsit macula, cùm de muneribus loqueretur. Ignem verò nominando, gehennam puto significauit: qua tabernacula: id est, corpora iniquorum sunt cõsumenda. De hoc igne & Sophar in consequẽtibus ait: Deuorabit eum: id est impium ignis qui non succenditur. a ¶ Cõcepit dolorem, & peperit iniquitatem, &c.) Dauid quoque postmodum de huiusmodi ita dixit: Ecce parturit iniustitiam, concepit dolorem, (Psalm.7.d.) peperit iniquitatem. Dolor ergo est iniustitia & iniquitas. Hoc ergo impius peperit quod conceperat, & tamen vterus cordis eius: dolos præparare non desinit. Quos tunc ædit, quando opera in factum procedunt. In conceptu itaque iniqua cogitatio intelligitur, sicut in par-

H tu effectus malæ cogitationis agnoscitur. Aduersum Iob hæc vniuersa Eliphaz locutus est, sed iam superius diximus, quòd subministratione prophetiæ per psonam Iob diabolo vel cuilibet homini impio dicta hæc videri possunt, sicut & alia quæ amici eius locuti sunt.

Caput XVI.

b REspondens &c. Atque vtinam esset anima vestra pro anima mea.) Si vos, inquit, hæc quę sustineo pateremini: non ita circa vos agerem, vt vos erga me agere non cessatis. c ¶ Consolarer & ego vos sermonibus, & mouerem caput meum super vos. Roborarem &c.) Blandimento vtique sermonum meorum vos potius cohortarer: mẽtes etiam vestras tribulationibus acerbis exasperatas, ne in lapsum blasphemiæ

I caderent, leui sermone & placido sustinerẽ. d ¶ Sed quid agam? Si locutus fuero, nõ quiescet dolor meus, &c.) Id est, siue loquar ista nunc vobis: siue etiam taceã, hoc solum me nosse confiteor, quòd incessabili dolore discrucior. e ¶ Nũc autem oppressit me dolor &c.) Hoc etiam de Christo intelligendum est. f ¶ Rugæ meæ testimonium dicunt contra me.) Contractio cutis quam exiccante eadem sanie patior, quodammodo manifestatione sui dat aduersum me testimonium & quasi loquitur, quantos dolores siue cruciatus sustineam. g ¶ Et suscitatur falsiloquus aduersus faciem meã, &c.) Hic aut ipsum Eliphaz falsiloquum dicit, quia exprobrat sancto Iob, quòd hæc ob peccatorum merita sustineret aut diabolũ qui eum dixerat peccatorem. Aliter: falsiloquus, Iudas vel populus Iudæorum intelligendi sunt, qui contra Christum falsum dederunt testimonium. h ¶ Et comminans mihi infremuit contra me dentibus suis.) Ore amicorũ contra sanctum Iob disputantium, diabolus minabatur: siue Iudæi infremuerunt contra saluatorem. Alia æditio: Sagittæ piratarum super me ceciderunt. Piratæ isti diaboli sunt ministri, siue homines, siue dæmones: qui tunc piratę in scripturis vocantur, quando seculum istud mare appellatur. Sagittę verò dolores vel cruciatus intelligendi, quos patiebatur vt ab eis transfossus blasphemia moreretur. Et ita demum aurum atque argentum sapientiæ eius & scientiæ, vestes quoq;

K preciosas virtutum spei atque fidei in deum auferent ab eo, & grandi precio comparata monilia. i ¶ Hostis meus terribilibus oculis me intuitus est.) In oculis terribilibus, animũ saucientis in se describit inuisibilis inimici: qui siue per visiones nocturnas, siue per amicorum vultum terribilem, minas intenderet: sicq; dum Iob amici eius sancto, nephanda responderunt, nutibusq; etiam cũ irrisione deterrent, de Christo intelligendum. k ¶ Aperuerunt super me ora sua, & exprobrantes percusserunt maxillam meam, satiati sunt pœnis meis.) Igitur in maxilla, generis est nobilitas, siue honor quidam manifestus. Et sicut alij dixerunt; acriter est percussus in genis; intantum vt ab honore & nobilitate, & diuitiis fieret alienus; quando maxillam fidei suæ collidendam diabolo fortiter prębuit, quam ille perturbare cædendo conatus est, quasi quandam ianuam diuinæ confessiõis

L effringens, siue cùm falsum testimonium contra Christum dixerũt, siue illud, crucifige eum. l ¶ Conclusit me deus apud iniquum, & manibus impiorum me tradidit.) Id est, diabolo & angelis eius. Siue de Christo intelligendum quando traditus est in manibus Iudæorum. (Ion.19.) m ¶ Ego ille quondam opulentus repentè contritus sum. Tenuit ceruicem meam, confregit me, & posuit me sibi quasi in signum.) Id est, de diuite factus pauper. Vel Christus, de deo homo natus. n ¶ Circundedit me lanceis suis, conuulnerauit lũbos meos. Non pepercit &c.) Lanceæ hoc loco nominatę, dolorum compũctiones quas Iob patiebatur, significanter intelliguntur: siue de Christo blas-

M phemię quas passus est à Iudęis intelligendæ sunt. Iob verò nõ solum deforis toto corpore cõputruerat: verum etiam putoris sanie liquescebat: ita vt ipse Iob diceret: halitum meum exohrruit vxor mea. Omnia circa lumbos eius putruerunt. (Iob.19.c.) Siue de Christo intelligendum, conuulnerauit lumbos meos. Quia Iudæi vsque ad hoc persecuti sunt apostolos, qui quasi de lumbis doctrinæ suæ nati fuerant: vt eos vulnere infidelitatis Christum negando sauciarent: Dum Petrus dicit: nescio hominem. Et tenuit ceruicem meam: (Marc.14.g.) siue vt alij dixerunt: tenens comam meam diuellit. Proinde nunc intelligamus quo furore diabolus ac virtute istum virũ commouerit atq; concusserit, siue confregerit: vt etiam comam capillorum eius simul apprehensam, sit conatus euellere. Siue de Christo ita intelligendum, tempore passionis ex suo permissu tenuit aduersarius: & vsq; ad mortis dormitationem inclinauit: quem iam verberibus & affixione clauorum confregerat, & signum salutis in contrariam partem posuerunt. o ¶ Conscidit me vulnere super &c.) Dum languoribus meis atque vulneribus adduntur plagæ innumerabiles, diuidor totus resolutus atq; comminuor, ita vt nullum in me membrorum residuum sit, quod aliqua soliditate subsistat. De Christo etiam sic intelligendum: Cùm Iudas lætali apostasiæ vulnere peremptus est, non pepercit: in tanta

G tanta namq; sæuitia debacchatus est: vt scelus quod mente conceperat, etiam ore plublicaret: vel super vulnera crucis clauorum vulnera addiderunt. a ¶ Saccum consui super cutem meam, & operui cinere carnem meam.)Quod similiter dictum, ad humiliationem regni eius pertinere mihi videtur. Cornu autem, regnum in

Psal.148.b. scripturis vocatur: iuxta illud. Exaltabit cornu Christi sui: Christus verò ipsam gentem de qua oriundus erat, saccum appellauit. Cinere verò operuit principes Iudæorum: cum ab eis regnum pro negationis sacrilegio transtulit ad gentes.

b ¶ Facies mea intumuit à fletu, & palpebræ meæ caligauerunt.) Fletus siue lachrymæ, in homine de doloribꝰ, siue de tristitia generantur, sed lachrymę aliquando per genas cum silentio defluunt: fletus verò cùm habeant lachrymas, non sine voce & commotione corporis dătur: quem fletum Iob se habuisse testatur, qui ei de grumnis animę, pœnarum quoque cruciatibus

H nascebatur. Item aliter. Prophetæ, facies dei intelliguntur eo quòd sciant futura: qui cùm peditionem impiorum contęplarentur in spiritu, gemitibus continuis eos fleuisse intelligamus. Oculi etiam caligauerunt Christi, dum martyres siue sancti in tentationibus titubantes conturbati sunt: sed gratia dei liberati in lumine permanserunt.

c ¶ Hæc passus sum absq; iniquitate manus meæ, &c.)Nullus sanctorum ita mundas atq; immaculatas, absque omni vel minima labe cogitationis preces ad deum habet: vt mediator dei & hominum homo Iesus

I Christus, qui peccatum non fecit, nec dolus inuentus est in ore eius. Quas vtique preces atq;

Esa.53.c orationes secundum hominem, quem assumpsit, ad deum habere credendum est: cùm secundum diuinitatem suam cum patre ipse exaudiat. Siue sancti, qui pro nomine eius passi sunt sine iniquitate rebellionisve criminis alicuius à persecutoribus occisi: quantum ad illos persecutores, gratis morti traditi sunt. d ¶ Terra ne operias sanguinem meũ, &c.) Totum hoc est quod dicit, ne innocentis & bene sibi cõscij meritum lateat: præsertim cum insontem se mala tanta passum referat. Sanguinis verò nomine, vitæ istius præsentis statum dicere voluit. Hoc autem loco clamorem positũ, ipsam sanctitatem eius contra pœnas illius reclamantem: quæ iniquis meritò inferuntur ad vindictam, iustis autem ad probationẽ.

Aliquando etiam in scripturis clamor affectus animi intentus ad deum ostenditur, vel etiam clamor iniquitatis populi:

Esaiæ.5.a qui expectabatur vt faceret vuas, & fecit spinas. Nec omnis iniquitas clamor dicit, sed illa quæ publicè fit. e ¶ Ecce enim in cœlo testis meus.)Quia deus de eo testimoniũ perhibuit. f ¶ Verbosi amici mei.) Qui verba non ad deum pertinentia loquitur, verbosus vocatur: qui verò verba dei loquitur, verbosus non potest iudicari. g ¶ Ad deum stillat oculus meus.) Cum lachrymis interpellat deum.

h ¶ Atque vtinam sic iudicaretur vir cum deo &c.) Hoc dicit: Vtinam mihi esset copia cum homine disputandi, vt me innocẽtem probare possem. Deum autem meum nolo intra-

Psalm. 7.c re mecum in iudicium: qui & scrutans corda, & renes deus est: cuius iudicium falli omnino non potest: neque ipse consueuit discuti à quoquã. i ¶ Ecce enim breues anni transeunt, &c.) Ita credebat, quòd nec ad mortale corpus suum, nec ad tormenta corporis sui esset iterum reuersurus.

Caput XVII.

k SPiritus meꝰ attenuabitur, & dies mei breuiabunt.) Hoc dicit, quòd in breuitate vitę suæ, spiritus eius sensim attenuatus defecerit.

l ¶ Et solum mihi supereſt sepulchrum.)Quia mors est finis omnium tormentorum.

m ¶ Non peccaui, & in amaritudinibus moratur oculꝰ meꝰ.) Verum est, quòd deo placitus non peccauit. Et licet possit hic locus ita intelligi, quòd in deo quidem non peccauerit, & tamẽ quasi in ipso peccauerit, pœnas blasphemantium patiatur. Et fortè quoniam à deo in præsenti laudatur, non peccauerat: sed in præteritis adolescentiæ tem-

L poribus peccasse non negat.

n ¶ Libera me, & pone me iuxta te: & cuiusuis manus pugnet contra me.) Sub scuto igitur protectionis dei latere optat: quo munitus atque defensus, sæuientem hostem non timeat.

o ¶ Cor eorum longe fecisti à disciplina: propterea non exaltabuntur.) Quia ad deum hęc loquitur Iob: de diabolo vtiq; & satellitibus eius præcesserũt peccata: quippe pro quibus pœnam obdurationis acceperunt. Causa igitur de quibus loquimur, qua elongati sunt, vt non apprehenderent disciplinam: quia exaltationem bonæ naturæ suæ debitam, voluntate propria perdiderunt. p ¶ Prędă pollicetur sociis, & oculi filiorum eius deficient. Posuit me quasi in prouerbium vulgi, & exemplum sum coram eis.)Socij siue filij diaboli, iidem sunt M ministri eius: sed socij dicuntur propter contubernium conspirationis aduersus deum. Filij, propter imitationem ipsius diaboli. His igitur dæmonibus beatum Iob in prædam dandum, pater eorum & rebelliõis caput diabolus promittebat, dum eum per tantos dolores ad blasphemiam impellendum, & à deo ob hoc relinquendum esse credebat: siue quando eum omni gloria domus & filiorum spoliauit. q ¶ Caligauit ad indignationem oculus meus, & membra mea quasi in nihilum redacta sunt.)Iuxta illud euãgelij: Lucerna cor- Matt.6.c poris tui, est oculus tuus. Hunc igitur oculum Iob sibi caligasse conqueritur illa indignatione, qua ipsum sanctitatis suæ merita conseruabant: eo quòd bona conscientia: pœnas pateretur indebitas. r ¶ Stupebunt iusti super hoc.)Admirantes de iustis dei iudiciis, quomodo iustus & sine crimine pœnis affligatur. s ¶ Et innocens contra hypocritam suscitabitur.)Hypocrita est ipse diabolus, qui cum sit tenebrarum: id est, delicti inuentor, ipse recedendo à verò lumine est tenebrosus effectus. Quasi lucifer posuit in cœlo sedem suam: & transfigurauit se in angelum lucis: aut certè vnumquenq; amicorum suorum Iob hypocritam dixit: quia sub verbis consolatoriis dolos ei dolosè loquebantur. t ¶ Et tenebit iustus viam suam: & mundis manibus addet fortitudinẽ.) In quas pfecto virtutes se magis crescere manifestat.

u ¶ Igitur vos omnes conuertimini, & venite, & cætera.)

Conuertimini

A Conuertimini, ast, à prauitate sententiæ, qua me condemnare summo studio non desistitis. Venite: sermo inuitantis est, ad melioris vitæ profectum: quod est, ô vos hypocritæ, & non veri, nec fideles amici, ad agnitionem veritatis accedite, quã vos habere minimè noueritis. a ¶ Dies mei transierunt.) Dies hi præteritæ fœlicitatis possunt intelligi, in quibus pollens virtutibus vsuebat beatus Iob. Hos igitur dies à se non sine gemitu loquitur præteriisse, quando multis miseriis circundatus est, & plaga intolerabili dolorum patiebatur. b ¶ Cogitationes meæ dissipatæ sunt, &c.) Cùm in vnius iugiter contemplationis intentione positus essem: & cogitationes meas haberem semper intentas ad deũ: plagæ huius superuenientis mihi miserię, easdem cogitationes meas à sua vnica soliditate in me video dissipatas: & ob hoc excruciatur cor meũ: eo quòd

B earum dilaceratiõe torquetur, vidẽs me mala simplicitati meæ inconuenientia sustinere.

c ¶ Si sustinuero, infernus domus mea est, & in tenebris straui lectulum meum.)Pœnis corporis cogitationumq; stimulis, sicut ait, indefinenti tempore agebatur, & idcirco pœnas inferorũm, iam se pati clamabat. Aut fortè separatio illa qua ab hominibꝰ factus est alienus extra ciuitatem, sedens in sterquilinio, tenebræ dictæ sunt: quia lucem humani solatij non habe-

C rent. d ¶ Putredini dixi, pater meus es: mater mea & soror mea vermibus.)Tam longo, inquit, tempore computrescо: vt ipsam putredinem, & vermes nascentes in eius sanie parentes appellem: ac per hoc quemadmodum quispiam mortalium sine parentibus non potest existere: ita & ego factus sum, quasi sine putredine & vermibus esse non possem. Qui ita in carne mea vel ut in natura sua sunt: tanquam si ex eis ipse subsisterem. Cũ illi in me de carnis meæ sanie potius generentur, non ego ex illis. Vbi magis mortalitatem per peccatum factam significauit: cui inest corruptio, & corruptioni putredo. Patrẽ verò appellauit ipsum ortum humani generis in Adam, qui corruptione factus est putrescibilis. Matrem verò naturam humanam dixit, corruptione vitiatam. Sororem verò omnem posteritatem Adæ dixit: quæ de corruptione mortalitatis, velut de sanie putredinis nascitur: quod & Baldab dixit: Homo putredo, & filiꝰ hominis vermis. e ¶ Vbi est ergo nũc præstolatio mea, & patientiam meam quis cõsiderat.)Quòd ait, & patientiam meam quis considerat? apertè fortem se in illis cruciatibus manifestat: pro quibus quasi queritur, quòd ad retributionem tanti laboris sui non potuerit peruenire.

f ¶ In profundissimum infernum descendent omnia mea.) Alij dixerunt, omnia bona mea. Bona sua dicit ad inferos descensura, quod est anima mea: vel ipse pro illis sum descensurus. Verè non credimus de iustitia, quòd tantus ac talis vir pro sanctis operibꝰ suis frustrari potuerit. Quòd autem ait:

g ¶ Putasne saltem ibi erit requies mihi?) Istud est: si in hac vita pœnas patior infernorũ, putasne in locis pœnarum erit aliqua requies mihi? Hoc autem grauatus miseriis loquitur, potius quàm victus diffidentia: quia aliis locis ait ad dominum: Scio quia in inferno protegas me: donec pertranseat

D furor tuus. Iob.14.a

Caput XVIII.

h REspondens autem Baldab Suites, dixit: Vsque ad quem finem verba iactabis? Intellige prius, & sic loquamur.)Id est, quis finis erit huius verbositatis, quasi non sit syncerus: vel solus Iob à Baldab verbosus arguitur: vel quasi spiritu, nescio quo iustigatus loqui nòn desinat.

i ¶ Quare reputati sumus vt iumenta, & sorduimus corã te?) Hoc dicit, quòd tanquam bruta animantia eos sanctus Iob despexerit, & vilissimos & indignissimos colloquio existimauerit: & ita iracundia possessos, vt phrenesim pati viderentur.

k ¶ Quid perdis animam meã in furore tuo?) Loquendo contra diuinam iustitiam, furoris amentia concitatus, animæ tuæ necesse est inferas mortem.

l ¶ Nunquid propter te derelinquetur terra, & trãsferentur

E rupes de loco suo?)Tanq; si diceret: nũquid propter te mundꝰ ad rectorem suum non pertinebit: vt si quos peccatores inuenerit, sicut & teipsum, non puniat. Terræ verò & rupium nomine metaphoricõs vniuersa multitudo populorum, & excelsi quique mundi & superbi, ac potentes, possunt intelligi. Possunt rupes & animæ hominum, vt terra, caro humana intelligi. Sed & angeli propter celsitudinem naturæ suæ, eminentemq; honorem: rupes dici possunt.

m ¶ Nonne lux impij extinguetur, nec splẽdebit flamma ignis eius?) Luce fœlicitatem præsentẽ quam sanctus Iob gloriosus agebat, significauit, sicut & Salomon ait: Lumen verò impiorum extinguetur. Hanc igitur Prou.22.c. extinctam dixit: quãdo Iob destitutus est omni fœlicitate præ-

F senti. Quòd autem ait: Nec splẽdebit flamma ignis eius: id est, non rediet ad pristinam fœlicitatem. n ¶ Lux obtenebrescet in tabernaculo &c.) Non solum, inquit, præsentem fœlicitatem amittit: sed etiam lux recordationis dei, quæ erat in tabernaculo cordis eius obtenebrabitur, vt ei deus scilicet in memoriam non ascendat, & pro merito lucerna protectionis diuinæ, quæ super eũ fuerat, extinguetur. o ¶ Arctabuntur gressus virtutis &c.) Vt superbus confidens in virtute sua, qua rectè incedere arbitratur, concludetur tribulationum angustiis & pressuris, vt inde omnino exire non possit.

p ¶ Immisit enim in rete pedes suos, & in maculis eius ambulat.) Retis nomine atque macularum eius, ineuitabile malum significatur: quod volẽs quisque exuere, ipso cõnamine impeditur, atq; implicatur vt corruat. q ¶ Tenebitur &c.) Laqueus hic ipse diabolus non absurdè sentitur, qui ad supplantandum calcaneum, peccatores obseruat, & ipse nihilominus sitis nomine appellatur: eo quòd velut in aliquo bono æstuans sitiat hominis mortem. r ¶ Abscondita est in terra pedica &c.)Latet illum quibus insidiis perditus sit: siue in semetipso pedicam, qua præpedit pedes suos, habet absconditam: id est, obligationem peccati: & in sæuitia conuersationis suę, qua se rectè putat incedere, erroris istius latet decipula. s ¶ Vndiq; terrebunt eum formidines.) Siue dolores. Superbus scilicet terrore venturæ calamitatis semp terrebitur.

Grebitur. Possunt etiam formidines, hoc loco non affectiones cordis intelligi: sed ipsi potius ministri diaboli. Hi igitur multis modis terrere sanctum Iob, vt eis cederet, institerunt.
a ¶ Attenuetur fame robur eius, & inedia inuadat costas illius.) Poterit fames & ipse diabolus intelligi: qui huiusmodi famē patitur, qua nunquam de necibus hominum saturetur. Siue & ipse famē patitur: quia verbum quod procedit de ore dei accipere non meretur. Et idcirco sub nomine costarum, thoracis munimenta significantur: quibus se velut quadam obduratione construxit, vt eum cibus diuini eloquij non adeat. Siue etiam impiorum plagam describit. b ¶ Deuoret &c.) Pulchritudinem cutis: id est, ornamenta virtutum, & brachia, fortitudinem regni eius, confecit diabolus: qui ideo primogenita mors appellatus est: quia per ipsum primū intrauit mors in orbem terrarum, & ipse est
Hebr. 2. c
H suæ mortis inuentor.
c ¶ Auellatur de &c.) Hunc igitur interitum diabolum esse dixit: qui est rex super omnes filios superbiæ: sed super sanctū Iob, vt eum prosterneret, calcare non potuit. d ¶ Habitent in tabernaculo &c.) Socij sodales, siue filij, vt supra dictum est ministri diaboli sunt: qui hoc loco non esse dicitur: & cùm sit naturæ suæ proprietate subsistens, tamē non est, vt dixi: quia præuaricatione factus est alienus à deo. e ¶ Aspergatur in &c.) Vt fumum hic sentiat gehennarum. f ¶ Deorsum radices &c.) Messis, opera possūt intelligi, quæ foras atque in publicum ex interioribus erūpentia, de fidei radice consurgunt. Aliter: Deorsum radices eius siccentur: id est, opera, quæ in hoc seculo perpetrauit, inueniantur mortua, mortuisq; ariditate similia. Sursum autem atteratur messis eius: in futuro vtique mercedem laboris sui minimè consequatur. g ¶ Memoria illius pereat de terra.) Id est nihil memoria sua dignum operetur: vel etiam memoria eius pereat de terra viuentium.
I
h ¶ Non celebretur nomen eius in plateis.) In platea sedebant reges, inter quos optat eum famam iustitię non mereri. Plateæ virtutes intelliguntur: in quibus sapientia fiducialiter agit, & circumit ciuitatem dei Hierusalem: in qua sacramentis diuinis atque mysteris latum est scripturarum mandatum. Vehementer igitur in his plateis ludent senes, & anus, & infantes. i ¶ Expellet eum de luce in tenebras.) De hac vtique luce temporaria mittetur in æternas tenebras inferorum: siue etiam de parte sortis sanctorum retrudendus in tenebras tormentorum. k ¶ Non erit semen eius, neq; progenies in populo.) Hoc dicit, q̄ posteritatem indignam memoria gentis suæ, vel patriæ derelinquat: secundum illud
Psalm. 111. a
psalmistæ: Generatio rectorum benedicetur. Talem igitur generationem in populo suo noluit procreare: vnde in hac gente spirituali gloriaretur & patria. l ¶ Nec vllæ &c.) Manifestum est, quòd sancto Iob nihil remanserit. Spiritualiter autem sic intelligendum: nullas reliquias generationis suæ habebit impius in futuro. m ¶ In die eius stupebunt nouissimi.) Id est, in tempore damnationis eius. n ¶ Et primos inuadet horror.) Id est, infimi & proceres terrebuntur: quod est reges potentes & magni. Siue nouissimi & primi, homines, & angeli: sancti quoq; & peccatores non absurdè intelliguntur. o ¶ Hęc sunt ergo &c.) Enarrantis maledictionis sententiam videtur dare, & dicit: vbi huiusmodi superbus scilicet, impiusq; habitaturus sit: sed Iob iniquus non est, quē rectum & innocentem deus appellat.

Caput XIX.

P Respondens autem Iob, dixit &c.) Manifestum est: quia responsionib⁹ amicorum suorum attritus sit, & afflictus siue fatigatus sit, & destructus. q ¶ En decies cō funditis &c.) Dies decem, pro toto tempore nominauit. Sed quomodo in breui numero, in
L Apocalypsi maior numerus tēporis intelligitur: ita & in hac eadem summa numeri minus significatur, vt hoc solido numero & perfecto manente, pro diuersitate locorum in scripturis diuinis, nunc maiorem numerū, nunc minorem significari nouerim⁹. r ¶ Nempe &c.) Putatis me, inquit, ignorare deum, sicut & dicitis: Nunquid amicos decet insultare oppressis: à quibus magis tribulantes solatia præstolantur? Non est hoc opus amicorum fidelium, sed est potius subsannatio irridentium. s ¶ Saltem &c.) Ille dicebat se iniquè sustinere molestias tormentorum: illi verò vtpote iniquum pati suo merito loquebātur. Et putant q̄ in hoc articulo istius sensus errauerit & ideo postmodū dicat ad deū: Insipienter locutus sum, & quę
M vltra modum excederent scientiam meam. t ¶ Semitā &c.) Qua rectus vtique atque illibatus proficiscebar ad gloriā meritorum meorum. Hanc igitur ignominiā passionis huius circūsepsit atq; intercluſit: vt ad illam gloriam peruenire non possim. u ¶ Et in calle meo tenebras posuit.) Id est, in tramite: hoc est, castigatæ viæ meæ, qua velut per arctum & angustum certa spe ad iustum retributorem pergebam, tenebras in eo miseriæ huius & calamitatis inueni. x ¶ Spoliauit me gloria mea, &c.) Gloria me regni priuauit: fidei quoque fiduciam abstulit: quam de ipso apice mentis meæ, qui est naturæ rationalis caput, velut honoris coronam detraxit.
y ¶ Destruxit me vndique, &c.) Domo, regno, familia, filiis amicis, sanitate corporis mei destitutus sum: ita his omnibus ablatis, perire me video: cuius etiam spes vitæ meæ velut effosa arbor ablata est. z ¶ Iratus est contra me furor &c.) Furor dei hoc loco potest diabolus ipse intelligi, qui beatū Iob diuersis modis, id est, blasphemiis, & carnis eius cruciatibus insectabatur. a ¶ Simul venerunt latrones eius, & fecerunt sibi viam per me.) Furor dei, diabolus est: latrones verò, ministri eius sunt: hoc est quod ait, & fecerunt sibi viam per

A per me: quando eū, vel facultatibus mundi, vel sanitate corporis spoliauerunt. Vnde pulchrè dictum est: a ¶ Et obsederunt in gyro &c.) Id est, foris insidiati sunt. Siue circundederunt in gyro tabernaculum eius: hoc est, in corpore eius tormenta posuerunt. Animam verò inclinare ad peccatū non potuerunt. b ¶ Halitum meum exhorruit vxor mea.) Ita totus intrinsecus putrui, inquit, vt halitus fœtorem nec vxor mea sustinere potuerit: vbi potuit fieri, quòd apostema habuerit in visceribus, quod totum ventris eius sinum tenuerit, & inde loquendo odorem fœtidū de purulentia profundi vulneris expuerit. c ¶ Et orabam filios vteri mei, &c.) In scripturis diuinis, filij appellantur etiam pronepotes, & illi qui longiore serie nati sunt. Proinde
Filij. quando filios vteri sui dixit, in se quasi ad fontem, & ad originem posteritatis suæ respexit: vnde ei cognationum familiæ
B veluti riuuli manauerunt. Potuit & illos vteri sui filios dicere, quos doctrina sapientię suæ, tanquam semine de vtero cordis sui formauerat, habens in se per gratiam dei formam gratię & disciplinam naturalis legis in veritate. d ¶ Et cùm ab eis recessissem, detrahebant &c.) Hoc forte vult intelligi, se in eorum obliuionem venisse, & ab eorum affectibus & cordib⁹ recessisse. e ¶ Pelli meæ consumptis carnib⁹ adhæsit os meum.) Ad tantam ariditatem caro eius deuenerat, vt nihil in eo humoris remanserit, & ob hoc adglutinata quodammodo fuerit pellis eius ossibus suis, hanc infirmitatem marasmon dicunt medici. f ¶ Et derelicta &c.) Ad hoc enim diabolus consumptis carnibus sancti Iob, labia eius integra dereliquit, vt haberet positus in tormentis, quibus posset facile blasphemare: quasi cordis blasphemia non sit, q̄ qua ipse Iob sicut pro cæteris peccatis holocausta deo pro filiis suis die septimo offerebat: sed ideo diabolus linguam reseruauit, vt intelligere posset, si Iob ob cordis simplicitatē, blasphemiam proferret in labiis.
C g ¶ Miseremini mei, &c. quia manus domini tetigit me.) Manum ergo domini appellauit ipsam plagam quā patiebatur, quæ facta est domini potestate. Tetigit, pro afflixit intelligēdū est. h ¶ Quare &c.) Fecit deus circa me in iudicio cui soli licet omnia in opere suo: vos quare præsumitis sicut deus, vt affligatis innoxiū: quod ipsi tantū pro dispensatione sua competit, aut quasi dispensatione vestra indigeat deus? i ¶ Quis mihi tribuat, vt scribantur sermones &c.) Quoniam à nullo homine potuit inuenire solatium, conuertit se ad deum, & resurrectionem futurā prophetat in spiritu, vbi pro his malis præmium sit recepturus,

& fecerunt sibi viam per me: & obsedērūt in gyro tabernaculum meum. Fratres meos longè fecit à me: & noti mei quasi alieni recesserunt à me. Dereliquērūt me propinqui mei: & qui me nouerant, obliti sunt mei. Inquilini domus meę, & ancillæ meę sicut alienum habuerunt me: & quasi peregrinus fui in oculis eorum. Seruum meum vocaui, & non respondit: ore proprio deprecabar illum. Hālitum meū exhorruit vxor mea: & ōrabam filios vteri
d mei. Stulti quoq; despiciebant me, & cùm ab eis recessissem, detrahebant mihi. Abominati sunt me quondam consiliarij mei, & quem maximè diligebam auersatus est
e me. Pelli meæ, consumptis carnibus, adhę
f sit os meum: & derelicta sunt tantummodo labia circa dentes meos. Miserēmini
g mei, miseremini mei, saltē vos amici mei: quia manus domini tetigit me. Quare per-
h sequimini me sicut deus, & carnibus meis
i saturamini? Quis mihi tribuat, vt scribantur sermones mei? Quis mihi det, vt exarentur in libro stilo ferreo, & plumbi lami
k na, vel celti sculpantur in silice? Sciō enim quòd redemptor meus viuit, & in nouissimo die de terra surrecturus sum. Et rursum circundabor pelle mea, & in carne
l mea videbo deum. Quem visur⁹ sum ego
m ipse, & oculi mei conspecturi sunt, & non alius. Reposita est hæc spes mea in sinu
n meo. Quare ergo nunc dicitis, persequa-
o mur eum: & rādicem verbi inueniamus
p contra eū? Fugite ergo à facie gladij: quoniam vltor iniquitatum gladius est: & sci-
q tōte esse iudicium.

Caput XX.

r Respondens autē Sophar Naamathites, dixit: Idcirco cogitationes meæ variæ succedunt sibi, & mens
s in diuersa rapit. Doctrinā qua me arguis audiā, & spiritus intelligentiæ meæ respō
t debit mihi. Hoc scio à principio, ex quo positus est homo super terrā: quòd laus impiorum breuis sit: & gaudium hypocritæ
u ad instar pūcti. Si āscenderit vsq; ad cœlū superbia ei⁹, & caput eius nubes tetigerit: quasi reus. t ¶ Hoc scio à principio, ex quo positus est &c.) Iam nunc cœpit in sanctum Iob maledictis inuehi: quem & impiū aperte asserit, & hypocritam: eo quòd simulauerit se iustum, & nunc in deum rebellis extiterit. u ¶ Si ascenderit vsq; ad cœlū superbia eius, & caput eius nubes tetigerit.) Manifesta & certa hyperbole: hoiem elatū nimis, & tumidū dicit:

& hæc duris insculpta lapidibus optat inscribi, vt sermones D prophetiæ in ætates seculorum prolixiores permaneant.
k ¶ Scio enim q̄ &c.) Hoc igitur clypeo ecclesia quę incarnationem vnigeniti dei veram confitetur, & resurrectionem mortuorum verissime credit futuram, se munit, & protegit, & inimicos suos conuincit, atq; debellat. Vbi sunt illi qui dicūt nos in resurrectione alia corpora habituros? audiant istum virum, ore dei laudatum, dicētē:
l ¶ Quem visurus sum ego ipse.) Ego ipse Iob, qui in stercore iaceo, & totus vulnerum sanie computrescо: ego inquam Iob, iam corruptus, atque vulneribus dissolutus, in hac carne mortali, incorrupta resurrectione futura glorificatus videbo deum: & vt exprimeret ipsius sui corporis instaurationem: id circo ait: m ¶ Et oculi mei cō specturi sunt, &c.) Consummata sunt omnia in sinu meo.
n ¶ Quare ergo nunc dicitis: E persequamur eum?) Vt quid nunc agitis, ita vt me tanquam vanum, nihilq; credentem velut deum non timeam: siue quia religione diuina sim alienus perse qui velitis, aculeatis me vestris perfodiendo sermonibus.
o ¶ Et radicem verbi inueniamus contra eum.) Videtis ergo quia mecum non vt veri amici fideliter agitis: sed vt dolosi de meis sermonibus mihi laqueos concinnatis. Quandoquidem de ipsis verbis meis occasionem, velut quandam radicem reprehensionis inuenire cupitis.
p ¶ Fugite ergo à facie &c.) Hoc dicit: si recesseritis ab impressione mea, gladium iustę sententię dei poteritis euadere. Gladius est enim lingua regis, & non carnalis, vt Salomon dicit. q ¶ Et scitote esse iudicium.) Quo iudicio iusti iudicis dei, potero de subsannatoribus iudicari. F

Caput XX.

r Respondens autem Sophar Naamathites, dixit: &c.) Ideo, inquit, æstuo, & cogitatione conturbor: quia dicis te hæc mala sine causa à deo iudice sustinere, cū de deo nihil sinistrum debeat suspicari. f ¶ Doctrinā &c.) Audiam quidem te increpantē ac redarguentem me: quia forte in doloribus positum obiurgare non debeam: mihi de deo, quod est iustissimum respondere conuenit: quia non posses ab eo ita puniri, nisi esses malorum conscius, & multorum criminū

G a ¶Quasi sterquilinium in fine perdetur &c.)Cui sterquilinio assimilatus es per omnia,& ipse te nunc conspicis putrefactum. Et qui quondam viderant te regnantẽ in gloria:nunc insultanti insultanti voce: Vbi est ille sapientissimus hominũ, & potentissimus regum? b ¶Velut somnium auolans non inuenietur &c.)Manifestum est sicut ait: Defecit velut somniũ surgentis. c ¶Oculus qui eum viderat: non videbit &c.) Id est, honor impij non poterit reparari. d ¶Filij eius atterentur egestate &c.) Siue ergo carnales filij ei⁹,siue opera quæ aliquando filiorum nomine appellantur, siue illi qui eum tanquam patrem fuerint imitati:p dei sententiam ad nihilum redigentur: quod iam in filiis tuis, carnalibus operibus quoq; tuis ex parte vides esse completum. e ¶Et manus illius reddent ei dolorem suum.)Hoc enim operatus est vnde malum vindictæ, operante dei iustitia recipere
H mereretur. f ¶Ossa eius implebuntur vitiis adolescentię eius.) Hoc ait, quòd à iuuentute sua,ex qua grauiora peccata cõmittere cœperit:in eisdem peccatis suis vsque in senectã permanserit: pro quibus nunquam voluerit pœnitere. Et idcirco sequit: g ¶Et cũ &c.).i.post mortem vitiorum quæ est in anima:siue vsque ad mortẽ. quæ fit per resolutionem corporis hui⁹. Ossa ergo hoc loco ipsam senectutem non est absurdum intellexisse:quibus veternositas annorum, & duricies senij iam præmatura significetur.Siue ossa eius implebuntur vitiis adolescentiæ,&c.Si quę igitur virtutes sunt animi in impio homine naturales,ab adolescentia eius vitiis inolescunt,& resoluũtur,ac defluũt,vt nihil in eis solidum,& fortè maneat:quia iam eisdem vitiis tanquam carnibus

a quâsi sterquiliniũ in fine perdetur: & qui
b eum viderant, dicent vbi est? Velut somnium auolans nõ inuenietur:transiet sicut
c visio nocturna. Oculus qui eum viderat, non videbit:neq; vltrà intuebitur eum locus
d suus. Filij eius atterentur egestate, &
e manus illius reddent ei dolorem suũ. Ossa
f eius implebuntur vitiis adolescentiæ e-
g ius:& cum eõ in puluere dormient. Cum
h ẽnim dulce fuerit in ore eius malum : abscondet illud sub lingua sua. Parcet illi,&
i non derelinquet illud,& cęlabit in gutture
k suo. Panis eius in vtero illius vertetur
l in fel aspidum intrinsecus. Diuitias quas
m deuorauit euomet, & de ventre illius extrahet eas deus.Caput aspidum surget: &
n occidet eum lingua viperæ.Nõn videat riuulos fluminis, torrentis mellis & butyri.
o Luẽt quæ fecit omnia : nec tamen consumetur.Iuxtã multitudinem adinuentionũ
p suarum,sic & sustinebit:quoniam confrin
q gens nudauit pauperis domum:rapuit, & non ædificauit eam:nec est satiatus venter
r eius. Et cùm habuerit quæ concupierat,
f possidere non poterit. Nõn remansit de cibo eius, & propterea nihil permanebit
t de bonis eius, Cùm satiãtus fuerit, artabitur, æstuabit,& omnis dolor irruet su-
u per eum. Vtinã impleatur venter eius,
x vt emittat in eum irã furoris sui : & plũat
y super illum bellum suum. Fugiet arma
z ferrea:& irruet in arcum æreum.Glãdius deductus

ginta quinq; milia occidit,videtur bon⁹ angelus fuisse: quia angeli messores sunt, zizania ignibus æternis exurenda. K
n ¶Non videat &c.)Amœnitatem siue delitias paradisi,affluẽtiam quoq; eius his nominibus significari nouerimus: & reges hi qui non aduersarijerant veritati, q; ipsi sint illi impetus fluminis, qui lætificant ciuitatem non absurdè intelligit, manantes scilicet de fonte, siue de flumine scripturarum : siue eosdem Apostolos hos impetus rectè sentimus,exeuntes de fonte euangelij ad irrigandas terras steriles populorum:quos etiam torrentes propter velociter effusam super omnes doctrinam eorum, intelligere debemus:quæ doctrina diuina,mellí propter eloquiorum dei dulcedinem,& butyro propter simplicem, & innocentem eundem cibum doctrinæ verissimè comparatur: qui etiã in psalmo hãc dulcedinem impium non dicit habiturum. o ¶Luet &c.) Illud est,quia gehẽna quædam L
perpetua incorruptio, & æterna perseuerantia tormentorum est. p ¶Iuxta multitudinem adinuẽtionum &c.)Iuxta illud quod propheta dicit ad deum: Hiere.25.d.
quoniam tu reddes vnicuiq; secundum opera sua.. q ¶Nec est satiatus venter eius.)Ventrẽ hic appellatum puto quoddam receptaculum animæ, vbi cogitationes eius quasi escæ ciborũ reconditæ continentur, quem inexplicabilem dicit.
r ¶Et cum &c.) Quemadmodum & tu ipse,qui iusto dei iudicio omne patrimonium perdidisti. f ¶Nõ remansit &c.) Inhumanitatis ei notam inurit: eo q; de abundantia mensæ suæ nulli peregrino, vel hospiti refectionem præbuerit : sed fallit Sophar: quia sanctus Iob dicit: Si comedi buccellam meam so Iob.31.b.
lus. Non remanebit de cibis eius:quia nõ florebũt bona sua. t ¶Cùm &c.)Cum diuitiis M
scilicet,& rerum omnium abundantia refertus fuerit,subitus ei interitus veniet:coartatus miseria irruente atq; concluſus, calamitatũ cladibus æstuabit. u ¶Vtinã &c.) Quandã capacitatem,vel sinum spaciosum ventrem animæ superius intelleximus.Hoc ergo dicit,quia iam cogitationibus iniquissimis plenus est:vsq; ad summũ oris sui blasphemia cumuletur:siue iram furoris ipsius diaboli animũ non absurdè sentimus,per quẽ probantur sancti. x ¶Et pluat &c.) Bellum præ multitudine sua, possũt intelligi aduersariæ potestates. Istæ igitur bellum deo inferunt, quando sanctos eius oppugnant-Quod autem ait:Pluat super eum abundè,in eum calamitatis miseriam precatur effundi: siue hõ impius qui bellũ blasphemiæ infert deo,recipiet op⁹ suũ. y ¶Fugiet &c.) Tanquã si diceret:Quando putauerit se leuiores calamitates posse fugere, in atrociores incurret. Siue aliter: Si socios & ministros diaboli fugiat, incurret in ipsum principem tenebrarũ: & cũ sint illi rebelles in malitia, fortes & durícordes tanquã arma ferrea, in peiorẽ tamen authorẽ totius mali, velut in arcũ æneũ impinget:quẽ puto ideo hoc loco arcũ nominatũ:quia vel maximè in insidiis,& dolo homines inopinãtes interimere non desinit. Arcu enim inopinantibus plerũq; tela iaciuntur.Et non liberabitur de manu gladij.Hoc dicit: quia non euadet diabolus mortẽ perpetuã. z ¶Gladi⁹&.)

Esa.37.g

Quia

G Quia dixímus arcum, translato nomine diabolũ posse intelligi:qui dum inobedientia transgreditur terminos,& in superbia elatus metas sanctæ humilitatis transcendit: quasi de vagina beatæ habitationis iusto iudicio dei eductus atque expulsus est. Siue eductum de vagina,paratum semper ad interimendum fugientem se significatum esse nouerimus. Vulnerabit eum sagitta ænea. Aes diutinum est:huic metallo diabolus comparatur: eo quòd ad interimendum nunquam deficiat: nec senectute aliqua consumatur, qui etiam fulgurat, hoc est transfigurat se in angelum lucis. a ¶Vadent & venient super eum horribiles.)Id est,socij eius. b ¶Omnes tenebræ absconditæ sunt in occultis eius.) Tenebræ in hoc loco intelligendæ sunt peccata, siue ea quæ cõmissa ab impio sunt, siue committenda sunt in corde eius,& affectu, & cogitationibus latent: quæ ideo in secretis mentis eius abscondita dicũ
H tur esse,quia illis fauet, eisque plurimum delectatur.
c ¶Deuorabit eum ignis qui non succenditur.) Hunc ignem non absurde intelligimus esse gehẽnam,qui non materiis quibusdam, & pabulis viuit vt ardeat:sed per se ipsum vt creatus est vigens:cuncta quę ei iniecta fuerint concremat.Ergo iste ignis deuorabit impium:qui tanquam rationabilis ita eum glutiet atque absorbebit, vt in eo æternis cruciatib⁹ torqueatur.
d ¶Affligetur relictus in tabernaculo suo.)Ob impietatem videlicet suam iniquus derelinquetur à deo, vt in tabernaculo corporis sui pœnis perpetuis crucietur. e ¶Reuelabunt cœli iniquitatem eius &c.) In testimonium vtique erunt angeli & sancti homines,vt nouerint
I q; pœnas iustissimè patiatur.
f ¶Apertum erit germen domus illi⁹.)In iudicio dei:quando impius condemnandus est, non solum omnes cogitationes cordis eius:verumetiam principia interfectarum cogitationũ, deo pandenda sunt, atque clarius luce manifestanda.
g ¶Detrahetur in die furoris dei.)In die iudicij mittetur in tenebras exteriores. Potuit & dies impia fuisse Iob, quando plaga percussus est,& conclusit elocutionem suam,vt diceret:
h ¶Hæc est pars hominis impij à deo.) Hic quasi exabrupto ostendit: quòd in sanctum Iob vniuersa hæc dixerit. Quod autem sequitur. i ¶Et hæreditas &c.)Id est, operum retributio:alij ita verterunt: Et hæreditas verborum eius ab episcopo: quia quemadmodum dominus à dominatione rerum omnium scitur: ita episcopus eo q; superintendat in omnem creaturam, verissimè dicitur:Non enim deus perturbata mente commotus q; puniturus est peccatores, cùm sit incommutabilis, sicut ait ad
Exo.3.d Moysen: Ego sum qui sum:non solum sempiternus : verum-

deductus, & egrediens de vagina sua, &
a fulgurans in amaritudine sua. Vãdent &
b venient super eum horribiles. Omnes tenebræ absconditæ sunt in occultis eius.
c Deuorãbit eum ignis qui non succẽditur:
d affligetur relict⁹ in tabernaculo suo. Re-
e uelãbunt cœli iniquitatẽ eius,& terra con
f surget aduersus eum. Apertũ erit germẽ
g domus illi⁹:detrãhetur in die furoris dei.
h Hæc est pars hominis impij à deo,& hæ-
i reditas verborum eius à domino.

Caput XXI.

k RESpondens autem Iob,dixit: Audite quæso sermones meos, & agite pœnitentiam. Sustinete me, vt & ego loquar,& pòst mea,si videbitur, ver-
l ba ridete. Nunquid contra hominem disputatio mea est : vt meritò non debeam
m contristari? Attẽndite me & obstupescite,
n & superponite digitum ori vestro. Et egõ quando recordatus fuero, pertimesco:&
o concutit carnem meam tremor. Quãre ergo impij viuunt,subleuati sunt, confortatiq; diuitiis? Semen eorum permanet coram eis: propinquorum turba, & nepotũ in conspectu eorum. Domus eorum securę sunt & pacatæ: & non est virga dei super illos.Bos eorum concepit, & non abortiuit : vacca peperit, & non est priuata fœtu suo. Egrediuntur quasi greges paruuli eorum: & infantes eorum exultant lusibus. Tenent tympanum & citharam, & gaudent ad sonitum organi.Ducunt in bonis dies suos : & in puncto ad inferna descendunt. Qui dixerunt deo: recede à nobis,& scientiam viarum tuarum nolumus.Quis est omnipotens,vt seruiam⁹ ei? Et quid nobis prodest, si orauerimus illũ?
p Verũntamen quia non sunt in manu eorum bona sua:cõsilium impiorum longè
q sit à me. Quotiens lucerna impiorum extinguetur,& superueniet eis inundatio, & dolores diuidet furoris sui. Erũt sicut paleę ante faciẽ vẽti:& sicut fauilla quã turbo disper-

etiam æternaliter mitis. Deinde ista de deo anthropopathos K
dici intelligamus, non proprie secundum inconuertibilem substantiam eius,sed translatis nominibus passibilis creaturę ad creaturam non conditam,nec creatam: sed potius omnium conditricem.

Caput XXI.

k RESpondens autem Iob dixit : Audite quæso sermones &c.) Post tanta conuicia non est commotus,vt acerbè responderet:quia potius deprecans eos alloquitur, & ait : vt audientiam præbeant sermonibus eius, quibus perceptis & cognitis, nouerint se super tanta oris sui amaritudine pœnitere debere.
l ¶Nunquid contra hominem disputatio mea est.)Primùm mihi illud est oneri, & valde molestum, atque horribile: quia non cum homine, sed cum deo mihi causa loquendi est:cui castificatam iustitiam exhibebã, vt mercedẽ huius operis repensaret: Ecce nunc tanquam reus criminum,omnibus affligor mi L
seriis.Hic dicit se tristari, quia scit deum nihil iniustè operari.
m ¶Attendite me,& obstupescite &c.)Quod sit istud secretum,vt deus bonus, & iustus erga me taliter operetur: præsertim cùm eius testimonium de me bonum habeam. n ¶Et ego quando recordatus fuero, &c.)Cùm enim plagã hanc cogito,quam iustè viues sustineo: deiq; iudicium qui neminẽ insontem affligit,recordor, nimium pertimesco: hoc ipsum optimè scio, nullus patitur malum aliquod, nisi ipse permiserit. Nemini infert malum,nisi inferre ei ipse iustissimum iudicarit. Sed hæc Iob contigerunt,vt appareret foris hominibus quod intrinsecus erat ante deum. M
o ¶Quare ergo impij viuunt, & subleuati sunt &c.) Et alius Hiere.12.a
ita dixit: Quare impiorum prosperatur vita ? Et alius dixit: Habac.1.d
Quare non respicis ad iniqua agentes? Respondete mihi,obsecro: Si ego impius, & immemor bonorum operum secundum iustitiam,sicut vos affirmatis,hęc patior:quare impij viuũt & subleuati sunt,cõfortatiq; diuitiis? Hoc ergo inquam obsecro respondete: Nunquid vos qui deum contra me iustum defenditis in hoc loco, iniustũ notatis: vt in me iniquus vltor sit, & in meis similibus clemens. Horum igitur de quibus nunc loquitur, finis & interitus erit mors æterna,& perditio inferorum. p ¶Veruntamen quia nõ sunt in manu eorum bona sua &c.) Quia pro hac gloria sua & temporario flore, perpetua ignominia coram angelis induentur. q ¶Quotiens lucerna impiorum extinguetur, & cætera.) Lux verò iusti semper: quia in hac nocte seculi, lucerna fidei nullo vento tentationis extinguitur, & illic ad gloriam sempiterni luminis præparatur. Lumen verò peccatoris intra breue tempus vitæ extinguitur: Quoniam transi-

G turus est sicut vmbra. Non erit & veniet impiis, sicut Iob ait, inundatio: id est, abundantia tormentorum. Quibusque dolores diuidit furoris sui. Proculdubio deus dolores diuidit, dixit, pro hoc quòd pœnas vnicuique retribuet vt meretur.
a ¶ Deus seruabit filius illius dolorem patris &c.) Diabolo seruat supplicium gehennarum, vt cum eo illi quos sibi exemplo malitiæ suæ filios fecit, pariter puniantur: quod deo reddente, pater eorum diabolus tunc sciet: id est, tunc sentiet: quando cum filiis pœnas patietur æternas. b ¶ Videbunt oculi eius interfectionem suã.) Siue necem suam, vt alij dixerunt. Duplex enim tormentum est, videre pœnas quas sustineas. c ¶ Et de furore omnipotentis bibet.) Ipse est calix aureus domini in manu Babylõis.
H d ¶ Quid enim ad eum pertinet de domo sua &c.) De eodẽ
Prou.13.a. diabolo dicit, de quo Salomon ait: Impius cùm venerit in profundum malorum suorum & crimium, desperatione cõtemnit. Iam enim nouit se cum suis, qui sunt dom⁹ & regnum eius, perpetuò esse damnandum: quia nulla est eius voluntas agendæ pœnitentiæ. e ¶ Nunquid deum quispiam docebit &c.) Qui enim de excelsis atque sublimibus potestatibus angelorum habet iustum iudicium: quemadmodum à quoquam doceri poterit: vt in his quæ suprà diximus, possit eius iudicium reprehendi? f ¶ Iste moritur robustus & sanus &c.) Beatorum in hoc mũdo, & infœlicium in hac vita, communem dicit esse conditionem: Viscera siue intestina eius, vt alij dixerunt, plena sunt adipe, & medullis ossa illi⁹ irrigantur. Alius verò moritur
I in amaritudine animæ absque vllis opibus: & tamen simul in puluere dormient, & vermes operient eos. In hac igitur continentia sermonis huius, iste sensus est: quòd in hoc mundo iusti & peccatores indifferenter viuant: sed hæc diuersitas commutanda sit in futuro: sicut in illo diuite factũ est, & in Lazaro paupere.
Lucæ.16. g ¶ Certè noui cogitationes &c.) Ergo rectè definio, inquit, quod & perspicitis: quia vna sit in hoc seculo, & peccatori moriendi condtio & sancto. Qui tamen postea disiungendi, vt ad præmium mutentur iusti: peccatores verò ad supplicium rapiantur. Vos verò in insontem, iniquam datis sententiam. h ¶ Et dicitis.) Insultantes mihi, meq; irridentes. i ¶ Vbi est domus principis, &c.) Quia ergo de me ita sentitis, quòd damnationis meæ nunc tempus aduenerit: non ita est quod definisse vos arbitramini: quia hæc dei castigatio temporalis, nõ est æterna damnatio. k ¶ Quia in diem &c.) Qui & ad diẽ furoris dei ducendus est, vt excipiat sententiam mortis æternæ. Sancti enim omnes rectè viatores esse dicuntur, quia vt expediti, & alacres prætereundo seculum, virili animo calcant terram suam, & festinanter proficiscentes ad beatam patriam, mundi huius iter laboriosum conficiunt. Hi ergo qui ascendunt ad populum peregrinum: siue succinctum, fidei vtique cingulo: contra dissolutionem vitiorum lumbos mentis accingunt. l ¶ Quis arguet coram eo vias eius: & quę K
fecit quis reddet illi?) Videtur mihi, quòd Iob propriè de diabolo dixerit: licèt & generaliter de omnibus peccatoribus possit intelligi. Quis hominum eum potest arguere propter viam eius pollutissimam, per quam totum mundum ingredi fecit: aut reddere ei quæ creatura poterit quod meretur nisi ille solus agnus dei qui peccatum non fecit, nec dolus inuẽtus est in ore eius. m ¶ Ipse Esa.53.c.
ad sepulchra ducetur.) Ad mortem videlicet tormẽtorum: quã ipse hominibus intulit in Adã, & ipse ad inferos ducendus, vt illic perpetuò puniatur.
n ¶ Et in congerie mortuorum vigilabit.) Et licet damnandus ad pœnas ducendus sit: sed tamen morte hominum gaudens, ad intuendum eorundem mortuorum congeriem, omni alacritatis instantia, in eorum interitu vigilabit: vel certè semper viuet in mortem. o ¶ Dulcis Cocytus.
fuit glaries Cocyti.) Cocytum L
inferorum fluuium esse dicunt. Nos autem in scripturis diuinis eundem fluuium, torrentem, puteum, caminum, ignem æternũ, lacum, stagnum, legimus & gehennam. Glarearum verò nomine ipsa officia tartarorum, ministros quoque pœnarum infernalium vinctos tormentorum locis existimo significari: & dictum est quasi per ironiam: eo quòd desiderent illum: atq; exoptent habitatores inferorum vt puniant, & de eius interitu saturentur. Vel certè dulcis fuit morti: quia tam innumeros ei populos acquisiuit. p ¶ Et post se omnem hominẽ trahet.) Qui imitatione exemplum eius sequuntur: siue post se omnem hominem trahit, secundũ præuaricationem humani generis in Adam. q ¶ Et ante se innumerabiles.) Quos deceperit, & eos secuturus præmittit ad M
pœnas. r ¶ Quomodo igitur consolamini me frustra &c.) In hoc versiculo omnem altercationem disputationis suæ concluſit: & amicos suos, quòd sine causa contra eum de prædicta ratione decertent: conuincit: cùm illi diffidunt impios, & peccatores in hoc mundo puniri, inter quos & ipsum condemnant: ille conuincit eos, quòd vel maximè in seculo glorientur: qui sunt ad damnationis iudicium deducendi.

bo dispergit. Deus seruabit filiis illius dolorem patris: & cum reddiderit: tũc sciet.
b Videbunt oculi eius interfectionem suã:
c & de furore omnipotentis bibet. Quid
d enim ad eum pertinet de domo sua post
se? Et si numerus mẽsium eius dimidietur:
e nunquid deum docebit quispiam scientiam: qui excelsos iudicat? Iste moritur robustus & sanus, diues & fœlix: viscera eius plena sunt adipe: & medullis ossa illi⁹ irrigantur. Ali⁹ verò moritur in amaritudine animæ suæ absque vllis opibus: & tamen simul in puluere dormiẽt: & vermes
g operient eos. Certè noui cogitationes vestras, & sententias contra me iniquas. Di
h i citis enim: vbi est domus principis, & vbi tabernacula impiorum? Interrogate quẽlibet de viatoribus, & hæc eadem illum
k intelligere cognoscetis. Quia in diem perditionis seruatur malus: & ad diem furo-
l ris ducetur. Quis arguet coram eo vias e-
m ius: & quæ fecit, quis reddet illi? Ipse ad
n sepulchra ducetur: & in congerie mortuo-
o orum vigilabit. Dulcis fuit glaries Coey-
p ti, & post se omnem hominem trahet, & ante se innumerabiles. Quomodo igitur
r consolamini me frustra: cùm respõsio vestra repugnare ostensa sit veritati?

Caput XXII.

s Respondens autem Eliphaz Themanites, dixit: Nunquid deo potest comparari homo, etiam cùm perfectæ fuerit scientiæ? Quid prodest deo,
t si iustus fueris: aut quid ei confers, si immaculata fuerit vita tua? Nunquid timens
u arguet te: & veniet tecum in iudicium: &
x non propter malitiam tuam plurimam, & infinitis accingunt. l ¶ Quis arguet coram eo vias eius: & quę
fecit quis reddet illi?) Videtur mihi, quòd Iob propriè de diabolo dixerit: licèt & generaliter de omnibus peccatoribus possit intelligi. Quis hominum eum potest arguere propter viam eius pollutissimam, per quam totum mundum ingredi fecit: aut reddere ei quæ creatura poterit quod meretur nisi ille solus agnus dei qui peccatum non fecit, nec dolus inuẽtus est in ore eius. m ¶ Ipse
ad sepulchra ducetur.) Ad mortem videlicet tormẽtorum: quã ipse hominibus intulit in Adã, & ipse ad inferos ducendus, vt illic perpetuò puniatur.
n ¶ Et in congerie mortuorum vigilabit.) Et licet damnandus ad pœnas ducendus sit: sed tamen morte hominum gaudens, ad intuendum eorundem mortuorum congeriem, omni alacritatis instantia, in eorum interitu vigilabit: vel certè semper viuet in mortem. o ¶ Dulcis
fuit glaries Cocyti.) Cocytum
inferorum fluuium esse dicunt. Nos autem in scripturis diuinis eundem fluuium, torrentem, puteum, caminum, ignem æternũ, lacum, stagnum, legimus & gehennam. Glarearum verò nomine ipsa officia tartarorum, ministros quoque pœnarum infernalium vinctos tormentorum locis existimo significari: & dictum est quasi per ironiam: eo quòd desiderent illum: atq; exoptent habitatores inferorum vt puniant, & de eius interitu saturentur. Vel certè dulcis fuit morti: quia tam innumeros ei populos acquisiuit. p ¶ Et post se omnem hominẽ trahet.) Qui imitatione exemplum eius sequuntur: siue post se omnem hominem trahit, secundũ præuaricationem humani generis in Adam. q ¶ Et ante se innumerabiles.) Quos deceperit, & eos secuturus præmittit ad
pœnas. r ¶ Quomodo igitur consolamini me frustra &c.) In hoc versiculo omnem altercationem disputationis suæ concluſit: & amicos suos, quòd sine causa contra eum de prædicta ratione decertent: conuincit: cùm illi diffidunt impios, & peccatores in hoc mundo puniri, inter quos & ipsum condemnant: ille conuincit eos, quòd vel maximè in seculo glorientur: qui sunt ad damnationis iudicium deducendi.

Caput XXII.

s Respondens autem Eliphaz Themanites, dixit: Nunquid deo potest &c.) In sugillationem igitur Iob ista dicuntur: qui sibi omnino arroget hæc se propria cordis sui sapientia loqui. t ¶ Quid prodest deo si iustus fueris &c.) Nemo iustitia sua, & sanctitate deum fecit meliorem: quoniã omnis boni fons atque origo: nullius bono eget, secundum prophetam qui ait: Quoniam bonorum Psal.15.a
meorum non eges. u ¶ Nunquid timens &c.) Nunquid causa timoris dei hęc est, vt timeat te deus? forte ipse potens aliquando efficiaris: & coæqualis factus ipse refiſtas ei? Quę risorie potius, & subsannantis sensu dicuntur. x ¶ Et non propter malitiã &c.) Non hoc timens arguit te, inquit, grauis plagæ

A uis plagę huius correptionibus: sed propter omnia mala tua, quibus studium commodabas. Quia ergo principale malũ: id est, malitiã Iob plurimam habeat, vnde cætera mala quasi in botro dependeãt: subiungit & narrat ea quasi per species singulas, ita dicens: a ¶ Abstulisti enim pignus fratrum
tuorũ sine causa.) Hoc dicit, q violenter & hostili more aliena rapuerit, vel pignora iniustè extorserit: siue per speciem iustitiæ per calumniam expoliauerit: & prægrauatur crimẽ, quando dicitur, quòd nec sanguini suo pepercerit. b ¶ Et nudos spoliasti vestibus.) Quid vestitis feceris, hic apparet: apud quem nec nudus à rapinis tuis immunis inuentus est.
c ¶ Aquam lasso non dedisti:) Manifestum est. d ¶ Et esurienti subtraxisti panem.) Graue est non dedisse, grauius subtraxisse. Grande ergo peccatũ, hospitalitatẽ in necessitate positis non prębere. Apertè autem
B Eliphaz mentitum scimus: cùm inferius legamus quanta bona Iob fuerit operatus. e ¶ In fortitudine brachij tui possidebas terram &c.) Arguit nihilominus eum tanquam superbũ, & tyrannum, qui non iustitia, & æquitate regni sui populos regeret: sed truculentis moribus tanquam virtute brachij, duro eos seruitutis onere subiugaret & nullus propter imperium suum durissimum, nisi conditioni suæ subditus viueret. f ¶ Viduas dimisisti vacuas.) Qui eas destitutas, & tribulationibus affectas, atque humiliatas, ad subueniendum audire noluisti: vnamquamq; earum vacuam dimisisti: quando id quod à te postulabat, non potuit impetrare.
g ¶ Et lacertos pupillorum cõminuisti.) Si quid virium habuerunt, vnde sustentari possent,
C tulisti: & eorum animas vitę desperatione fregisti: vel nõ defendendo eos à malis hominibus: virtutem spei eorum, qua ad te respiciebant comminuisti, dum eos passus es opprimi.
h ¶ Propterea circundatus est laqueis: &c.) Hoc dicebat Eliphaz, quòd ipse beatus Iob malæ conscientiæ formidine turbaretur: & eadem formidine sibi subitò veniente, vsquequaque consternatus consilium patientiæ perdiderit contra aduersa. i ¶ At putabas te tenebras non visurũ, & impetu aquarum inundantium non oppressum iri.) In tanta securitate in iniquitatibus potens agebas: vt hæc mala meritorum tuorum reciproca tibi venire non credideris. Quibus tenebris miseriæ vtique & calamitatis, tanquam impetu aquarũ inundantiam repentè depressus es, vt obscurato corde non videas, quod rectum esse patientia perdocet. Multis modis inscripturis diuinis, tenebræ appellantur, peccata, ignorantia, siue tribulatio: vel etiam obscuritas diuinorum voluminum, nomine tenebrarum ponitur. k ¶ An cogitas q; deus excelsior cœlo sit, &c.) Primùm ergo Eliphaz sanctum Iob criminatur, quòd in deum afferat ignorantiam cadere, & multa sint in creaturis suis quæ nesciat. Deinde quòd iudicium eius affirmet incertum esse & dubium. Et idcirco per caliginem: id est, quasi verisimile quid iudicat. l ¶ Nubes latibulum eius: nec nostra considerat, & circa cardines cœli pambulat.) Idcirco autem hæc omnia quasi ex sensibus beati Iob esse confingit: vt eum non solum blasphemũ, verumetiã
quòd ignorantem dicat deum, locisq; eum asserat contineri: D
quod vtique grande sacrilegium est sentire de deo.
m ¶ Nunquid semitam seculorum custodire cupis: quam calcauerunt viri iniqui.) Custodire cupis, pro obseruare dixit: hoc est, nunquid actus & vitam perditam consequi concupiscis, eorum qui in diluuio & Sodomis, & eremo perierunt: vel eorum qui non credunt deum humana curare. n ¶ Qui
sublati sunt ante tẽpus suum.)
Vt Dathan & Abiron: vel illi Nume.16
qui subita morte perierunt.
o ¶ Et fluuius subuertit fundamentum eorum.) Imminente in se ira dei, tanquam fluuij impetus, stabilitas præsentis vitę eorum subuersa est: siue quasi fluuius superueniente pressura, fundamentum corporeum eorum demolitum est: vt vitæ eorum parietes corruerent.
p ¶ Qui dicebant deo: recede à nobis.) Propter apostasiam ergo damnati sunt. At non talis est Iob, qui dicit, etiam si occidat me, in ipsum sperabo. E
q ¶ Et quasi nihil possit facere omnipotens, æstimabant eum, cùm ille implesset domos eorũ bonis.) Non timuerunt ergo impij: ne propter peccatum offensam dei: & bona quæ ipse præstiterat, vindictam suppliciorũ incurrerent. r ¶ Quorũ sententia procul sit à me.) Et sanctum blasphematorum in numero ponit: quem ita vt eosdẽ detestatur. s ¶ Videbunt iusti, & lætabuntur.) Siue vt alij dixerunt, ridebunt: de abiectione infidelis populi loquitur.
t ¶ Et innocens subsannabit eos.) Quomodo hoc & de sanctis eius non potest dici? quando vident peccatores iusto dei iudicio condemnari: videbunt & lętabuntur. Placet enim illis dei iustitia: sicut & ipsi deo. Sed
F Eliphaz cum hic fortassis rectè dixerit, malè opinatus est, vt beatum Iob impiis, & peccatoribus comparet. u ¶ Nonne succisa est erectio eorum.) Superbia vtique illorum & contumacia, supradictis pœnarum exemplis succisa est: & perpetuę perditioni tradita. x ¶ Et reliquias eorum deuorauit ignis.) Reliquias etiam dixit: extrema quęque peccaminum in die iudicij punienda: quia in hoc seculo, nulla pœna grauissimos peccatores ita vt digni sunt damnat. Siue reliquias posteritatem malorum hominum intelligere possum⁹: quæ imitando eos tanquam patres eorum reliquiæ appellentur. Siue in bonam partem reliquię ponuntur: secũdum illud: Quoniam cogitatio hominis confitebitur tibi, & reliquię co
gitationis diem festum agent tibi: vt cogitatio hominis ad cõ Psalm.75.b
fessionem pertineat peccatorum: reliquiæ verò sunt ipsius confessionis æterna remuneratio: qua indultis sibi peccatis, velut in die festo spirituali lætitia perfruatur. Possunt reliquiæ & nouissima intelligi: iuxta illud: Reliquiæ impiorum Psalm.36.g
peribunt. y ¶ Acquiesce igitur ei: & habeto pacem, & per hęc habebis fructus optimos.) Hortatur sanctum Iob, vt se iam cogitet emendare, & dat consilium non quærenti, vt per patientiam conuertatur ad deum. Et ita post bellum instantis sibi horribilis plagæ, posset habere incolumitatis pacem. z ¶ Susci pe ex ore illius legem, & pone sermones eius in corde tuo.) Siue dictum: id est, audi quę præcepit, & cõserua. a ¶ Si reuersus fueris ad omnipotẽtẽ, ædificaberis.)

G Si te factorum tuorum pœniteat, ędificaberis: id est, quotidie vallatus diuina custodia munieris. Dissimulantibus agere pœnitentiam: hoc exemplum egregium præponendum est: necessaria enim hæc cohortatio est, qua possunt peccatores gloriam perditam reparare. a ¶ Et longè facies iniquitatem à tabernaculo tuo.) Si te emendare volueris atque corrigere, tibi asscribet deus, quòd longè facias à te iniquitatem tuam: cùm eam à te potius ipse elonget. Siue ipse diabolus iniquitas dicitur: hoc est qui te in potestatem accipit elōgabitur. b ¶ Dabit pro terra silicem: & p silice torrētes aureos.) Hoc dicit: quòd si propitiatio eum dei in præceptis ei9 firmissimis stabilirit, non terrenis rebus, & carnis voluptatibus operam dabit: sed magis ad fortitudinem virtutum proficiet, per quam possit ad affluentes cœlestium diuitias peruenire: hoc enim metaphoricôs Eliphaz ad san-
H ctum Iob dicit: quòd si in saxo fortitudinis bonæ conscientiæ tuæ positus fueris: sensus diuinæ sapientiæ tibi velut torrens aureus abundabit. c ¶ Eritq; omnipotens contra hostes tuos.) Cùm feceris, inquit, voluntatem eius, habebis eum defensorem tui. d ¶ Et argentum coaceruabitur tibi.) Diximus aurum pro sensu accipi: & argentum pro eloquio iustificationis. Ergo & mandata dei atque iudicia: ipsa sunt diuina eloquia. Cùm ergo conuersus, in his fueris meditatione assidua commoratus: intelligentias diuersorum sensuum differendo, multiplex & copiosè abundans eloquium coaceruabitur tibi. e ¶ Tunc super omnipotentem delitiis afflues.) Delitiis vtique spiritualibus supradictis repleberis, cùm petitiones cordis tui gratia sancti spiritus videris, &
I in gaudio mentis tuæ senseris adimpleri. f ¶ Et eleuabis ad deum faciem tuam.) Liberam frontem ad deprecādum deum attolles: siue iam non ream, neq; incuruatam deorsum mala conscientia, eriges ad deum animā tuā. g ¶ Rogabis eum, & exaudiet te &c.) Peccatorem te non potest exaudire, nisi cū prius pro peccatis tuis deprecatus fueris. h ¶ Decernes &c.) Rem duntaxat iustam, sanctam, atq; honestam, quàm à deo petieris obtinebis. i ¶ Et in &c.) Viæ tuæ actus tui boni erunt, & lumen tibi erit dei notitia, deique visitatio, atque protectio: quo actus viarum tuarum correcti illuminētur: ne fortè per errorem inscitiæ in montes tenebrosos offendas. k ¶ Qui enim humiliatus fuerit, erit in gloria &c.) Et dominus in euangelio: Qui se humiliat, exaltabitur. Luc.14.c l ¶ Saluabitur innocens, saluabitur autem munditia manuum suarum.) Id est, gratia bonorum operum, vel nitore. Antiqui ita dixerunt: erue innocentem, & saluaberis munditia manuum tuarum: vbi retributionem videtur sonare, quòd ait, erue innocētem: K vt saluari possis innocentia manuum tuarum.

Caput XXIII.

m Respondens autem Iob ait: Nunc quoque in amaritudine est sermo meus &c.) Relictis infidelibus amicis: qui me calamitatis hui9 miseriam iustè pati definiunt, & addūt amaritudini meæ, totum me ad deum conuertam, & dicam ei pro conscientiæ meæ fiducia quæ sequuntur. n ¶ Quis mihi tribuat vt cognoscam, & inueniam illum &c.) Intellectu se cognoscere deum dixit: inuenire quoque eum operibus bonis, & venire vsque ad solium eius, & futuri scientia, & cogitatione iudicij proficiendo accedere vsque ad ipsam contemplationem diuinæ potestatis: quam vtique mundi corde videbunt. Quod cor, multis castificationibus morum, sanctus hic Iob purificatum se dicit habuisse. o ¶ Ponam coram L eo iudicium.) Iudicium, inquit, iustitiæ tuæ ponam in conspectu dei mei, secūdum illud: Ab Iob.8.&.9 ipso iudicij eius æquitatem requiram. Tamen priusquam sit eius in me finitiua sentētia, multas ei proferam increpationes: quia cùm eius nouerim singularē iustitiam, quare iustus patior tormenta, quæ iniquis impiisq; potius debentur. Hoc ergo quod sequitur, ait: p ¶ Os meum replebo increpationibus.) Id est, iusti doloris querelis. q ¶ Nolo multa fortitudine contendat mecum: nec magnitudinis suæ mole me premat &c.) In mole maiestatis eius, horripilationem intelligamus, non aliquid corporeum: quia deus spiritus est. Certus sum, inquit, quia istas afflictionum miserias: ipso vtique iudicante, patebit me nullo peccatorum merito sustinere, hinc M ait: Perueniat ad victoriam iudicium meum. r ¶ Si ad Orientem iero, non apparet: si ad Occidentem &c.) Dum partes mundi enumerat, dicit eum habitare vbique totum: sibi tamē omnino esse inuisibilem confitetur: eo ꝙ non subiaceat eius diuinitas obtutibus creaturæ. Deus verò omnem viam conuersationis ei9, ait, quia optime nouerat. s ¶ Vestigia eius &c.) Hoc est, ꝙ custodiri voluit, custodiui. t ¶ Ipse enim solus est, & nemo auertere potest cogitationem ei9, &c.) Hoc est: quia inscrutabilia sunt iudicia Roma.11.d eius, & inuestigabiles viæ eius. u ¶ Cumq; expleuerit in me voluntatem suam, & alia multa similia præsto sunt ei.) Cùm iam me quibus voluit tormentis affecerit, & alia adhuc quanta voluerit mihi infligere poterit, quem insensibilia sicut sensibilia contremiscunt. x ¶ Et idcirco à facie eius &c.) Mente scilicet sentiens, & ex parte intelligēs. y ¶ Timore solicitor.) .i. horripilatione maiestatē illius ptimesco.

Deus

a ad omnipotentē, ædificaberis: & longè fa-
b cies iniquitatem à tabernaculo tuo. Dabit
pro terra silicē, & pro silice torrentes au-
c reos. Eritq; omnipotēs cōtra hostes tuos,
d & argentum coaceruabitur tibi. Tunc
e super omnipotentem delitiis afflues: &
f eleuabis ad deum faciem tuam. Roga-
g bis eum, & exaudiet te: & vota tua red-
h des. Decernes rem, & veniet tibi: & in viis
i k tuis splendebit lumen. Qui enim humiliatus fuerit, erit in gloria: & qui inclinaue-
l rit oculos suos, ipse saluabitur. Saluabitur
innocens: saluabitur autem munditia manuum suarum.

Caput XXIII.

m Respondens autem Iob ait: Nunc quoque in amaritudine est sermo meus, & manus plagæ meæ aggra
n uata est super gemitum meum. Quis mihi tribuat, vt cognoscam & inueniam il-
o lum, & veniam vsque ad solium eius? Pō-
p nam coram eo iudicium: & os meum replebo increpationibus: vt sciam verba quę mihi respondeat, & intelligam quid lo-
q quatur mihi. Nolo multa fortitudine contendat mecum: nec magnitudinis suę mole me premat. Proponat æquitatem contra me, & perueniet ad victoriam iudiciū
r meum. Si ad Orientem iero, non apparet: si ad Occidentem, non intelligam eum: si ad sinistram, quid agam? Non apprehendam eum. Si me vertam ad dexteram: nō videbo illum. Ipse verò scit viam meam, & probabit me quasi aurum quod per ig-
s gnem transit. Vestigia eius secutus est pes meus: viam eius custodiui, & non declinaui ex ea. A mandatis labiorum eius non recessi: & in sinu meo non abscondi
t verba oris eius. Ipse enim solus est, & nemo auertere potest cogitationem eius: & anima eius quodcunque voluit, hoc fecit.
u Cumque expleuerit in me voluntatem suam, & alia multa similia præsto sunt ei.
x Et idcircò à facie eius turbatus sum,
y & considerans eum timore solicitor.

Deus

G a ¶ Deus molliuit cor meū: & omnipotens cōturbauit me.) Cor resolutum à pauore nimio & timore, hoc loco dictum nouerimus: non quòd à duritia incredulitatis ad fidem suscipiendam mollitum sit, cùm magis ipse Iob per fidem fortis in deum manserit. Vnde sequitur: Omnipotens cōturbauit me: hoc quod suprà. b ¶ Non enim perij propter imminentes tenebras: nec faciem meam operuit caligo.) Ipsas calamitatis suæ miserias, tenebras appellauit: quas velut ruinas subitò imminentes sibi dicere voluit: eis tamen insistentibus sibi ait: desperatione nō perij: nec faciem mentis meę infidelitas excæcauit: vel negatio dei.

Caput XXIIII.

c Ab omnipotēte non sunt abscōdita tempora: qui autem nouerūt eū, ignorāt dies illius.) Illi verò qui sentiunt, & intelligunt deum: dies æternitatis eius ignorāt. In qua
H æternitate, nec tempora, nec dies, qui in temporibus sunt, inueniuntur: vbi vnus æternus est dies. Siue aliter: Omnia nouit quę nunc loquor, vel patior. d ¶ Alij terminos transtulerūt diripuerunt greges & pauerunt eos.) Id est, transtulerunt greges, & comederunt. Manifestum est secundum literam. Videam9 nunc secundum mysticum intellectū quid significet: terminos transferentes: Id est, statuta ecclesiæ conuellentes, hæreticos esse significauit: qui nouitate doctrinæ peruersæ, euangelicæ legis & apostolorum terminos præfinitos excedunt, & ita deceptoria persuasione diripiunt greges dominicos: id est, populos credentes in Christum. e ¶ Asinum pupillorum: siue iumentum, abegerunt, & abstulerunt pro pignore bouem viduæ, &c.) Pupilli quidem sunt teneri, vel infantes in fide: vel qui deum patrem non habent, vt ab eo contra aduersarios defendantur. Quorum animum, velut iumentum forte ac
I necessarium, ad deum in se per fidem portandum, hæretici prædonum more ab eis abigunt: dum eos fallaciis suis, virtute animi spoliant. Siue gentilem sensum, immundi vtique animalis nomine dictum, ab eis quidem auferunt: dum sub prætextu veræ religionis, eos in perfidiam ducunt. Viduę etiam illæ sunt animæ, quæ virum, deum suum, & dominum amiserunt: à quibus hæretici pro pignore perfidiæ vtiq; confessionis: per quam falsis eorum adinuentionibus initiantur, & debitores eorum efficiuntur, sanctarum virtutum munditiam, & vtilia animi opera auferre conantur. Pauperes quoque in hoc loco illi intelligendi sunt: qui testimonio fidei destituti sunt. Alij sunt diuites in fide: horum religionis viā, qua ad deum redire poterant, suis erroribus hęretici subuerterunt. Mansuetos autem hic illos esse sentiamus, qui constantiam inimicis suis non habent resistendi, & propter ignauiam animi sui facilè seducuntur. Hi ergo multis errorū dogmatibus, & diuersis errorum superstitionibus opprimūtur. In bonam verò partem viduæ sunt, qui se mortificant cum vitiis: pauperes, apostoli sunt. De isto numero hæretici auferre conantur: dum pauperes sanctorum aliquos persuadēt, vel mansuetos circumueniunt, qui eis resistere non possunt, sed & patienter pro simplicitate audiunt: illi verò eos nituntur extinguere. f ¶ Alij quasi &c.) Violenti sunt, qui publicè rapiunt. Prędones & latrunculi sunt, qui de occultis ad opera sua exeunt, vtique non dei. g ¶ Agrum non suum demetunt &c.) Ager siue vinea, vniuscuiusque hominis, quidam modus vitæ est: quæ ab vnoquoque colitur, quando sor K des & quidam frutices vitiorum mundantur, vel etiam extirpantur. Quia ergo huius culturæ diligētia minimè prodest, quando omne bonum naturæ non ad fidem refertur: quia iustus ex fide viuit: prædicti idolorum cultores opprimentes Habac.2.a fideliū, quanuis honestè viuentium corda, eos velut quadam ratione seductionis in errorem inducūt: dum quasi agrum eorum siue vineam, dissipando fruges eorum, violenter abripiunt. h ¶ Nudos etiam dimittunt homines, indumēta tollentes.) Dū eos operibus bonis expoliant. i ¶ Quibus operimentum non est in frigore.) Illos vtiq; expoliant, qui charitatis dei non habent vestimentum, & idcirco in infidelitate algent: quia spirit9 feruentis tunica indui non merent. k ¶ Quos imbres montium rigant.) Hos ergo per miseriam destitutos domibus suis dicit: quandoquidem eos montium cauernis, & vmbraculis operiet: & quanta sit eis in ipsis L montibus necessitas cōmorādi, describit. Quos imbres mōtiū rigāt. i. aquis de ipsis montibus copiosè fluentibus mundantur. Quos imbres montium rigant. Non imbribus cœli rigantur, sed montiū extollentium se aduersum sciētiam dei, quæ de cœlo est. l ¶ Et non habentes &c.) Manifestius alij dixerunt: qui cum tegmen non habeant, petra adoperiuntur. Et non habentes velamen, amplexantur lapides. Hoc est, sine vestimento virtutum peccatis suis, & erroribus delectantur. m ¶ Vim fecerunt deprædantes pupillos.) Vbi intelligitur quid habentibus fecerint, quandoquidem facultate tenuissimis non fuerint miserti. Vim fecerunt deprædantes pupillos. Illos etiam qui notitiam aliquā secundum naturæ bonum habent, quam defendere non poterant: fragili animo & puerili viuentes: suasionibus prauis, vim inferentes prędati sunt. n ¶ Vulgum pauperem spo- M liauerunt.) Multitudinem quoque populi vilem actibus, & inscitia pauperē: si quid fortassis habebat iustitiæ, aut etiam innocentiæ naturalis: dum in maius erroris sui malum pertrahunt, prædictis bonis spoliauerunt. o ¶ Nudis & incedentibus absque vestitu, & esurientibus tulerunt spicas.) Nudis fide, deique custodia destitutis: vestimenta quoque spei, & charitatis diuinæ, cæterarumque virtutum excubias non habentibus, quibus animæ exornantur: etiam spicas in quibus diuinam notitiam adopertam habent abstulerunt: ne esurientes scientiam dei quandoque retecto velamine possent ipsam nudam veritatem tanquam panem alimoniæ vitalis accipere. p ¶ Inter aceruos eorum meridiati sunt, qui calcatis torcularibus sitiunt.) Hoc malum est magnum & iniquissimum, vt sub labore, & fructu aliorum alij requiescant, & inebrientur vino eorum, qui collectis vindemiis suis sitiunt. Inter aceruos eorum meridiati sunt, qui calcatis torcularibus sitiunt. Sublatis igitur spicis, per figuram intra se diuini nominis notitiā continentibus: quando ex eis hi qui habebant eas plena cogitatione, solidum cibum conficerent: seductores violenti inter bona eorum opera quasi inter aceruos gloriantes requiescunt, sibiq; tribuūt. Si quis gentilium virtutes secutus fuerit naturales, de quibus tanquā seminib9, in se operū aceruos constituat: ipsi tamē seducti, calcata virtutum vindemia & expressa, sitiunt: quia veritatis poculum apud eos, à quibus in errore abstracti sunt, non inuenerunt.

a Deus molliuit cor meum: & omnipotens
b conturbauit me. Non enim perij propter imminentes tenebras: nec faciem meam operuit caligo.

Caput XXIIII.

c Ab omnipotente non sunt absconditα tempora: qui autem nouerunt eum, ignorant dies illius. Alij ter-
d minos transtulerunt, diripuerunt greges,
e & pauerunt eos. Asinum pupillorum abegerunt, & abstulerunt pro pignore bouē viduæ. Subuerterunt pauperum viam, & oppresserunt pariter mansuetos terræ. A-
f lij quasi onagri in deserto egrediuntur ad opus suū: vigilantesq; ad prædam præpa-
g rant panem liberis. Agrum non suum demetunt: & vineam eius quem vi oppres-
h serunt, vindemiant. Nudos dimittunt ho-
i mines: indumenta tollentes, quibus non
k est operimentum in frigore: quos imbres
l montium rigant: & non habentes vela-
m men, amplexantur lapides, Vim fecerunt
n deprædantes pupillos, & vulgum paupe-
o rem spoliauerunt. Nudis & incedentibus absque vestitu, & esurientibus tulerunt
p spicas. Inter aceruos eorū meridiati sunt, qui calcatis

G a ¶De ciuitatibus fecerunt viros gemere.)Non solum, inquit,illos qui sine munimine habitant spoliant: & dominatu duræ superstitionis affligunt: verumetiam & eos qui ciuitates mentium suarum bonis moribus munitas inhabitant, pugnando errorum arietibus subruunt. Quod & multis philosophis contigisse manifestum est: qui cùm magni & clari circa corporum suorum fuerint continentiam, cum gemitu tamen & labore nimio ad veritatis notitiam peruenire non potuerunt. b ¶ Et anima vulneratorum clamauit.)Deus vocem implorantium inultam abire non patitur: quin vltionem tribuat de erroribus: vt dum ad veritatem saucij peccatorum vulneribus conuertuntur, conuicta falsitas puniatur. Punit enim, quando eorum qui seducti fuerant conuersionem desti
H tuit. Quod autem ait: Anima vulneratorum:pro consensu ad deum clamãtium intelligamus. Vastatorum autem tribulatio vsque ad gemitum ciuitatẽ habitantium perueniebat. Vulnerati verò non solum intelligẽdi sunt: quorum corpora ab aliis transfodiuntur: verumetiã illi quorum animæ hostium timore nimio, velut gladio feriuntur. c ¶Ipsi fuerunt rebelles lumini.)Dæmones,hæretici,philosophi,siue etiam omnes impij intelligẽdi sunt: qui contra doctrinam dei venire conantur,quia mandatum vitæ lux est:quia in natura lumen,lumen est quod per se est: tenebræ verò cęcitas cordis. Et ,pinde si cæcitas cordis, tenebræ sunt:rectè exteriores tenebræ,pœnæ intelligũtur. Vt iniqui de peccatorum suorum tenebris, ad tormentorum tenebras proiiciuntur:sic intus & foris dei sententia consummata coram angelis dei,induuntur sicut diploide confusione sua. Onagros verò qui commorantur in deserto: paganos quosque errore gentilitatis,qui in deserto veræ religionis sunt intelligere possumus:eo quòd iugo certę religionis non contineantur. Hi igitur egrediuntur ad opus suum. Egredi nanque dicuntur, quando affectus suos per doctrinas prauas in eos quos seducunt,ostendunt. Ita enim omni solertia depręditur vagas errore animas, vt ipsi multitudini perditæ posteritatis suæ,velut alimentum panis lætalis doctrinæ,pertinaciam
I derelinquãt. d ¶Mane primo &c.)Iterum mane dictum est,pro eo quòd publicè, & clara luce malum committitur, vt sit quasi gloria facinus operantibus,&secundum Sodomitarum exemplum:peccatum suum non absconderunt,sed prę dicauerunt. Potuit & de iniquis iudicibus hoc dixisse,qui ad hoc maturius surgunt, vt causam egeni,& pauperis muneri-
Alia expositio. bus corrupti prævaricentur. Siue aliter: Hic igitur homicida, rectè hæreticus quisque sentitur, ex eorum numero qui animas hominum noxiis, & lætalibus sensibus interficiunt. Quod autem dicit,mane primo consurgit:illud est,quia cum hi qui cum nuper fide initiati sunt, matutinum habeant: id est,quasi principium sanctam religionem: siue ipsi matutinũ effecti sint, cùm de tenebris & filiis noctis facti sint in domino filij dei:hi perfidiæ suæ venenum propinare festinant, vt eos decipiant. Siue aliter:Mane,Christus intelligendus est: ad cuius resurrectionem hæreses in ecclesia esse cœperunt. e ¶ Per noctem verò erit quasi fur.) Omnes sensus hæreticorum,nocti & tenebris comparandi sunt: quia lumen nõ habent veritatis. Ipsi etiam sunt adulteri: quia eloquia dei casta, adulterina interpretatione corrumpunt. Noctem verò ideo dictam puto: quia prævaricatores negociorum secretũ quoddam,quasi tempus nocturnum,requirunt: quando munera pro causis prævaricatis accipiunt. f ¶Oculus adulteri &c.)Siue vt alij dixerunt: Et latibulum faciei posuit. Id est,cordis eius oculus,obliuione excæcatus est, vt in ei' memoriam non ascenderet: quia omnium cogitationum , & operum humanorum malorũ deus est inspector & cognitor.

a qui calcatis torcularibus sitiunt. Dẽ ciui-
b tatibus fecerunt viros gemere , & ãnima vulneratorum clamauit, & deus inultum
c abire non patitur. Ipsi fuẽrunt rebelles lu mini,nesciẽrũt vias eius: nec reuersi sunt
d per semitas eius . Mane primo consurgit homicida: interficit egenũ & pauperem:
e pẽr noctem verò erit quasi fur.Oculus a-
f dulteri obseruat caliginem, dicens:nõ me videbit oculus , & operiet vultum suum .
g Pẽrfodit in tenebris domos , sicut in die condixerant sibi, & ignorauerunt lucem.
h Si subitò apparuerit aurora , arbitrantur vmbram mortis,& sic in tenebris quasi in luce

g ¶ Perfodit in tenebris domos sicut in &c .) Manifestum K
est,quòd per diem hanc rapinam sua cogitatione disponunt, antequam ad ipsas facinorum tenebras veniant . Perfodit in tenebris domos, sicut in die condixerant sibi . Vnusquisque hæreticus in prauitate doctrinæ consistens:non dulci & suaui sermone euangelij , sicut imber placidus, & sicut ros cum silentio in animas descendit fidelium,sed aspero potius, & ad vulnerandum peracuto domos perfodit animorum . Hoc enim velut in die condixerunt sibi hęretici, vt omnes mortales iaculis doctrinæ noxiæ perfoderẽt: quando in ecclesia adhuc , hoc est in die veritatis positi,hæreses facere condixerunt .

h ¶Si subito apparuerit aurora : arbitrantur vmbram mortis.)Mox vt iustitiæ sibi, & honestatis aliunde lumen cœperit apparere,& ingeri conscientiæ suæ malum : iam pœnas mortis se æstimant sustinere : quia iustitia & sanctitas, vt ait scriptura diuina , odiosa est iniquo. Si L
subitò apparuerit aurora,arbitrantur vmbram mortis: & sic in tenebris quasi in luce ambulant . Si quispiam disputator extiterit , qui contra eos lucem manifestæ veritatis enarret, conuicti arbitrantur se incurrisse vmbram mortis,& nihilominus in stultitiæ suæ tenebris , velut in luce sapientiæ gloriantur. Potest & diabolus homicida,fur, & adulter intelligi : quia ad decipiendum hominem factus est homicida, vt ait dominus: Ille homicida fuit ab initio. Diuinitatem quo- Ioan.8.f.
que sibi per superbiam arrogando,quam præsumptione animi sui tentauit inuadere, velut fur inuentus est , qui aliena conatur auferre . Qui etiam virginalem illam,& castam dilectionem dei amisit, dum adulterinos conatus contra dei sui,& domini amorem faciens, propria voluntate quæsiuit. Hic igitur mane primo,id est, circa ipsam natiuitatem protoplasti hominis,ad seducendum eum per eius mulierem cõsurrexit , & eum tanquam egentem consilio & pauperem, qui experientia minus cautus esset,deceptione insidiosę persuasionis occidit. Noctem verò peccati ipse sibi operat' est: quando ad diuinitatem inuadendam, velut fur irrepere voluerat, dicens: Super sydera cœli ponam thronum meum, & Esaiæ. 14. c
ero similis altissimo : & exinde cum suis, quos cœli sydera appellauit,nox & tenebræ,princeps'q; tenebrarum est appel M
latus. Et rectè, quia domini lumen amiserat. Hic iam in peccatorum suorum tenebris constitutus, vultum malæ conscientiæ suæ obduratione operuit,pœnitentiam non acturus,& idcirco diuino lumine priuatus,studet atque obseruat, vt ea quæ tenebris, & caligine sunt digna committat. Vnde in his operibus vitam agens,fodiet sibi domos habitationum in inferis, cum illis suis ministris, cum quibus se aduersus deum, &creatorem erigere tentauit. Hi ergo ministri eius,cum adhuc beati essent in illa æterna fœlicitate,in die illo vtiq; sempiterno , qui non habet initium neque finem,in hoc sacrilegium tyrannidis sunt cum suo principe collocuti: & putauerunt , quòd deus qui est lux vera , sapiens & intelligibilis, hoc malum contumaciæ eorum impunitum relinqueret , vt non eos de illa beata atque gloriosa sede deiiceret . Et hinc puto dixit , ignorauerunt lucem : quòd existimauerunt deum hoc eis minimè facturum, propter quod excæcatis mentibus æternales tenebræ facti sunt : qui & potestates dicti sunt tenebrarum : id est , hominum peccatorum . Et hinc est quòd cùm nomen dei audierint, contremiscunt: quod vocabulo auroræ significari putamus. Cogitatio ergo eius : id est,diaboli, vsque ad sermonem tantum peruenire potuit, non etiam ad effectum: non enim regnauit illic,& sic deiectus est statim , vbi voce prompsit quod cogitauerat,& deorsum præceps actus est. Vnde consequens vidit, vt machinamenta cordis sui,quibus contra deum moliebatur,

ad

A ad persuadendum cęteris angelis sit locutus,& ita consentientibus multis vna quodammodo conspiratio fieret contra deum,vt si ita videretur. Illud tamen immobiliter tenendũ, nullo modo in silentio agi militiæ cœlestis officia,cùm legamus angelicas potestates,ante sedem domini in laudem glo
1.Cor.13.a. riæ eius indefessis vocibus personare:neq; vllo modo Apostolus dixisset : Si linguis hominũ loquor & angelorum:nisi sic essent & angelorum linguæ sicut hominum:quanuis angelicę dissimilesint humanis. Est ergo aliquod atq; ipsum valde magnũ super diuersitate linguarum inter terrigenas,& ministeria superna discrimen. Super qua re nos canonicus liber noui testamenti , qui apostolica continet gesta,sufficienter instruxit.

a ¶ Leuis est super faciẽ aquę) Quia non sunt de ecclesia magna,id est,populo graui & sancto:qui granis fœcundi & optimi tritici comparatur, & qui in
B horreo æternarum mansionum condendus est,velut leuispalea nihilq; ponderis habens, quod ad prægrauandos virtutum pertinet fructus, aquæ elemento supernatabit : vt auræ flatu tenui rapiatur. Siue aliter: Aquę istæ hominum amautiũ hoc seculum habẽt figuram: eo quod semper ad inferiora sint procliues,multum secum limi trahentes:qui in chaos inferorum,tur bido pondere deponatur.

b ¶Maledicta sit pars eius in terra.)Qui enim in terra sancto rum,quæ est viuentium terra,non fuerit,maledictus erit , siue maledicta sit pars eius in terra,id est,in massa generis humani. c ¶ Nec ambulet per viam vinearum.) Id est, ita maledicta sit eius conuersatio in terra hac,vt plebes dei siue animas sanctas,quæ sicut vineæ plenæ fructibus fructiferæ sunt,non imitetur:neq; per ipsas ambulet . Has enim vineas doctores tanquam cultores,doctrinis velut ligonibus colũt, vt vinum operum bonorum vindemient : quod in fide:id est torculari ecclesiæ pondere tribulationis expressum:flagrãs per gratiam Christi,odore suauissimo cum virtute meritorum in apothecas domorum cœlestium recondatur.
C
d ¶ Ad nimium calorem transeat ab aquis niuium.) Quasi duas gehennas sanctus Iob dicere mihi videtur,ignis & frigoris,per quas diabolus,hæreticus & homo impius commutetur. Fortè in ipsa gehenna talis sensuum cruciatus fiet illis qui in ea torquebuntur,vt nunc quasi ignem ardentem sentiant:nunc nimium algoris incendium & pœnalis commutatio:nunc frigus sentientibus,nunc calor sit:vt quasi de loco ad locum transitus æstiment . Et fortassis inde dominus ait in euangelio:Mittite eum in tenebras exteriores:ibi erit fletus & stridor dentium. Vt hic stridor dentium de rigore frigoris oriatur. Vbi & similitudinem quandam ex nostris corporibus possumus inuenire: in quibus rũsi abundãtia,quod Matt.22.b.
est calidissimum,in typicis motibus intolerabilis rigor precedit,ignem febrium ardentissimum secuturum: & dicuntur à medicis hæc duo quæ sibi contraria dinoscũtur,ex vna felis materia in homine procreari. e ¶Et vsq; ad inferos peccatum illius.) Peccatum impij & iniqui tam magnum est & f
tam graue,vt eum deprimat ad infernum tanquam plumbum in aqua validissima. f ¶Obliuiscatur eius misericordia.) Id est,qui non solum misericors sed & misericordia dicitur quia misericors à misericordia,& ideo quasi prototypon nomen,maius est quàm deductio nũcupata. Quicunq; ergo sanctorum potest dici misericors,verax, & iustus:nemo tamen

a luce ambulant. Lẽuis est super faciem à-
b quæ. Maledicta sit pars eius in terra: nẽc
d ambulet per viam vinearum. Ad nimiũm calorem transiet ab aquis niuium, & vsq;
e ãd inferos peccatum illius . Obliuiscatur
g eius misericordia. Dulcedõ illius vermes.
h Non sit in recordatione , sed cõteratur
k quasi lignum infructuosum . Pãuit enim
l sterilem,& quæ non parit,& viduãe bene
n non fecit . Dẽtraxit fortes in fortitudine
o sua. Et cum steterit , non credet vitæ suæ.
Dedit ei deus locum pœnitentiæ , & ille abutitur eo in superbia : oculi autem eius
p sunt in viis illius . Eleuãti sunt ad modicum , & non subsistent : & humiliabun-
q tur sicut omnia,& auferẽtur, & sicũt sum
r mitates spicarum conterentur . Quod si nõ est ita:quis me potest arguere esse mẽtitum,& ponere ante deum verba mea?

Caput XXV.

f RESpondens autem Baldad Suites, dixit:Potestas & terror apud eum est,qui facit concordiam in sublimibus suis . Nunquid est numerus militũ eius?

g ¶ Dulcedo illius vermes.) Per Antiphrasim dictũ, quod est,scatens vermibus moriatur. Et in euangelio: Vermis eo- Mar.9.g.
rum non morietur. Talis igitur dulcedo erit iniquis, & odientibus deum. h ¶ Non sit in recordatione.)Id est,ad veniam misericordiæ non perueniat,quòd diabolo,& suis hæreticis & impiis futurum,de scripturis sanctis ita didicimus.

i ¶Sed conteratur quasi lignũ infructuosum.) Secũdum illud: Matt.3.c.
Omnis arbor quæ non facit fructum bonum,excidetur, & in ignem mittetur. Vel lignũ,peccatum intelligamus : quod per lignum accidit:per quod lignũ diabolus addidit ad cumulum criminis,quòd aduersum deum rebellis extiterit,vt & hominẽ præcipitaret in mortem : vnde iam& in æternum interitum cõ demnat' est:propter quod ipse diabolus lignum insanabile, & infructuosum potest dici : quia nunquam erit pœnitentiæ medi E
catione sanandus. De ligno autem vitæ, id est cruce, vel de Christo dicitur: Secundum dies ligni,erunt dies populi mei. Esaiæ.65.d.
k ¶Pauit enim sterilem.)Id est nutriuit & fouit animas steriles,& infructuosas virtutibus.

l ¶Et quę non parit.) Eas quoque animas assensionis suæ delectationibus pauit, quæ cùm possint de vtero cordis bona opera parturire,noluerunt, sicut de huiusmodi ait Dauid:No- Psal 35.a.
luit intelligere vt bene ageret.

m ¶Et viduæ bene non fecit.) Viduam,animam sanctitatis viribus destitutam:quæ deum virum habuerat, cum exhortatione noluit consolari vt id ageret,quemadmodum posset reuerti ad virum suum priorem. n ¶Detraxit fortes in fortitudine sua.) Alij dixerunt,& in ira euertit infirmos: id est,fortes atq; virtutum viros prostrauit & detraxit.

o ¶Et cùm steterit,non credet vitæ suæ.) Et cùm in prosperis sit,nec sic quoq; mordente conscientia putat, quòd eadẽ fœlicitate perpetuè potiatur , cùm huiusmodi pertinacis & F
duri animi sit,credens quòd in illa vita sua tam perdita stare possit. p ¶Eleuati sunt ad modicum,& non subsistent &c.) Ad modicum autem dicitur, pro breuitate vitæ præsentis,in qua pro tempore exaltantur iniqui. Auferentur sicut omnia,id est,sicut illa quæcunq; sunt partis aduersæ,siue cum in fine seculi ablata fuerint omnia temporalia.

q ¶Et sicut summitates spicarum conterentur.) Quemadmodum enim summitates spicarum , res vtiq; nimium fragiles tanta facilitate comminuuntur , vt ad nihilum deducantur,ita & hi de quibus locutus sum,vt puluis tenuissimus, siue vt fauillæ lanugo erunt ante faciem dei,cùm fuerint contumelia confusionis attriti. r ¶Quod si non est ita : quis me potest arguere esse mentitum,&c.) Quis enim ex vobis arguere me poterit:quia non ita sit futurum vt dixi: meque falsitatis conuincere,qui asseritis quòd omnia in hoc tempore reddat deus peccatoribus quæ merentur : quod in meam potius suggillationem de studio contentionis ingeritis.

Caput XXV.

f RESpondens autem Baldad Suites,dixit: Potestas & terror apud eum est &c.) Conuictus Baldad à beato Iob dicente: in futuro magis dei esse iudicium, ad hæc se conuertit vt diceret,apud eum est potestas & terror:id est,non iam exercet iudicium , sed apud se repositum tenet ac reseruat in posterum. Ipse tamen facit perpetuæ pacis concordiam in sublimibus,id est,angelis,siue hominibus

sanctis

eius? Et super quem non surget lumen il- a
lius? Nunquid iustificari potest homo cõ b
paratus deo: aut apparere mundus natus
de muliere? Ecce luna etiam nõ splendet, c
& stellæ non sunt mundæ in conspectu
eius: quãnto magis homo putredo, & filiꝰ d
hominis vermis?

Caput XXVI.

e Respondens autem Iob, dixit: Cuius adiutor es: nunquid imbecil-
lis, & sustentas brachium eius qui
non est fortis. Cui dedisti consilium? For-
sitan illi qui non habet sapiẽtiam, & pru-
dentiam tuam ostendisti plurimã. Quem
docere voluisti? Nonne eum qui fecit spi-
f ramentum? Ecce gigantes gemunt sub a-
g quis, & qui habitant cum eis. Nudus est
infernus coram illo, & nullum est operi-
h mentum perditioni. Qui extendit Aqui-
lonem super vacuum, & appendit terram
i super nihilum. Qui ligat aquas in nubibus
suis: vt non erumpant pariter deorsum.
k l Qui tenet vultum solij sui: & expandit su
m per illud nebulam suam. Terminum cir-
cundedit aquis: vsq; dum finiantur lux &
n tenebræ. Columnæ cœli contremiscunt,
& pauent

G sanctis suis, custodiendo eos ne per aliquem lapsum peccati inimicitias offensæ cœlestis incurrant. a ¶Et super quem non surget lumen illius?) Ipse enim illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. (Ioan.1.) b ¶Nunquid iustificari potest homo comparatus deo &c.) Manifestum est, quòd inopia respondendi, eadem quę dixerant frequentius repetant. c ¶Ecce etiam luna non splendet, & stellæ non sunt mundę in cõspectu eiꝰ.) Sub nomine lunę, siue stellarũ, angelos & supernas potestates intelligere possumus: qui ad comparationem diuinæ reuerentiæ, immũdi & tenebræ possunt videri: ex eo vtiq; quoniã natura conditæ creaturæ: licèt non peccẽt: capaces tamen peccati sunt, vt apparuit in aliis angelis eiusdem naturæ peccantibus. Sed post eos nullũ angelorum peccasse credendũ est: quia omne liberum suum arbitrium in solius dei charitatẽ verterunt: sicq; immobiles facti H sunt, persistentes in veritate: in qua prædictus angelus cum suis stare noluit. Proinde angelorum voluntas per amorem dei facta est inconuertibilis, quæ in deo est per naturã. Ideo illi soli incorrupto honor & gloria. Potest & de his elementis dicere, quòd ideo immunda dicantur, quia non semper luceant: vel quòd corpora tantum illuminent, & non mentes sicut deus, qui vtrunq; facere consueuit. d ¶Quãto magis homo putredo, & filius hominis vermis.) Si enim angeli, inquit, & cœlorum etiam corpora ad comparationem dei, immunda esse dicuntur: quid putas homo existimãdus est, cùm sit ipse putredo: filius quoq; hominis vermis: ex eadem vtiq; nascens corruptione qua vermis?

Caput XXVI.

e Respondens autem Iob, dixit: Cuius adiutor es: &c.) Videns deo iniuriam fieri, iusta indignatione commotus, in ipso initio sermonis sui Baldad Suiten du- I rioribus arguit verbis: eo quòd ita loqueretur, tanquam si deus infirmus ac non habens vllam brachij fortitudinẽ, eius egeret auxilio. Aduertens igitur quia minor est participatio ad totum, gutta stillæ perenni fonte: scintilla latens in cinere igni diuino, quo omnia concalescũt: lucerna corporis, soli iustitiæ: testa figulo: anima deo: vnde mirans Iob loquitur, quare ausus fuerit, vt eum à quo illi est esse, docere voluerit. f ¶Ecce gigantes gemunt sub aquis, & qui habitãt cum eis.) Gigantes autem appellat scriptura diuina homines superbos, rebelles, & cõtumaces. Diabolus quoq; & sui, propter superbiam translato nomine gigantes nuncupãtur. Quòd autem ait sub aquis gigãtes gemere: ita, inquit, velut si dixisset, sub terra: id est, in inferioribus terræ: vbi inferi esse perhibentur. Vnde & ipsi inferi nominati sunt. Aquæ enĩ eius naturæ sunt, vt sine terra esse non possint. Ecce gigãtes gemunt sub aquis. Qui gemitus vtiq; de doloribus, & squalore tartareæ habitationis eis nascebantur. g ¶Nudus est infernus coram illo, &c.) Hoc dicit, quòd sciẽtiam dei nihil latere possit. Et quòd perditio, qui diabolus nobis non absurdè sentitur, se non præualeat ab omnipotentia eius abscondere. h ¶Qui extendit Aquilonẽ super vacuũ, &c.) Hoc sic intelligẽdum est: siue quòd terra ex nihilo facta sit: siue nihil infra terrã sit, quo terra sustineatur: cùm ipsa vniuersa sustineat, & ipsa innumerabiliter dei virtute libretur: quia in ipso sunt vniuersa, & ab illo omnia continentur. De quo apostolus dicit: Portans omnia virtutis suæ verbo. K (Heb.1.a.) Et quia aliquando in scripturis per figuram Aquilo ventus, diabolus esse significatur: Siquidem à Salomone Aquilo durus ventus dicitur: nomine autem dexter vocatur. (Prou.25.d.) A suis quippe dexter quidem dicitur, sed totus sinistri operis author est. Hic igitur super vacuum dilatatur: id est, super frigidos fide atque incredulos: quod est super inanes vera religione & vacuos atq; vt eis velut rex dominetur, superextenditur. Rursum illi ipsi increduli quos sanctus Iob terræ nomine appellauit: super diabolum, qui à deo nihil factus est, appenduntur: vt incerti semper sint, & imitentur caput suũ mẽbra, vt tanquam caput quod nihil dictum est esse, super vacuum & nihilum appendantur. i ¶Qui ligat aquas in nubibus suis, vt non erũpant pariter deorsum.) Per has nubes in altitudine ipsa spaciosi aeris colligãtur aquæ, sicut & alio loco de L deo ita legimus: Cribrãs aquas de nubibus suis. Hoc igitur modo ligatæ dicuntur, quoniã non simul effunduntur in terram: sicut in diluuio factum legimus. (Gene.7. &.8.) Spiritualis autem iste est intellectus: vt nubes sanctos doctores interpretemur ecclesię: qui aquas euangelij portant populis effundendas, & gubernãdas à spiritu sancto deferunt: vt irrigentur terræ populorum: & de hac cœlesti pluuia, virtutũ fruges spirituali operatione multiplicẽtur. Quas aquas de superna abundantia defluentes, ligat deus in nubibus suis: vt vnicuiq; secundum capacitatem cordis sui, tantum doctrinæ, tãquam aquam effundat, quantum suscipiẽtis possibilitas patitur: ne simul fortassis effusæ, obsint cordibus: minus valentibus abũdantiorem suscipere doctrinam. k ¶Qui tenet vultum solij sui.) Sententiam iudicij sui reseruat in posterum. Iustitiæ suæ, & pietatis sedem in omni creatura sua, veritatis gloria respondentem deus tenere dicitur: quod est manifestatio- M nem secretorum iudiciorum suorum obuallare atq; abscondere: vt euangelium Christi in his qui pereunt. l ¶Et expandit super illud nebulam suam.) Secundũ illud quod dominus ait discipulis in euangelio: Vobis datum est nosse mysterium regni cœlorum. (Marc.4.b.) In obtectionem quoq; diuinæ custodiæ suæ: expandit super ipsum bonum nuncium euangelij, in nubem defensionis suæ, vt nullus posset ei quãuis acerrimus aduersarius præualere: de qua Apostolus ait: Patres nostri omnes sub nube fuerunt. (1.Cor.10.a.) m ¶Terminum circundedit aquis: vsq; dum finiantur lux & tenebræ.) Sub nomine aquarum κατὰ συνεκδοχὴν, quod est à parte ad totum, mundi finem mihi videtur dixisse: quia noctis ac diei vicissitudo præteritura sit: Siue de impiorum populis, vel de sanctorum tribulationibus, quæ aquarum nomine in scripturis sæpe dicuntur. Hæ igitur aquæ à deo terminum acceperunt: siue vt semper iniqui, & peccatores sint: siue vt non sinat fidelis deus tribulationes pati sanctos suos super quam sustinere possunt. Hęc ergo fient donec prosperitas, & iniquitas transeat impiorũ: quæ hoc loco lucis & tenebrarum nomine significata sunt. n ¶Columnæ cœli contremiscunt, & pauent ad nutũ eius.) Stabilitatem ergo solummodo permanentem in natura angelorum, columnarum nomine sentiamus: quia non solum immobiliter in sanctitate perseuerantes sunt: sed etiam æternæ beatitudinis gloria speciosi. Nã de futura immobilitate hominum: ita ait filius dei: Qui vicerit, faciam illum columnam (Apoc.3.c.) in templo

a & pauẽt ad nutũ eius. In fortitudine illiꝰ
b repentè maria cõgregata sunt. Et pruden
c tia eius percussit superbum. Spiritus eius
d ornauit cœlos: & obstetricante manu eiꝰ,
e eductus est coluber tortuosus. Ecce hæc
f ex parte dicta sunt viarum eius. Et cùm
vix paruam stillam sermonis eius audie-
g rimus: quis poterit tonitruum magnitu-
dinis illius intueri?

Caput XXVII.

h Addidit quoq; Iob, assumens parabolam suam, & dixit: Viuit deus,
qui abstulit iudicium meum: & o-
mnipotens qui ad amaritudinem adduxit
i animam meam: quia donec superest hali
tus in me: & spiritus dei in naribus meis:
non lo-

A in templo dei mei. Sed & ipsa ecclesia, quæ est sanctorum omnium congregatio: pro æterna sibi in domino stabilitate, columna & fundamentum dicitur veritatis. Potest & de sanctis angelis ita intelligi: vt pro charitatis suæ ac dilectionis intuitu, columnæ dicantur: eo quod pro salute hominum curam gerãt, pro quibus sunt pio affectu soliciti: quod eis quasi ad pondus cogitationum accedere videtur. Et secundum tropicos intellectus, cœli nomine significari ecclesiam nouerimꝰ, in qua cœlorum mysteria celebrantur. Huius itaq; cœli, id est ecclesiæ columnæ: sunt apostoli: & cæteri q̃ gratia simili sunt, qui portant ac sustinent diuersarum persecutionum ingruentia sibi pericula. Et animę hominum aliquando cœli intelliguntur. Harum animarum quas per metaphoram cœlos diximus: columnæ sunt cogitationes suæ: ipsis quippe anima sustinetur & regitur: & ne erugine peccati nutet ac titubet, consilij stabili- B tate firmatur. Quia hoc sæpius contingit humanæ fragilitati, vt vbi cautio minor intuentiũ est: impulsu peccati columnæ, id est, bonæ cogitationes in parte altera diffigantur. Et idcirco tremunt ac pauent ad nutum minantis dei: suum horrendum iudicium prædicantis. Non enim cogitationes animæ istæ sunt propriæ: tanquam sibi natura inessent: quæ vtiq; in natura existente sunt, & naturæ existentis ministerium, sine quibus natura rationalis non est: quoniam vt dixi, ipsæ per se non sunt: sed motus inuisibiles sunt subsistentis naturæ.

a ¶In fortitudine eiꝰ repẽtè maria cõgregata sunt.) Quod in principio Genesis factum legimus. b ¶Et prudentia eius percussit superbum.) Cui dubiũ est quia principaliter diabolus sit hic superbus: qui tunc primùm à deo percussus est: quãdo eum de sede illa cœlorum beata atq; sublimi deposuit, de qua propheta ait: Tu humiliasti sicut vulneratum superbum. (Psal.88.b.) Spiritualiter, rectè maria hæc, Iudæorum gentem, & nationum populos esse sentimus, quibus dominaturũ verum Salomonem, Dauid propheta ita pronunciat, dicẽs: Et dominabitur à mari vsq; ad mare. (Psal.71.b.) De mari enim: id est de gente Iudæorum cœpit euangelium Christi, quia de Sion exiit lex & peruenit ad mare gentiũ. Hucusq; ergo hæc ma- C ria, populorum fortitudine ac virtute resurrectiõis Christi, apostolorũ euangelistarũmq; ministerio cæterorũmq; prædicta: repentè in vnum ecclesiæ corpus congregata atq; in vnam copulam fidei sunt Christi charitate connexa.

c ¶Spiritus eius ornauit cœlos.) Legimus in principio Geneseos, quarto die à deo stellas positas esse in cœlo, aut in firmamento. Spiritu etiam sancto, rationabiles cœlos ornauit: quos apostolos, & apostolicos viros intelligimus: qui multis scripturarum locis, cœlorum nuncupationem consequũtur, secundum illud prophetæ: Operuit cœlos virtus eius, & prudẽtia eius percussit superbum. (Habac.3.a. 1.Cor.1.d.) Christus dei virtus & dei sapientia percussit superbum diabolum. Hi ergo sancti, à spiritu sancto ita distincti sunt gratiarum donis, tanquam sydereis luminaribus. d ¶Et obstetricante manu eius, eductꝰ est coluber tortuosus.) Sancti ergo adornati verbo dei, tanquam semen populis spargunt. Vnde à timore domini in vtero, spiritum salutis conceperunt: & ita manus, & sapiẽtia patris, Iesus Christus, animabus multiplici virtute fœcundis, dignatione sua à sancto Iob astare perhibetur, vt parturientibus filios venturi seculi: obsequiũ quoddam adhibeat suæ pietatis, easq; in persecutionum doloribus positas consoletur: ministerio quoq; suo inuisibiliter intrinsecus operante: adiuuet parturientes: Quia sine illo, nullus eos bonorum operum, quæ filiorum nomine superius diximus, subsequetur effectꝰ. Ipso igitur charitate misericordiæ suæ qua nos multum dilexit, per hoc ministerium obseruante, & pietate eius D obstetricante, vt animæ sanctæ huiusmodi fœtus edant educitur ab eis: & de cordibus earum excluditur ille, in quo nihil est rectum, coluber tortuosus. e ¶Ecce hæc ex parte dicta sunt viarum eius.) Hæ sunt viæ domini, de quibus ipse saluator per Salomonem ait: cũ de sua natiuitate prædixit: Dominus creauit me in principio viarũ suarũ in opera sua. (Prou.8.c.) Creatus est ergo ipse dominus Iesus Christus per deum patrem: ex Maria virgine: ad ostendendas & manifestandas mandatorum vias, à quibus opus dei: id est, homo aberrauerat. f ¶Et cùm vix paruã stillam sermonis eius audierimus.) Paruã stillam, hominem assumptum intelligamꝰ, qui in psalmo Hermonim mons modicus appellatur. (Psal.41.b.) Et in Daniele lapis excisus: (Dan.2.g.) & fasciculus guttæ in Cantico canticorum. (Cant.1.) g ¶Quis poterit tonitruũ magnitudinis illius intueri?) Hoc dicit: si assumptio formæ serui, E penè ineffabilibus mysteriis cõtinetur, & ad comparationem assumentis dei stilla permodica est: quãto magis, quisq; non poterit tonitruum magnitudinis intueri: id est, ipsam diuinitatem: quæ ideo tonitrui nomine dicta est: quia cùm de excelso fama nominis eius in Christo Iesu filio suo terris insonuit, & hominibus hoc fragore terribili innotuit: nemo tamen eorum poterit totam diuinitatis eius magnitudinem intelligentia contueri: id est, illud: In principio erat verbũ, & verbum erat apud deum, & deus erat verbum. (Ioan.1.a.)

Caput XXVII.

h Addidit quoq; Iob assumens parabolam suam: & dixit: Viuit deus, qui abstulit iudicium meum: &c.) Dum eum innocentem, pœnas iniquorum pati permittit: amaritudinem quoq; animæ eius, miseria præsenti repleuit. Viuit deus, qui abstulit iudicium meum. Secundũ formam serui quam assumpsit, iudicium voluntatis humanæ: & ex persona assumpti hominis dictum est: quo orans dicebat ad patrem: Mi pater, si possibile est transeat à me calix iste. Et ideo iudicium meum dixit: quia in se humani generis infirmitatem, in veritate suscepti hominis demonstrabat. Et omnipotens qui ad amaritudinem adduxit animam meam. Amarum erat poculum mortis: ad quod bibendum saluator no- F ster aduenerat: de ipsius nanq; calicis amaritudine erat, quod ait discipulis suis: Tristis est anima mea vsq; ad mortẽ. (Matt.26.d.) Verbum autem, adduxit, secundum apostolum intelligendũ est: qui de deo patre ita ait: Qui proprio filio suo non pepercit: sed pro nobis omnibus tradidit illum. (Rom.8.f.) Non enim nolens traditus est in mortem. Alio loco de saluatore idem Apostolus dicit: Qui se tradidit pro peccatis nostris. (Rom.4.d.) i ¶Quia donec superest halitus in me: & spiritus dei in naribus meis.) Huc & illud pertinet quod de domino in Esaia scribitur: Quiesce ab homine, cuius spiritus in naribus eius, quia excelsus reputatus est ipse. (Esaiæ.2.d.) Donec autem aduerbium, secundũ hunc intellectum quo de saluatore nostro, seriem intelligentiæ huius texuimus, non ita vt sonat dictum existimemus: tãquam dixerit, quoadusq; est halitus vitæ huius in me: id est, antequam moriar: sed donec, pro semper atq; perpetuò hoc loco dictum esse nouerimus. Sicut ait ipse dominus ad populum per prophetam: Ego sum, ait dominus: & donec senescatis ego sum. Non enim post senectutem hominum deus non erit: cùm eisdem potius senescentibus, deus perpetuò maneat. Ad illud autem quod psalmista ait: Dixit dominus domino meo, sede à dextris meis: Donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum: (Psal.109.) quid dicimus? quod posteaquam inimici subiecti fuerint, Christus non sessurus sit ad dexteram dei patris? & vbi erit illud quod ait angelus: Et regni eius nõ erit finis?

G erit finis? Propter quod donec, in talibus locis, vt dixi, pro perpetuo est intelligendũ. Nec non & illud quod de Ioseph, & beata Maria euangelista ait: Non cognoscebat donec peperit filium. (Matt.1.d.) Quis enim est super veneranda beatæ Mariæ virginitate ita blasphemus: vt hoc saltem audeat cogitare: vt post deum saluatorem, filiũ suum, illa virũ cognouerit? Proinde secundum veritatem fidei catholicæ, donec & hic sicut suprà dictum est, pro semper intelligamus. Ait ergo dominus Iesus: quia semper halitus diuinitatis in me est, quia secũdum id quòd homo sum, & in deo conditus sum & creatus: habeo in me spiritum patris mei, meumq; substantialiter. Sequitur ergo ita dicens: Donec deficiam non recedã ab innocẽtia mea. Quia ergo innocentiam non morum industria acquisiui, sed in ea vt natus sum: ita sum iustus & innocens. a ¶Donec deficiam, nõ recedam ab innocentia mea.)
H Ego enim etiam si in his cruciatibus moriar, non recedam ab innocentia mea, quamvos quasi blasphemum in eis me asseritis perdidisse. b ¶Iustificationem meam quam cœpi tenere non deseram.) Potuit hoc saluator dicere, vt homo in deum assumptus, cuius initium est secũdum carnem ex virgine Maria: peccatum autem hominis, nec nascendo traxit, nec operando contraxit: Et ideo solus veraciter dicit: c ¶Non enim me reprehendit cor meum in omni vita mea.) Hoc loco omnis vita, præsens vita intelligenda est, quo tempore hæc dicebat: tanquam si diceret, Tota nunc conuersatio mea irreprehensibilis est. Non enim reprehendit me cor meum in omni vita mea: id est, malè suadentibus, vt & vos facitis ad blasphemiam hortantibus non cõsensi: quod & vxor vt facerem suadebat. Non enim reprehendit me cor meum in omni vita mea. Sicut impius inimicus meus, & aduersarius meus quasi ini-
I quus. Non enim voto maledicit, sed prophetando prædicit: & secundum meritum loquitur hominum peccatorum: prędicens quid vnusquisq; permanens in peccatis recepturus ab eo sit. Nunc ad eum locum reuertamur. d ¶Quæ est ergo spes hypocritæ si auarè rapiat, & non liberet deus animam eius?) Hypocrita, fictus in amicitia, vel dolosus intelligitur. Quantam vos cupiditatem, & quasi auaritiæ sitim patimini, inquit, in interitu meo: vt me votis iam in tartarum rapiatis? Super hac igitur nephanda voluntate: quam spem veniæ ante deum habebitis, si non acquiescitis deo, vt vos in hac vita emendare curetis. e ¶Nunquid deus clamorem eius audiet: cùm venerit super eum angustia.) In tempore itaq; retributionis, quando impio ventura est angustia: nullum erit remedium peccatoribus: quia preces eorum dominus in die vltionis non suscipiet. f ¶Aut poterit in omnipotente delectari: aut inuocare deum omni tempore?) Is in deo delectari poterit, & inuocare eum, qui sibi bene cõscius rectè præsumit: & qui se talem exhibuerit: vt quolibet tempore mereatur audiri. g ¶Docebo vos per manum dei quæ omnipotens habeat: nec abscondam.) Illa dicit quæ habet deus in manu ac potestate, & in secretis iudiciis suis.
h ¶Si multiplicati fuerint filij eius, in gladio erunt: & nepotes eius non saturabuntur pane.) In filiis & nepotibus, reliquam omnem posteritatem malæ generationis signauit. Ali-

non loquetur labia mea iniquitatem: nec
lingua mea meditabitur mendacium. Ab-
a sit à me, vt iustos vos esse iudicem. Donec
deficiam, non recedam ab innocẽtia mea.
b Iustificationem meam quam cœpi tene-
c re, non deserã. Neq; enim reprehendit me
cor meum in omni vita mea. Sicut impi-
us, inimicus meus: & aduersarius meus,
d quasi iniquus. Quæ est enim spes hypo-
critæ, si auarè rapiat: & non liberet deus
e animã eius? Nunquid deus audiet clamo-
rem eius: cùm venerit super eũ angustia?
f Aut poterit in omnipotente delectari: &
g inuocare deum omni tempore? Docebo
vos per manum dei quæ omnipotens ha
beat, nec abscondam. Ecce vos omnes no
stis: & quid sine causa vana loquimini?
Hæc est pars hominis impij apud deũ: &
hæreditas violẽtorum, quam ab omnipo-
h tẽte suscipient. Si multiplicati fuerint filij
eius, in gladio erunt: & nepotes eius non
i saturabuntur pane. Qui reliqui fuerint ex
eo, sepelientur in interitu: & viduæ illius
k non plorabunt. Si comportauerit quasi
terram argentum: & sicut lutum præpa-
l rauerit vestimenta: præparabit quidẽ, sed
iustus vestietur illis: & argentum inno-
m cens diuidet. Aedificauit sicut tinea do-
mum suam:

K quando in scripturis non solum carnali progenie: verum etiam morum similitudine filij appellantur. i ¶Qui reliqui fuerint ex eo, sepelientur in interitu: & viduæ illius non plorabũt.) Hoc significare mihi videtur: quòd per tempora ad summam egestatem, siue miseriam, proles impij hominis, siue generatio deducenda sit: & viduæ eorum præ nimio instante sibi malo, flere non poterunt.
k ¶Si comportauerit quasi terram argentum: & sicut lutum præparauerit vestimenta.) Insatiabilem cupiditatem ac voraginem quãdam inexplebilis huius impij dicit. l ¶Præparabit quidem, sed iustus vestietur illis: & argentum innocens diuidet.) Et Salomon ait: Qui amplificat diuitias suas cum vsuris abundanti: qui miseretur pauperum congregat eas. (Prou.28.b.)
m ¶Aedificauit sicut tinea domum suam: & sicut custos fecit vmbraculum.) His verbis hoc ait, quòd homo impius frustra laborauerit: quãdoquidem, vel L citò transeuntibus rebus, vel tineis demolientibus, status illius domus comparatur. Aliter: (Alia expositio.) Si comportauerit quasi terram argentum, & sicut lutum præparauerit vestimentum: præparabit quidem, sed iustus vestietur illis, & argentum innocens diuidet. Aedificauit sicut tinea domum suam, & sicut custos fecit vmbraculum. Hic ergo impius, quem diabolum esse superius diximus, in præuaricatione Adæ, preciosos quosq; & claros viros, vt terram & lutum viles constituit: à quibus etiam virtutes & bona naturæ velut vestimenta detraxit: & eorũ aurum, quo diuitiæ mentis significantur. Hi enim diuitiis ad imaginem & similitudinem creatoris sui pulchri facti fuerant, & compositi: qui eas auferendo ab eis, ad summam eos indigentiam vilitatemq; perduxit. His igitur rebus homines comparantur, in Adam vt dixi, seducti à diabolo, quæ in creatura mundi viliora videtur. Sed M iustus dominus, & deus noster, auferendo à diabolo prędicta spolia captiuorum: ipsos quoq; captiuos liberans, quos inimicus in interitum præparauerat: ecclesiam sanctam sibi exhibuit ex eis: mundans eam lauacro aquæ in verbo: atq; eam (Ephes.5.c.) sine macula, & ruga efficiens: id est, puram à peccato & confessione fidei simplicem, precioso induit vestimento. Argentum etiam quo perspicui quiq;, vt iam locutus sum, & clari mundi huius intelliguntur: innocens agnus dei, & immacolatus diuidit: cùm credentes in beatam vitam, & æternam gloriam mittit: & incredulos in perditionem mittit. Siue argentum clara & splendens eloquentia secularis, à mũdo p̃ Christum aufertur: vt credentium facundia, nitenti & puro eloquio, eius euangelium vestitatur: quia quemadmodum animæ hominum virtutum vestibus induuntur: ita & sensus dũ prædicatione euangelizantium enunciantur: quodammodo sermonibus vestiuntur. Aedificauit sicut tinea domum suam & sicut custos fecit vmbraculum. Vt tinea consumit, & demolitur habitaculum suum: ita & diabolus domum perditi populi sui in interitum eius ædificat: qui habitationem sibi temporariam, & paulatim solubilem præparauit, possessurꝰ æterna supplicia. Hic est ergo ille impius hypocrita qui auarè rapit. In non conuertente nulla spes veniæ erit, cùm etiam super hæc, quadam auaritia sæuiente rapiat homines ad interitum. Qui idcirco hypocrita dicitur: quia se transfigurat (2.Cor.11.c.) in angelum

A in angelum lucis: cuius etiam clamorem seræ deprecationis non est dominus auditurus: cùm intra pœnarũ angustias fuerit coartatus. In deo quoq; non erit ei de bono conscientiæ aliqua delectationis fiducia: sed nec in laudem confessionis eum poterit prouocare, qui in similitudinem innumerabiliũ filiorum suorum diuina sententia dei gladio ferietur. Nepotes etiam in quibus illi intelliguntur qui ab illis seducuntur quos prius diabolus ipse deceperat: nepotes, inquam, eius nõ saturabuntur pane, visionis dei vtiq; famem inopiamq; passuri. Quia omnes sancti contemplãtes deum, reficiendi ab eo sunt & pascendi: quo nunc angeli saturantur. Reliquias quoq; diaboli, extremam generationem eius intelligere possumus: quæ similiter, vt ipse diabolꝰ, & filij ac nepotes eius, cũ toto corpore populi sui in interitum sepelientur. Illæ quoq; viduæ: id est animæ quas vitiis suis, & illece-
B bris voluptatũ diabolus eneruauerat: mollesq; reddiderat, vt omnem fortitudinem & virilitatem amitterent: nulla correctione ac satisfactione deflebũt: vt saltem aliquando resipiscãt ad deum: quem tanquam virum amiserant, vitiis velut adulteris cohærendo. a ¶Diues cùm dormierit, nihil secum auferet: aperiet oculos suos, & nihil inueniet.) Multis modis diues intelligitur in scripturis diuinis. Est diues facultatibus terrenis: sed si confidit in ipsis diuitiis, cadet. Hic ergo diues cùm in somno mortis fuerit, nihil de suis facultatibus secum feret: quoniam nudus venit nascendo: nudꝰ reuertitur in terram moriendo. Hic in resurrectione aperiet oculos suos, & nullum meritum boni operis inueniet. Iudæorum quoq; populus, propter innumerabilia diuina beneficia: prophetarum quoq; oracula, siue promissiones plurimas, & dei ipsius frequẽs alloquium, diues est dictus. (Lucæ.6.d.) Vnde eisdem Iudæis ait dominus in euangelio: Væ vobis diuitibus. Superbi quoq;, non habentes spiritus paupertatem, diuites appellantur. Philosophi etiam, habentes facundiam & scientiam mundialem, diuites nuncupantur. Hi cùm in die resurrectionis fuerint suscitati: nihil remedij quo saluẽtur inuenient. Hæreticus etiã
C quisq; diues dici potest: quoniam multa imò omnia de sanctæ ecclesiæ remunerationibus se habere præsumit: remissionem peccatorum: significationem spiritus: pignus etiam dominici corporis: & hæreditatem cũ sanctis angelis regni cœlestis. Hi ergo omnes siue quia crucis scandalum patiuntur: siue præsumptione cordis sui, vt in errore ambulent, veritatis tramitem reliquerunt. Siue quia obscuratum habentes intellectum, proprium liberæ volũtatis arbitrium: in infidelitate perdurant. Vel quia abominabiles facti sunt: exaltantes cor suum post somnium mortis: in resurrectione aperient oculos suos, & nihil inuenient. b ¶Apprehendet eũ quasi aqua inopia: nocte opprimet eum tempestas.) Subitam egestatem prædictis diuitibus, velut aquam superuenturam significat: qui miseria, & inopinata sibi angustia, quæ tempestatis nomine dicta est, nocte: id est, repentè dum nesciũt opprimentur: (1.Thess.5.a.) iuxta illud apostoli: Cùm dixerint pax & securitas, tunc repentinus eis superueniet interitus. c ¶Tollet eum ventus vrens &c.) Venti nomine, sententiam dixit, qua velut puluis quisq; eorum proiicietur à facie terræ. Et ventus hic diuinæ sententiæ vrens dicitur: eo quòd ad gehennæ vredinem ducit, siue compellit. d ¶Emittet super eum, & non parcet.) Ventus vtiq; sententiæ dei, siue ipse deus p̃ sententiam iustitiæ suæ, mittet super eum pœnas: id est, meritũ facinorum suorum suscipiet. Non enim parcet, cùm reddet ei secundum opera sua. e ¶De manu eius fugiens fugiet.)

mum suã: & sicut custos fecit vmbraculũ.
a Diues cùm dormierit, nihil secũ auferet:
aperiet oculos suos, & nihil inueniet. Ap
b prehendet eum quasi aqua inopia: nocte
c opprimet eũ tempestas. Tollet eũ ventus
vrẽs, & auferet: & velut turbo rapiet eum
d de loco suo. Emittet super eum, & nõ par-
e cet: de manu eius fugiens fugiet. Strin-
f get super eum manus suas: & sibilabit super illum, intuens locum eius.

Caput XXVIII.

g HAbet argentum venarum suarum principia: & auro locus est in quo conflatur. Ferrum de terra tollitur: & lapis, solutus calore, in æs vertitur.
h Tempus posuit tenebris: & vniuersorum
i finem ipse considerat. Lapidem quoq; ca-
k liginis & vmbram mortis diuidit torrens
à populo peregrinante: eos quos oblitus
est pes

D Et non tenebitur, inquit, manu dei vt saluetur, de qua velut fugæ modo, veloci lapsu in ruinam decidet. Quod autẽ ait, fugiens fugiet: siue vt alij dixerunt, fuga fugiet: pereũtem in perpetuum peccatorem significat: quia nunquam fit reuocãdus ad vitam: & illic ei pœnitẽtiæ locus non erit. f ¶Stringet super eum manus suas &c.) Alij dixerunt, planget super eũ manibus suis: & trahet eum de loco suo. Nutibus quibusdã corporum humanorum, censuram indignantis dei, & contra peccatorem diuitem irascentis, hoc sermone describit: vbi & iã quasi sibilãs indicet quàm atrox illi pœnarum locus reseruetur. Ad talem locum & Iudas Iscarioth abiit.

Caput XXVIII.

g HAbet argentum venarum suarum pricipia? & auro locus est &c.) Videtur mihi quod per ęnigma & parabolam: sub horum nominibus metallorum, mores hominum, & virtutes animorum describat: minimè ordinis obseruãtiam, prophetarum more, custodiens. E Argenti verò, & auri vocabulum, secundum authoritatem scripturarũ, verbi eloquiũ, & sensus animi indicare voluit. Hæc differentes nos ita dicamus: Habet argentum venarum suarum principia: & auro locus est in quo conflatur: Venæ argenti: id est, initium eloquij ab animę sensibus oritur: sensus verò aureus, rationis ac sapientiæ iudicio fabricatur, & vt sit optimus, ab igne diuinæ examinationis probatione conflatur. Fortitudo verò quæ ferri nomine appellatur, est qua terram: id est, carnis nostræ malitiam in nobis tollimus: aduersum eam contra nos militantem, & contra legem spiritus conuersantem, rigore animi, & virtute repugnemus. Lapidis quoq; nomine cordis figuratur duricies: quæ per calorem & feruorem fidei resoluta mollescit: vt primùm possit in se verba scribentis recipere. Deinde velut in æs quod canorum est, meritò sanctitatis proficiens, ad laudes & gratias deo offerendas, fidei soliditate perueniet. h ¶Tempus posuit tenebris &c.) In scripturis diuinis, peccatores homines, dæmones & ignorantiæ atq; tribulationes siue peccata: pro modo, & locis tenebrę nuncupantur. i ¶Lapidem quoq; caliginis, & vmbram mortis.) F
Hunc lapidem metaphoricè diabolum hoc loco intelligere possumus: qui propter errores suos quibus totum mundum inuoluerat, lapis caliginis dictus est. Qui cùm fortis & potẽs sit, per naturam qua est à deo conditus: confidens per superbiam in virtute sua, & non in domino, & deo creatore suo, amiserit sapientiæ lumen: conuersus in stultitiam & tenebras & idcirco lapis caliginis dici potuit: secundum illud: Stultus in tenebris ambulat. (Eccl.2.b.) Sicut ergo lapis caliginis diabolus nominatur: ita & vmbra mortis dicitur: Quoniam hi qui se ab eo defendi ac protegi putant: æternis vt ipse diabolus gehennæ ignibus mancipandi sunt. k ¶Diuidit torrens à populo peregrinante, eos quos oblitus est pes egentis hominis, & inuios.) Hoc dicit, inuios: id est, errantes & illos quos oblitus est pes egentis hominis, separabit torrens à populo peregrinante: eo quod oblitus eorum sit gressus. Siue præsens conuersatio egentis hominis pedis nomine significata est. Oblitus est dixit, pro eo quod præmissus egens, non est deum pro huiusmodi deprecatus: cùm tamen eleemosyna deum precetur: id est, ipsum opus bonum quod homo fecerit, quadam manifestatione sui loquatur ad deum. Hoc ergo dicit sanctus Iob: quòd inuios sine via veræ religionis viuentes: & qui misericordiam pauperibus, quod est Christi fratribus non fecerunt, torrens ignis separet: simul & à sanctorum consortio diuidet. Siue hic egenus propriè saluator noster intel-

Gster intelligitur,qui propter nos egenus,& pauper factus est
2.Cor.8.b. cùm dives esset.In pede quoq; eius:dispensationem,vel assumentis hominem: vel mundum ingredientis aduerte. Vnde
Abacuc.3.c propheta ait:Existi in salutem populi tui.Hi ergo qui dispẽsationem salutis suæ in euangelio non receperunt, obliuioni dati sunt:qui credere per duritiam propriæ voluntatis noluerunt. Et idcirco inuij dicti
Ioan.14. sunt:quia Christum,qui est via, non receperunt. a ¶ Terra de qua oriebatur panis in loco suo,igni subuersa est.) Diuersas res & obscuras connexit:vt cum superioribus inferiora nõ hæreant.Proinde mihi videtur: quia hoc loco terram Sodomorum describat, cuius abundantiam,& amœnitatem cum admiratione collaudet. Terra de qua oriebatur panis in loco suo,igni subuersa est. Hæc terra potest & Iudæa intelligi:in qua panis legis dei,p doctrinam prophetarum populis nascebatur, qua amore dei per fidem Christi carnalis legis intelligentia subuersa est: & in rectos tramites,& spirituales sensus constituta:vt iam occidentẽ literam non sequatur. b ¶Locus sapphyri lapides
H eius,&c.) Per metaphoram dicit:quòd in Sodomis vberrima fuerint omnia & optima:quæ etiam auro & preciosis lapidi
Esaiæ.54.c. bus cõparentur.Locus sapphyri lapides eius.Sic dicit eius dominus per prophetam: Ecce ego sternam per ordinem lapides tuos.& fundabo te in sapphyris:& reliqua.Hoc enim decore pretiosorum lapidum:id est,omnium Christo credentium per deum patrem,tunc adornata est Iudæa:quando gẽtium populus ei per fidem Christi est copulatus.Locus sapphyri lapides eius,& glebæ illius aurum.Lapides pretiosi, & aurum non in optima terra,sed in remotis,& squalidis inueniri dicuntur.Igitur secundum hunc modum Iudæa sterilis fide,& infœcũda virtutibus:habuit in se hos lapides pretiosos:id est,patriarchas,& prophetas,& omnem sanctorũ multitudinem.Locus sapphyri lapides eius:& glebæ eius aurũ. Glebas sanctæ terræ ecclesiæ: sanctos eius propter fœcunditatem bonorum operum appellauit:quos etiam & propter gratiarum diuisiones,glebas sanctus spiritus voluit nuncupare:quò auri merito censerentur:in quarum occultis venis tanquam animarum seminibus,sensus magni preciosiq; nascantur. c ¶Semitam,ignorauit auis.) Exitus plurimos in eadem regione multitudo habitatorum fecerat:& ideo forsan dixit quòd auibus præ frequenti hominum copia semitas intuendi,vel facultas illic respondendi incedendive non
I fuerit. d ¶Nec intuitus est eam oculus vulturis.) Quia tã condensis frutetis & contiguis arboribus consita erat:vt eã aues desuper volantes depascere non possent.Semitam ignorauit auis.Nec intuitus est eam oculꝰ vulturis. Auem & vulturem,ipsum diabolum cum suis possumus dicere:qui semitam spiritualis intelligẽtiæ in lege & prophetis:hoc est,quę in Iudæam occultè prædicebantur,nosse minimè potuerũt. Nec intueri aliquo vestigio scientiæ valuerunt,à seculis dispensationis futuræ abscondita sacramenta.De quibꝰ ait Apostolus: Dei sapientiam loquimur in mysterio,quæ abscondita est:quam nemo principum huius seculi cognouit. Semitam ignorauit auis:nec intuitus est eam oculus vulturis.Post sunt hic duo populi intelligi non absurdè:id est,Iudæorum & gentium. Carnalis ergo Iudæa fidem in Christo non habens:sed potius legis operibus viuens:eundem Christũ pro nobis factum semitam,siue viam,qua reditur ad patriam, vt incredulus ignorauit:propter elationem suam,qua se putabat legis operibus posse iustificari.Auis dicta est:leuis vtiq; & vaga:atq; in ipsis operibus legis instabilis. Vulturi verò gentium populus ideo assimilari videtur:quoniam per erro
res mortuorum hominum discurrebat:& rebus mortuis pascebatur.Hi ergo Christum legis litera obtectum,& terram repromissionis per Christum futuram,opacitatis significationum vmbraculis non poterunt omnino perspicere.Semitam ignorauit auis:nec intuitus est eam oculus vulturis.Sub his nominibus,auri & vulturis,inimicos ecclesiæ intelliga-

a est pes egentis hominis & inuios. Terrã de qua oriebatur panis in loco suo, igni
b subuersa est. Locus sapphyri lapides eiꝰ:
c & glebæ illiꝰ aurum. Semitãm ignorauit
d auis:nec intuitꝰ est eam oculus vulturis.
e Non calcauerũt eam filij institorum:nec
g pertransiuit per eã leæna. Ad silicẽm extendit

mus,qui tenebris obscuratum habentes intellectum:nescierunt semitam vocationis eius,qua ad deum ambulans per fidem reuertitur.Quisq; diuersis erroribus mortuorum hominum rapti:quasi volare arbitrandi sunt. e ¶Non calcauerunt &c.) Hoc ait:quòd ita fuerit terra Sodomorũ omnibꝰ bonis referta:vt nullius patriæ eguerit mercimoniis.Non calcauerunt eam filij institorũ.Institores siue negociatores prædicti intelliguntur. Nam negociatores sunt mali & superbi:q; etiam ad ipsum diabolum pertinet:qui superbiã delictũ maximum adinuenit. Et negociator propter multitudinẽ peccatorũ appellatus est,quæ siue ad seipsum,siue ad perdendũ hominẽ exquisiuit.Isti igitur promissionis terram quæ mansuetis,& corde humilibus reseruatur,vt in ea habitent, calcare non poterunt:quia nec quasi incolæ,per eam transeũdi habebũt licentiã.Item aliter.Hæc igitur Iudæa,cui hîc panis doctri
næ ministrantibus prophetis,& sacerdotibꝰ præbebatur in loco suo:suo vtiq;,& non deinceps:id est in loco delectationis suę:
L vbi voluptatibus atq; illecebris conflagrabat,ignevitiorum Oseæ.7.a.
suorum ardẽs subuersa est sicut dicit propheta:Omnes adulterantes,sicut clibanus corda eorum:& in psalmo de ea dicit Psal.79 c.
tur:Incensa igni & suffossa manu operis sui extirpata omnino & effossa est.Licèt possit ignis iste etiã super vltione peccatorum intelligi:sicut dicit Apostolus:Terra quæ spinas, Heb.6.b
& tribulos profert,reproba est,& maledicto proxima:cuius consummatio in combustionem:De quo igne ire ait Dauid: Psal.77.g.
Iuuenes eorum comedit ignis.Non calcauerunt eam filij institorum.Filij institorum,apostolorum discipuli,& apostoli
ci viri intelligendi sunt,qui gentibus euangelium prædicauerunt.Hi igitur Iudæam,terram videlicet infidelium:vt ei
annunciarent euangelium,non calcauerunt. De quibus dicit Act.13.g.
tur in Actibus apostolorum: Vobis oportuerat primùm verbum dei loqui:sed quia indignos vos iudicastis æternæ vitę ecce conuertimur ad gentes.Sic itaq; factum est istis euangelizantibus verbum:vt mons Christus in mare gentium transplantaretur.Vnde & in psalmo ait:Et transferentur montes Psal.45.a.
in cor maris:id est,vel prophetarum,vel euangelistarũ oracula,ad credituros gentium populos transferentur,Non calcauerunt eam filij institorum.Hi institores siue negociatores reprobi sunt & laude indigni:q; peccata peccatis, velut Apoc.18.d.
diuitias sibi congregant:de quibus ait Apocalypsis:Omnia clara & pinguia perierunt à te.Hi igitur negociatores circa
M diuitias peccatorum,non calcabunt ecclesiam:id est,non habitabunt in ea:quia sanctam eam,& immaculatam dominus possidebit. f ¶Nec pertransiuit per eam leæna.) Ob frequentiam innumerabilium populorum in Sodomis habitantium,bestiæ per mediam regionis illius transire non poterant.Nec pertransiuit per eam leæna. Leæna potest diaboli dominatio sentiri,siue superbia Iudæorum.Quod autem dicit,non pertransiuit:hoc ait,non recessit à Iudæa, sed ibidẽ infidelis superbia permansit.Aliter potest & de ecclesia intelligi.In illa vtiq; gloria virtutum suarum in loco necessario redemptionis suæ:in quo per fidem stat:igne subuersa est:illo vtiq;,igne de quo ipse dominus ait:Ignem veni mittere in
terram.Hoc igitur igne ecclesia:id est,terra sanctorũ, amo- Lucæ.12.f.
ris dei desiderio flagrans,subuertitur : vt eam carnalis concupiscentia non possideat.Hoc igitur modo subuertitur: vt
in terra carnis suæ viuens:carnis in cavitia moriantur:vt ait
Apostolꝰ.Qui enim sunt Christi,carnem suam crucifixerũt Gala.5.d.
cum vitiis & concupiscentiis.Nec pertrãsiuit per eã leæna. Siue leo,vt alij dixerunt,Leo hic non absurdè diabolus intelligitur:qui per sanctæ ecclesiæ terram transire non potuit, eo quod grauibus persecutionibus eam vincere non valuerit. g ¶Ad silicem extendit manum suam.)Videtur mihi sanctus Iob aliud ænigma protulisse:& propter soliditatem suam & fortitudinem.Christum secundum hominem, quem assumpsit,silicem posse significari:qui etiam petra & lapis, prophetis & apostolis dictus est. Deus ergo pater extendit ad silicem

A ad silicem manum suam:id est, filium suum: per quem vniuersa condidit:quem etiam dexteram & brachium vocat, &
Gala.4.a. ad suscipiendum hominem misit: vt Apostolus dixit : Deus filium suum misit in similitudine carnis peccati. Et idcirco in extensione manus,dei patris & filij eius ad nos aduentum significari nouerimus : vt per eum sicut sequitur: a ¶Subuerteret à radicibus montes.) Quos per metaphoram dæmones siue homines superbos esse rectè sentimus : quia principatus & potestates palàm triumphauit in semetipso. b ¶ In petris riuos excidit.) Duris scilicet præcordiis gentium, & nimia infidelitate constrictis : abundantiam gratiarum suarum largitus est : & velut riuos aquæ fluentes , vberem copiam doctrinarum tribuit . Hoc ipsum distribuisse intelligitur:
1.Cor.12.a. quod scidisse memoratur : sicut ait Apostolus. Alij enim per spiritum datur sermo sapientiæ:alij sermo scientiæ . Alij
B dixerunt: Ripas fluminum disrupit : vt illam doctrinam spiritualem legis & prophetarum de qua Esaias ait:Qui sitistis,ite
Esaiæ.55.a. ad aquam,quæ in vna gente tanquam intra quasdam angustias defluebat : quæ etiam Moysaicæ legis præceptis velut quibusdam , quasi riparum obicibus claudebatur.Huiusmodi disruptis obstaculis : quasi de alueo legis super omnem terram euangelio abundante diffudit. Aliter possumus hanc terram ecclesiam dicere. Vnde ait
Esaiæ.18.d. propheta: Fluminibus scindetur terra. Scindi verò eam atq; disrumpi eo modo nouerimus , quando se ad suscipiendum verbum dei,capabilem præbet : Hanc quoq; quandam adapertionem capacitatis quæ fit per obedientiam terræ rationem habentis:eorundem fluminum impetus operantur.
c ¶Et omne pretiosum vidit oculus eius.) Eductis igitur riuis gratiarum dei,vidit deus quàm immensa & innumerabilia pietatis suæ beneficia. Vidit autem dixit:eo quòd ante cõ
C spectum eius adimpletio siue effectus suæ voluntatis, astiterit in ecclesia sua. d ¶Profunda quoq; fluuiorum scrutatus est &c.) Hos igitur fluuios non absurdè singulos libros veteris instrumenti esse sentimus:in quorum magnis latibulis abscondita erant ecclesiæ sacramenta:quæ in tẽpore salvatoris deus pater scrutatus sit:ad impletionem eorũ omnia quæ prædicta sunt manifestans:Siue quia fluuiorũ nomine, populorum multitudines aliquando intelliguntur: quemadmodum Nahum propheta ait:Portæ fluuiorum apertę sunt:
Nahũ.2.b. Profunda fluuiorum hoc loco,secreta conscientię hominum aduertamus:quorum scrutator,& cognitor deus est:qui in die iudicij producendo omnia secreta cordium , reddet vnicuiq; secundum opera sua. e ¶Sapientia verò vbi inuenitur,&c.) Quòd hoc quasi inquirens ait,difficilẽ rem & quæ vix inuenitur,voluit indicare:imò quæ nisi à deo demonstrãte,nec inueniri posset ab homine,nec haberi : Quod & ipse Iob in subsequentibus declarauit,ita dicens: Et dixit homini,vtiq; deus:Ecce timor domini ipsa est sapientia , & recedere à malo intelligentia. f ¶Nescit homo precium eiꝰ.) Hæc dicendo,inæstimabilem esse sapientiam timoris dei significauit. g ¶Nec inuenietur in &c.) Hanc igitur sapientiam timoris dei non habet quispiam:nisi carnem suã crucifixerit cum vitiis & concupiscentiis,nisi vixerit vt Paulus
Gala.5.d. apostolus & omnes sancti:in tribulationibus , persecutionibus,angustiis & pressuris.Et ideo suauiter dicti sunt viuere illi:qui nullo iugo disciplinæ tenentur : & effrenes ac præcipites,in labem prorumpunt vitiorum. h ¶Abyssus discit,non est in me &c.) Abyssum hoc loco infernum intelli- D
Rom.10.b gamus:sicut dicit Apostolus: Aut quis descẽdit in abyssum? Et mare hoc seculum:vt psalmista canente cognouimꝰ:Hoc
Psal.103.c. mare magnum & spaciosum. Infernus ergo & hic mundus sapientiam timoris dei,se non habere testantur . Loca dicit loqui : pro his qui in locis , vel mundi,vel inferorum sunt.Hic de illis loquitur:qui carnali cõuersatione mundi illecebris possidẽtur: hæc dictio prosopopœ Prosopo-
poeia. sa appellatur, vbi persona loquentis cùm loqui non possit,assumitur:& quod continet, pro eo quod continetur. Continet quidem hic mundus , vel infernus : Continetur autem homo. Hanc ergo sapientiam non habet mare mundi istius,præter solam ecclesiam:quæ propter sęvientium fluctus inimicorũ, insula dicit in scripturis , quèadmodum & nauicula per figurã Matt.8.c. & 14.b.c.
in euangelio nominat. i ¶Nõ dabitur aurum &c.) Hoc ait, quòd nulla res quãuis preciosa sit,possit huic sapientiæ comparari. Siue quia aurum in scripturis,vel argentũ,tropicus sensus & sermo intelligitur,hoc dicit,sapientiam istam nullus pro merito sentire posset,aut eloq. k ¶Non conferet tinctis &c.) E
Diuersis rebus & preciosis,hęc sapiẽtia diuina præfertur.Hoc tamen sciendum quòd maximè in meridiano climate:hæc metalla preciosa nascantur. Et quia in India omnes idolorum cultores significantur : in qua colores vt dixi preciosi , vel nascuntur vel fiunt:id puto posse intelligi: quia in gentibus vbi timor veri dei non est:fucata & quodammodo terrena religio sit:quæ sub prætextu nominis dei in errorum mendacio:diuerso ac vario sermonum colore velut pictura componitur,& quasi lapis pretiosus eloquio splendeat, siue nomine fulgeat deitatis:& India siue etiam Aethiopia,nigredinem,vel tenebras peccatorum significant:quę specialiter in idolorum cultoris habentur. l ¶Non adæquabitur ei aurum vel vitrum:&c.) Aurum vel vitrum,& etiam vasa auri, preciosi quiq; & clari intelliguntur:qui in hoc seculo nomine dignitatis , & diuitiarum gloria splendent : hi vtiq; non F
habentes veræ religionis timorem , pro nihili habebuntur: eo quòd non possunt velut pro merito gloriæ suæ, ad commutationem sapientiæ singularis accedere. m ¶Excelsa & eminentia:nec commemorabuntur in comparatione eius.) Etiam si excelsa sint,& plurimum eminentia quæcunq; in creaturis sunt:vt sunt etiam angelicæ potestates: minima omnino,imò potius indigna memoria erunt:in comparatione illius:quæ facit omnem creaturam rationalem deo placere,eiq; sancto amore coniungi. Et ideo præfertur illis eminentibus excelsis,timoris huiusmodi sapientia: quia sine illa nihil sunt ante deum : sicut & ipse diabolus qui amisso timore diuinæ reuerentiæ , perdidit semetipsum.
n ¶Trahitur autem sapientia de occultis.) Hæc igitur aliunde non potest nisi de supernis assumi : siue de intimis cordis affectibus , dono sancti spiritus trahitur , vt propheta ait : Os meum aperui,& attraxi spiritum: vt videlicet sapiat homo deum & timeat:ac recedere à malo intelligat. Psal.118.r.
o ¶Non adæquabitur ei topazius de Aethiopia : nec tincturæ mundissimæ componentur.) Diuersis modis & diuersis nominibus auri,ac supellectilis preciosæ,sanctus Iob dicit , quòd timor domini non possit eis vllo modo comparari. p ¶Vnde ergo sapientia venit : & quis est locus intelligentiæ.) Interrogans requirit & dicit : quòd omnis creatura ,vel maximè sapientiam hanc ignoret.

¶Abscondita

G a ¶Abscondita est ab oculis omnium viuentium &c.) Viuẽtium mundo intelligendum est, de quibus superius ait, cùm de hac sapientia loqueretur: nec inuenitur in terra suauiter viuentium. Quod autem dixit, quia hæc sapientia volucres cœli lateret, superbi & leues, siue qui altũ sapiũt, quod ad tumorem arrogantiæ pertinet, intelligendi sunt: siue spiritus malitiqui secundum parabolam euangelij, iactum semen dominicum iuxta viam comedũt. Marc. 4. & Luc. 8. a. Hos igitur latere ait bonum timoris dei. b ¶Perditio & mors dixerunt, Auribus nostris audiuimus famam eius.) Potest vtroq; hoc nomine diabolus dici: siue ille mors appellari potest, vt sui satellites perditio nũcupẽtur. Hi ergo dixerũt, quòd famam timoris dei audierint: nõ enim negare possunt, quia non audierint illam: cùm in naturæ suę bono inditã perceperit: sed per inobedientiæ malum, eã habere noluerunt. c ¶Deus intelligit viam eius, & ipse nouit locũ illius.) Pro certo scit deus, quòd hęc sapientia properet ad locum vtiq; quietis & perpetuę pacis: vbi per hanc ipsam sapiẽtiam timoris sui, super quietum & humilem, & trementẽ sermones suos requiescere delectet. Esaiæ. 66. a Siue deus intelligit viam eius: quæ prædicatione euãgelij per omnes terras prolata est. Vade & sequitur de deo dicens:

d ¶Ipse enim fines mundi intuetur, & omnia quæ sub cœlo sunt respicit.) Quis enim ambigit, deum nosse etiam ea quæ futura sunt? sed hic potius deus cognitor futurorũ illud inspexit, quod postea dixit eius Apostolus: Cùm autem venit plenitudo temporis, misit deus filium suũ. Gala. 4. a. Hoc igitur modo, aduentu suo nos visitando, fines mundi intuitus est. In his, inquam, temporibus nostris, in quos seculorum fines deuenerunt. 1. Cor. 10. e ¶Qui fecit ventis pondus &c.) Manifestum est, quia omnis creatura in manu & virtute potentiæ illius teneatur. Aliter: Ipsas gratias spiritꝰ sancti, quasi in ipso initio per apostolos accepit ecclesia: quando factus est de cœlo sonitus tanquam aduenientis spiritus vehementis. Ventos siue spiritus scriptura commemorat, quos deus largiendo de arcanis secretorum cœlestium prolaturus hominibus est: secundum prophetam dicentem: Qui producit ventos de thesauris suis. Act. 2. a. Aliquando hæ diuersitates gratiarum, spiritꝰ sancti censentur nomine, dantis has gratias, secundum illud Psal. 134. b. apostoli: Spiritus prophetarum subiecti sunt prophetis: qui etiam propter operationem, & effectum diuinæ sanctificationis suæ, pondus habere dicuntur: vt secundum vnius cuiusq; vires prædicatores verbi dei, aliis lac darent, aliis solidũ cibum porrigerent: vbi dicerent, vel quibus dicerent. 1. Cor. 14. f. Inde ait propheta: Dabo vobis imbrem matutinum, & serotinum: hoc est, nouum & vetus testamentum. Ezech. 34. f

f ¶Tunc vidit illam & enarrauit, & præparauit, & inuestigauit.) Id est, in ecclesia sua, deus futuram hanc sapiẽtiam antè prænouit: quòd totus mundus timorem illius habiturus esset. g ¶Ecce timor domini, ipsa est sapientia: & recedere à malo, intelligẽtia.) Alter timor est: ne quisquam deum offendat. Alter vero si offenderit. Ille prior sanctus & laudabilis: iste alius non habens charitatem, sed pœnam. Prouide de hoc prædicabili timore dicit psalmista: Timor domini sanctus permanens in seculum seculi. Psal. 18. c. De alio timore loquitur euangelista Ioannes in epistola sua dicens: Timor non est in charitate, sed perfecta charitas foras mittit timorẽ. Qui timor vtiq; pœnam habet, quia dilectionis meritũ nõ habet. 1. Ioã. 4. d.

a Abscondita est ab oculis omnium viuentium: volucres quoq; cœli latet. Perditio h
b & mors dixerunt, auribus nostris audiuimus famam eius. Deus intelligit viam e-
c ius: & ipse nouit locum illius. Ipse enim fines mundi intuetur: & omnia quæ sub
d cœlo sunt, respicit. Qui fecit ventis pondus: & aquas appendit in mensura. Quã-
e do ponebat pluuiis legem, & viam procel
f lis sonantibus: tunc vidit illam & enarra
uit, & præparauit & inuestigauit, & dixit
g homini: Ecce timor domini, ipsa est sapientia: & recedere à malo, intelligentia.

Caput XXIX.

h Addidit quoq; Iob assumens parabolam suam, & dixit: Quis mihi tribuat vt sim iuxta mẽses pristinos, secundum dies quibus deus custo-
i diebat me? Quando splendebat lucerna
k eius super caput meum: & ad lumen eius
l ambulabam in tenebris. Sicut fui in die-
m bus adolescentiæ meæ: & quando secreto
n deus erat in tabernaculo meo. Quando
erat omnipotens mecum: & in circumitu
o meo pueri mei. Quando lauabam pedes
p meos butyro: & petra fundebat mihi ri-
q uos olei. Quãdo procedebam ad portam
ciuitatis: & in platea parabat cathedram
r mihi. Videbant me iuuenes & absconde-
bantur: & senes assurgẽtes stabant. Principes cessabãt loqui: & digitum superponebant ori suo. Vocem suam cohibebant
duces: & lingua eorum gutturi suo adhę-
s rebat. Auris audiens beatificabat me: & oculus videns testimonium reddebat mihi, eo quod liberassem pauperem vociferantem: & pupillum cui nõ esset adiutor. Benedictiõ perituri super me veniebat: & cor viduæ consolatus sum. Iustitia indutus sum: & vestiui me sicut vestimento, & diademate iudicio meo. Oculus fui cæco: & pes claudo. Pater eram pauperum: & causam quam nesciebam, diligẽtissime inuestigabam. Cõterebãm molas iniqui: & dẽtibus illius auferebam prædam. Dicebãmq; : in nidulo meo moriar, & sicut palma multiplicabo dies. Rãdix mea aperta est secus aquas, & ros morabitur in messione mea. Gloria mea semper innouabitur: & arcꝰ meꝰ in manu mea instaurabitur. Qui me audiebant, expectabant sententiã: & intenti tacebant ad cõsilium meũ. Verbis meis addere nihil audebant: & super illos stillabat eloquium meum. Expectabãnt me sicut pluuiam: & os suũ aperiebant quasi ad imbrem serotinum. Si quandò ridebã ad eos, non credebant: & lũx vultus mei non cadebat in terram. Si võluissem ire ad eos, sedebam primus. Cũq; sederem quasi rex circũstante exercitu: eram tamen mœrentium cõsolator.

Caput XXX.

Nunc autẽm deridẽt me iuniores tempore: quorũm non dignabar patres ponere cum canibus gregis mei. Quorũm virtus manuum mihi erat pro nihilo: & vita ipsa putabantur indigni. Egestate & fame steriles, qui rõdebãt in solitudine: squalentes calamitate & miseria. Et manducabãt herbas & arborum cortices: & radix iuniperorum erat cibus eorum. Qui de conuallibus ista rapientes, cùm singula reperissẽt, ad ea cum clamore currebant. In dẽsertis habitabant torrentiũ: & in cauernis terræ, vel super gleam. Qui inter huiuscemodi lætabantur: & ẽsse sub sentibus delitias computabant. Filij stultõrum & ignobilium: & in terra penitus non parentes. Nunc in eorum canticum versus sum: & factus sum eis in prouerbium. Abominantur me, & longè fugiunt à me: & faciem meam conspuere non verẽtur. Phãretram enim suã aperuit, & afflixit me: & frenum posuit in os meum. Pharetram exist imo

A uersatio eius: quam fama referebat. a ¶Benedictio perituri super me veniebat: & cor viduæ consolatus sum.) Pupillus, pauper & vidua: omne genus humilium atq; afflictorum significat: quorum nullum sanctus Iob præterit, vel despexit. b ¶Iustitia indutus sum: &c.) Iustitia, iudiciũ rectũ, misericordia, hæc erant animæ illius indumenta. c ¶Oculus fui cæco, & pes claudo.) Affectus pietatis eius atq; misericordię, in his sermonibus demõstratur: siue erranti ignorantiæ tenebris lumen præbui veritatis: & claudicanti in viis domini, rectæ viæ itinera demõstraui. d ¶Pater eram pauperũ &c.) Negocia causasq; pauperũ contra potentes suscipiẽdo: defensor eorum factus erat, & iudex. Et idcirco ne aliqua aduersantium parte opprimerentur, retectis eorum fraudibꝰ eas inuestigare dicebat. e ¶Conterebam molas iniqui: & dentibus illius auferebam prædam.)

B Hic velut rapacem bestiam, & violẽtam, hominẽ iniquum describit: de cuius ore, substantiã pauperũ vi abstulerit. f ¶Dicebamq; : in nidulo meo moriar &c.) Nidus eius, exterior homo eius intelligẽdus est: qui de fœno carnis illius cõpositus à deo fuerat, & cõstrictus. Omnis enim caro fœnum. In hoc igitur nido semper se mori sub testificatiõe dicebat: dum vitiis mũdi, & eius concupiscentiis non viuebat: & ob hoc in resurrectione, velut palma, multiplices dies, & æternos habebit. g ¶Radix mea aperta est secus aquas: & rosmo rabitur in messione mea.) Spes mea, & fides quę ex hac expectatione mea sunt, patent ad diuina eloquia, quarũ consolatione ne in infidelitate mentis meę viror arescat infunditur. h ¶Gloria mea semper innouabitur, &
C arcus meus in manu mea instaurabitur.) Gloria mea & cætera potest in virtutibus crescentis bonæ conscientiæ, fructus & nouus semper profectus intelligi. In arcu verò resistentis ac repugnantis, vigorem significari existimo: qui in manu sancti operis contra obuios quosq; & hostiles vitiorum impetus præparetur. Sicut ait Dauid in psalmo: Psal. 17. b. Et posuisti vt arcum æreũ brachia mea: quod est, fecisti infatigabilem intentionem bonorum operũ meorum. i ¶Verbis meis addere nihil audebant, & super illos stillabat eloquium meum.) Quia iam authoritas sapientiæ vbiq; fuerat diuulgata: nemo quasi detrectãs, ad verba eius quicquã addere præsumebat: quinimò stillabat super eos eloquium illiꝰ: id est sensus, interiora viscerum penetrabat: vt eorum infusa præcordiis, à tali magistro perfecti atq; optimi discipuli redderentur. k ¶Expectabãt me sicut pluuiam: &c.) Pluuiæ nomine, copiosam valde eruditionem suę scientiæ demonstrat: & laudat auditores suos, quòd disputãte eo cum grandi desiderio expectauerint. l ¶Si quando ridebam ad eos, non credebant.) Tanta, inquit, reuerentia & honore à prædictis habebar: vt sapientiæ meæ, & grauitati non posset indulgentiæ aliquid ac remissionis, quæ ad temperamentum magis morum pertinebant, cõgruere. Et idcirco ipso à me pietatis fiebat studio, vt affectus amoris ac dilectionis eorum mei admiratione proficeret. m ¶Et lux vultus mei nõ cadebat in terram.) Gratia reuerentiæ, quam in eius facie refulgentem contuebantur, apud prædictos non pro nihilo habebatur: Nõ enim aliquid eius nutibus frustra fieri existimabant: & idcirco quasi magnum atq; præcipuum in se prædicti susciebant, quicquid in serenitate vultus illius contemplabantur. n ¶Si voluissem ire ad eos, sedebam primus. Cúmq; sederem quasi rex circũstante exercitu, eram tamen mœrentium consolator.) Dignationẽ suam & sanctam humilitatem his sermonibus manifestat: qua ad inferiores suos, quasi ad amicos sibiq; coæquales abierit: & se in regni potentia, miseris & mœrentibꝰ præbuisse.

Caput XXX.

o Nunc autem derident me iuniores tẽpore.) Manifestum est.

p ¶Quorum non dignabar patres ponere cum canibus gregis mei.) Non hoc typho superbiæ atq; diuitiarũ iactantia fecerat, sed vilitate impiorum, vt deridẽtium illum: quorum patres, nec canibus quõdam eius digni fuerint comparari. q ¶Quorũ virtus manuũ mihi erat pro nihilo: & vita ipsa putabantur indigni. Egestate & fame steri.) Id est, ignominiæ vilitate desperati. r ¶Qui rodebant in solitudine: squalẽtes calamitate & miseria. Et manducabãt herbas &c.) Præ miseria & auiditate, hæc etiam quæ extra cibũ erãt, vel hominum, vel ferarum, tanquam epulas ac delitias inuadebant, humectas conualles præ nimia egestate sugẽtes. s ¶In desertis habitabant torrentium & in cauernis terræ &c.) Qui etiam, vt ait, in locis sterilibus & inaquosis siue dumibus, quasi repentia terræ in foraminibus morabantur: quos imbres montium rigant. t ¶Et esse sub sentibus delitias computabant.) Si in æstu suo, vilissimorum stirpium foliis tegerentur.

u ¶Filij stultorum & ignobilium: & in terra penitus non parentes.) Obscuri, & memoria penitus indigni. x ¶Pharetram enim suam aperuit & afflixit me: & frenum posuit in os meum.) Pharetram exist imo

G existimo multitudinem plagarum, vel ipsum diabolum, vel potestatem illius hoc loco intelligi oportere. Quam sicut Iob ait deus aperuit, dum circa eum diabolus suam exercuit potestatem, vnde eum & iaculis tormentorum afflixit. Insuper etiam frenum ei silentij in ore ne loqueretur imposuit.

aperuit, & afflixit me: & frenum posuit
a in os meum. Ad dexterãm orientis cala-
b mitates meæ ilico surrexerũt. Pedes meos subuerterunt: & oppresserũt quasi flu-
c ctibus semitis suis. Dissipauerunt itinera mea, insidiati sunt mihi, & præualuerunt:
d & non fuit qui ferret auxilium. Quasi rupto muro, & aperta ianua irruerũt super me: & ad meas miserias deuoluti sũt. Re-
e dactus sum in nihilũ. Abstulit quasi ventus desiderium meum, & velut nubesper-
f trãsiit salus mea. Nunc autem in memetipso marcescit anima mea: & possidet me
g dies afflictionis. Nocte os meum perforatur doloribus: & qui me comedunt, nõ
h dormiunt. In multitudine eorũ consumitur vestimentum meum: & quasi capitio
i tunicæ succinxerunt me. Cõparatus sum luto: & assimilatus sum fauillæ & cineri.
k Clamo ad te: & non exaudies me: sto, &
l non respicis me. Mutatus es mihi in crudelem: & in duritia manus tuę aduersaris mihi. Eleuasti me: & quasi super ventum
m ponens elisisti me valde. Scio quia morti trades me: vbi constituta est domus om-
n ni viuenti. Veruntamen nõn ad consum-
o mationem eorum, emittis manum tuam:
p & si corruerint, ipse saluabis. Flebã quondam super eo qui afflictus erat: & compatiebatur anima mea pauperi. Expectabã bona, & venerunt mihi mala: prestolabar
q lucẽ, & eruperunt tenebræ. Interiora mea efferbuerunt absq; vlla requie: præuene-
r runt me dies afflictionis. Mœrens incedebam: sine furore consurgens, in turba cla-
s mabam. Frater fui draconum: & socius
t struthionum. Cutis mea denigrata est super me: & ossa mea aruerunt præ cauma-
u te. Versa est in luctum cithara mea: & organum meum in vocem flentium.

Caput

a ¶Ad dexteram orientis calamitates meæ ilico surrexerunt.) Id est, vel in ipso tempore fœlicitatis, quod grauissimũ probatur, exortæ sunt: vel permissu diuinæ potestatis impositæ sunt. Ipse est enim oriens ex alto: ipse dextera & virtus altissimi. b ¶Pedes meos subuerterunt: & oppresserũt quasi fluctibus semitis suis.) Id est, calamitates meæ, frequenti repetitione me affligentes: velut fluctibus omnes vias rectas conuersationis meæ subuerterunt.

c ¶Dissipauerunt itinera mea, insidiati sunt mihi, & præualuerunt: & non fuit qui ferret auxilium.) Id est, itinera mea, quib⁹ H per viam iustitiæ quotidianis profectibus incedebam, inimici mei conturbauerunt, in iniuriam meam ex insperato velut ex insidiis erumpentes, negantibus mihi proximis meis cõsolationis auxilium. d ¶Quasi rupto muro & aperta ianua irruerunt super me: & ad meas miserias deuoluti sunt.) Tam veloci, inquit, impetu prædicta mala super me irruerunt, vt nullo resistente obstaculo, in me desuper voluerentur. e ¶Redactus sum in nihilum. Abstulit quasi ventus desiderium meum & velut nubes pertransiit salus mea.) Quo remunerationes tuas pro mandatorum tuorum custodia prestolabar: pariter cum salute, quasi venti impetu, & quasi transuolantis nubis celeritate rapuisti, quia abripi permisisti. f ¶Nũc autem in memetipso marcescit anima mea: I & possident me dies afflictionis.) Marcescit: id est, à vigore suæ intentionis dissoluitur.

g ¶Nocte os meum perforatur doloribus, & qui me comedunt non dormiunt.) Manifestum est, quia vermes qui carnes eius comedebant: noctes ducebãt peruigiles. h ¶In multitudine eorum consumitur vestimentum meum &c.) Scatentium vermium multitudo, semper se commouens & per diuersos vulnerum meorum sinus discurrens: vestem quoq; meam dum per me repere non cessat attriuit: quem totum atq; ex omni parte circundatum, & quasi in vnum vulnus redactum incessabili esu haustũq; discruciat. i ¶Comparatus sum luto: & assimilatus sum fauillæ & cineri.) Ad summam vilitatem perductum se dicit: qui vulneribus & sanie, sicut lutum computresceret & feteret: exiccantibus rursus carnis eius putredinem, sordib⁹ pulueris. k ¶Clamo ad te, & non exaudies me: sto, & non respicis me.) In clamore intentio est orantis ad deum. In eo verò quòd stare se perhibet, perseuerantiam se ad deum habere indeclinabilem dixit. Fiducia iustitiarum suarum ad deũ: hæc liberè Iob sanctus loquitur. l ¶Mutatus es mihi in crudelem, & in duritia manus tuæ aduersaris mihi.) Pium & K misericordem deum esse dicit in prosperis suis: durum atq; crudelem, cùm manus duritiam, & graues pœnas sustinet & atroces. m ¶Scio quia morti trades me: vbi cõstituta est domus omni viuenti.) Post delictum parentis, inquit, domus inferorum est constituta: id est, mors ipsa, non conditione eius creata: Illuc ergo & me tanquam peccatoris Adæ filium: secundum iustam sententiam abire voluisti. n ¶Veruntamen non ad consumptionem eorum.) Reconciliationem mundi prophetat in Christo futuram, dum dicit homines non in perpetuam consumptionem redigendos: sed aliquando ab inferis reuocandos. o ¶Emittis manum tuam: & si corruerint, ipse saluabis.) Si post redemptionem qua per fidem in Christo saluamur, iterum per peccatum ruerint homines, manu pietatis alleuante per pœnitentiam ipse saluabit.

L p ¶Flebam quondam super eo qui afflictus erat: & compatiebatur anima mea pauperi. Expectabam bona, & venerunt mihi mala &c.) Factum est, vt pro bonorum expectatione, qua miseros consolabar: mala nunc omnia sustinerem: & pro luce prosperitatis, tenebras incurrerem tormentorum. q ¶Interiora mea efferbuerunt absque vlla requie &c.) Vbi ait, quod eum dies afflictionis præuenerint, puto quod tempus iudicij voluerit indicare: quo præuentum se idcirco videtur dixisse, quia cum sibi necdum venturum putauerit: vbi etiam magnum dolorem gehennarum significat: dum suas illis comparat pœnas. r ¶Mœrens incedebam: sine furore consurgens, in turba clamabam.) Tristis & affectus mœstitia, quia M pœnæ meritum nesciebam: & sine furoris iracundia, eram in spem animi virtute consurgens: quia deus docuerat me patientiam, vt æquanimiter ferrem: publica satisfactione vociferans & exorans. s ¶Frater fui draconum, & socius struthionum.) Cruciatu pœnarum affectus, dolores meos sibilis temperabam: quemadmodũ facere dicuntur dracones quando ab elephantis capiuntur: vt propheta ait: Faciam planctũ Draco. Mich.1.c. velut draconum: quem faciunt vt dixi quando ab elephantis interficiuntur. Et socius struthionum: fatuus factus sum & Struthio. insipiens, vt struthio auis stultissima: vt præ dolore frustra me existiment laborasse. t ¶Cutis mea denigrata est super me: & ossa mea aruerunt præ caumate.) Et hoc ad pœnarum eiuscumulum pertinebat: vt in stercore constitutus, per multa tempora, solis ardentissimos vsq; ad ossa pateretur radios. u ¶Versa est in luctum cithara mea, & organum meum in vocem flentium.) His rebus, dicit fœlicium dierum suorum atq; prosperitatis lætitiam & iocunditatem in luctum esse conuersam.

A Item ad Christi personam vertitur expositio.

Alia expositio capitis.29.

QVis mihi tribuat, vt sim iuxta mẽses pristinos, &c.) In assumpto homine Iesu Christo: id est, Adã secũdo, siue nouissimo: vox est Adam protoplasti recolẽtis quid perdiderit: & ad quod bonũ redire cupiat. Amiserat quippe per inobediẽtiæ malũ, immortalitatis bonũ, paradisiq; delicias: hãc sibi per Iesum Christũ dominum nostrum instaurari desiderat. Suscipiendo nãq; in se dei fili⁹ hominis filium, suscepit in eo & humani generis preces. Quando splendebat lucerna eius super caput meum, & ad lumen eius ambulabam in tenebris.) Gloriam diuinæ gratiæ, nomine lucernæ qua in paradiso floruerat, significauit. Sicut fui in diebus adolescentiæ meæ, quando secretò deus erat in tabernaculo meo.) Adolescentiæ nomine, possunt primordia Adæ ĩtelligi, vel ipsa fœlicitas: vbi ante peccatum, iuuenili vigore, sine vllo defectu ætatis semper virẽs, quasi in diebus adolescentiæ fuisse dicitur. Quando erat omnipotens mecum, & in circuitu meo pueri mei.) Pueri Adam, virtutes animæ intelligẽdæ sunt. Pueros autem Christi angelos, qui ministrauerunt ei in diebus carnis eius, vel apostolos, siue omnes sanctos non absurdè sentimus. Quando lauabã pedes meos butyro, & petra fundebat mihi riuos olei.) Pedes igitur saluatoris, prædicatores veritatis: qui in vniuerso mũdo annunciant euangeliũ, intelligẽdi sunt. Hos igitur pedes suos Iesus Christus Iob noster, lacte siue buty- B ro eluit atq; abstersit: quando eos à tribulationum pressuris synceros atq; purissimos reddidit: docens eos per spiritum suum, simplicis innocentiæ vitam. Hoc igitur modo pedes annunciantis pacem euangelij mundabuntur. Ne coinquinati essent carnalis sapientiæ luto: petra, inquit, fundebat mihi riuos olei. Ergo petra ecclesia, fundata super Christum firmissimam petram, de se gratiam spiritus sancti velut riuos effundit: quod in pentecoste, & in domo Cornelij, & in illis duodecim, siue in omni ecclesia declaratum est, & vsq; hodie declaratur. Vide acta apostolorum. Quando procedebam ad portam ciuitatis & in platea ponebant cathedram mihi.) Velut rex ergo, & dominus primus ciuitatis suæ ecclesiæ, ad portam eius Christus procedit: id est, sub tempore initiorum eius: quando ingressum parans dicebat omnibus: Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati estis. Matt.11.d. Cathedra autem eminens scientia Christi intelligenda est: Platea autem ciuitatis, vel quòd publicè prædicauerit: vel secundum psalmistæ sensum est intelligenda: latum mandatum tuum nimis. Psal.118.m. Quòd non solum in triplicem expositionẽ, sed etiam in disputationem porrigitur. Videbant me iuuenes, & abscondebantur: & senes assurgentes stabant.) His scribit Ioannes, dicens: Scribo vobis iuuenes, quia fortes estis, & vicistis malignum. 1.Ioan.2.b. Hi per fidem domini, saluatorem vident in spiritu, & in terra sui corporis absconduntur: reprimentes videlicet atq; in se pugnando vitia cohibentes: mortificantes semetipsos peccatis, & C concupiscentiis mundi: hinc ait propheta: Ascendite vos in terram. Senes verò filij consummati, & perfecti, qui quotidie mente eleuantur ad cœlum, & stant in domino, fide immobilis vitæ. Principes cessabant loqui, & digitum superponebant ori suo: vocem suam cohibebant duces: & lingua eorum gutturi eorum adhærebat.) In aduentu, inquit, meo omnium sanctorum meorum prophetia conclusa est, & signata: quod in Zachariæ silentio præfiguratum est. Lucæ.1.c. Clausa est quidem prophetia in mysterio annunciatorum: sed in sacramentorum mysteriis patefacta est. Principes & duces illius populi Iudæorum fuerunt reges, sacerdotes & prophetæ. Siue principes & duces, potentes quiq; mundi istius atq; eloquentes possunt intelligi: qui propter mendacia seductionis, principatus in populis tenebant. Hi in aduentu Christi conticuerunt. Auris audiens beatificabat me.) Gentium vtiq; populus ad quem euangelium meum annunciatum prædicatione peruenit. Qui pro redemptione sua laudem deferens, beatificabat me gratias agendo. Et oculus videns, testimonium reddebat mihi.) Populus videlicet Iudæorum, cui per prophetas meos prædictus fueram, in præsentia aduentus mei testimonium reddebat mihi. Eo quod liberassem pauperem vociferantem, & pupillum cui non erat adiutor.) Pauper hic & pupillus, sanctorum populus est intelligendus: qui propter humilitatem spiritus contribulati, pauper est dictus. D Pupillus verò idcirco dictus est: quia pater eorum pro tempore absens est, qui ita loquitur: Non relinquam vos orphanos. Ioan.14.c. Benedictio pueri, siue vt alij dixerunt, perituri, super me veniebat: & cor viduæ consolatus sum.) Pupillus fidelis, & sanctus: puer, propter reciprocatam innocentiam nuncupatus est. Perditus verò idem appellatus est: quia sanguine domini acquisitus est. Iustitia indutus sum, & vestiuit me sicut diademate iudicio meo.) Iustitia ergo hæc pietatis meæ, ait dominus, vestiuit me sicut vestimento. Et diademate iudicio meo. Hoc inquam vestimento, in quo per euangelium iustitia patris reuelatur: in ecclesia dicit se esse circundatum: cuius figuram habuit vestis Marc.9.a. eius in monte clarificati. Oculus fui cæco, & pes claudo.) Lumen, inquit, sum peccatori in vitiorum suorum tenebris ambulanti: & in præceptorum meorum semitis claudicanti factus sum gressus. Vnde ipse ait: Ego sum via. Ioan.14.a. Pater eram pauperum:) id est, humilium corde. Et causam quam nesciebam, diligenter inuestigabam.) Hanc igitur causam peccaminum misericordia pietatis meæ indulturus, diligentissimè perscrutabar: vt radicem vulnerum curando perquirerem: vt peccatorem, inuestigante me, confitentem culpas suas, ab omni peccato criminis liberarem. Siue aliter: Nesciuit causas peccati dominus noster Iesus Christus: quas ab eo Iudæi quærebant. Conterebam molas iniqui, & de dentibus E eius auferebam prædam.) Hunc iniquum diabolum esse rectè sentimus, cuius dentes ac molares sunt ad interimendum sæui ac truces animi motus. De huiusmodi, inquit, dentibus velut prædam captiuam humanum genus abstraxit, de mortis vtique illud interitu liberando: Omnes impij dentes sunt diaboli. Potest & hæreticus quisque intelligi, in cuius dentibus doctrina perspicua sentiatur. In molaribus verò lateant remota & secreta, & nephanda mysteria. Dicebamq;, in nidulo meo moriar: & sicut palma multiplicabo dies.) Nidus domini saluatoris, ecclesia eius potest intelligi. Hic igitur dominus, in ecclesia quasi nidulo suo, quem sibi fœno carnis humanæ congessit: & in qua procreat ac fouet filios, mori dicitur, dum membra eius, quorum ipse caput est, vitiis ac concupiscentiis huius seculi moriuntur. Sequitur: Et sicut palma multiplicabo dies eius. Igitur post humilitatem ecclesiæ, quam in nidulo superius dominus indicauit, gloriam altitudinis eius in palma arbore voluit ostendere: cuius radix aspera videtur in terra: vnde etiam nidulus appellatur: sed comis pulchra sub cœlo, cùm ex resurrectione fuerit glorificata, palmæ celsitudinem obtinebit: id est, virtutum suarum merita consequetur, quæ in palma significantur. Siue nidulus hic populus Iudæorum potest intelligi. In hoc igitur nido, pati & mori pro nobis voluit, sicut ait Iudæis: Moriar, & in eorum mentibus crucifigar: F vbi secundum hominem conuersatus, & natus sum: & in gentibus vbi palma victoriæ meæ, crucisq; vexillum erectum est, multiplicabo dies, dicens eis: Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus vsq; ad consummationem seculi. Matt.vlti. Radix mea aperta est secus aquas: & ros morabitur in messione mea.) Ita erit in nationibus radix: id est, fides qua mihi placeri volui: vt omnes sancti in præteritis placuerunt: vt pateat gentium aquis: id est, populis, vt in me scilicet credant: quibus vtiq; in retributione æterna, ros gratiæ, & muneris erit me largiẽte profluus. Siue radix charitatis meæ atq; dilectionis, quæ fixa est in cordibus diligentium me: aperta est in eis ad aquas eloquiorum meorum. Gloria mea semper innouabitur.) Hic gloriam, ecclesiam intelligere possumus: Gloria quidem patris est filius, cui dicit pater: Exurge gloria mea, exurge. Psal.56.b. Sed aliter ecclesia gloria est, quę iustificata est per gratiam.

Et arcus meus in manu mea instaurabitur.) Arcum hunc virtutem intelligere possumus, qua pro ecclesia sua vsq; ad finem seculi pugnare non desinit. Qui me audiebant, expectabant sententiam: & intenti tacebant ad consilium meum.) Quotidie clamat Christus per dispensatores verbi sui: & obedientes ei, sententiam definitionis eius expectant. Et intenti tacebant ad consilium meum. Hoc verbo silentij, sanctorum significatur obedientia, qui tardi sunt ad loquendum, veloces autem ad faciendum: siue, quia in ipsa

G inquisitione legis, sancti intenti esse dicuntur. Verbis meis nihil addere audebant.) Statuta vtiq; & decreta non conuellentes ecclesiæ: in qua fundamentum est veritatis, stabiliunt. Hæretici autem & schismatici, præsumptione superbię, qua præstant cæteris, verbis domini, inuenta de corde suo atq; superflua dogmata plenitudinis superponere moliuntur.

Et super illos stillabat eloquium meum.) Sensim vtiq; sermo doctrinæ meæ, diligentia mea, diligentium meviscera penetrabat: in quo profectus animorum quotidie in virtutibus intelligendus est. Vbi quasi à parua stilla principiorum, peruenitur ad vitam plenam perfectionis, tanquam ad pluuiam cordis, terram suam copia saturantem. Expectabant me quasi pluuiam: & os suum aperiebant quasi ad imbrem serotinum.) Omnes sancti antiqui, saluatorem in carne venturũ expectauerunt: & omnes nunc pariter ad iudicium venturũ indubitanter expectant: ad cuius imbrem serotinum: id est, euangelium, ora cordiũ suorum nunc sitiẽtes aperiunt: quia Ecclés. 5.a. meliora sunt, vt Ecclesiastes ait: nouissima sermonis, quã initiũ eius. Si quando ridebam ad eos, non credebant: & lux vultus mei non cadebat in terram.) Id est, Iudæi non credẽt mihi hilari pietate futuræ beatitudinis lætitiam, & æterna H gaudia promittenti: & peccatores pro reatu conscientię suę, vix credent misericordię meæ: & sibi salutem dari posse prę magnitudine criminum desperabunt: cùm ego conuertentibus ad me maiora quam spe possint capere, collaturus sum.

Et lux vultus mei non cadebat in terram.) Gratia, inquit, præsentiæ meæ, qua mundo vniuerso innotui, illustro corda fidelium: quia ego sum lux mũdi: & quicquid promisero custodientibus pactum meum, irritum non erit: sed totum in tẽpore retributionis implebitur. Si voluissem ire ad eos, sedebam primus. Cúmq; sederem quasi rex circunstante exercitu, eram tamen mœrentium consolator.) Ita sentiendum est: qui cùm apud sanctos suos magnus & excelsus habitet: qui & angeli plerunq; dicuntur: & de quibus secundum aliã æditionem dicit: eram quasi rex concinctus fortibus: cõpunctos tamen & contritos corde non despexit.

Alia expositio capitis.30.

NVnc autem derident me iuniores tempore.) Legimus in euãgelio, quemadmodum irrisus est, & illusus. Quorũ nõ dignabar patres ponere cum canibus gregis mei.) Ego canes in bonam partem dictos existimo, qui gregem domini à bestiis spiritualibus vigilãdo defendunt. De quibus dicit propheta: Canes muti, non valẽtes Esaiæ.36.d. latrare. Iudæorum quoq; patres, qui sunt vtiq; sacerdotes & principes: pastorali ab eis quippe ablata dignitate: nõ posui, ait dominus, cum sanctis gregis ouium meorum custodibus, ob malitiam infidelitatis suæ: ne sacerdotio fungantur mihi Matt.21.d. abieci eos. Quod etiam in euangelio dicit: Auferetur à vo- I bis regnum dei, & reliqua. Vbi iam incipit tollere panem filiorum, & mittere canibus: sicut ad eum in euangelio sub ty- Matt.15.c. po ecclesiæ dicitur. Nam & catelli edunt de micis quæ cadunt de mensa dominorum suorum. Quorum virtus manuum erat mihi pro nihilo.) Hæc virtus manuũ erat Iudæorum, vt mandatis seniorum, & obseruationibus deseruirent. Siue in tempore passionis domini, potest hic locus intelligi ita, vt virtus operum prædictorũ vsq; ad mortem saluatoris peruenerit. Vel ita intelligendum: cùm ei vitam flerent finitã esse per crucem, triumpho resurgentis ex mortuis, ad nihilũ conatuum pessimorum virtus redacta est. Et vita ipsa putabantur indigni, egestate & fame steriles.) Vitiorum suorũ & criminum turpi egestate affecti: & fame eloquiorum dei facti steriles, & mẽdici: vita insuper præsenti indigni sunt habiti: sicut propheta ait ad deũ: Disperge illos in virtute tua. Psal.58.c. Vnde nunc in medio nationum sunt velut captiui, vitam ducentes degenerem. Qui rodebant in solitudine, squalẽtes calamitate & miseria: & mandebant herbas & arborum cortices: & radix iuniperorum erat cibus illorum.) Plerũq; vbi deus non habitat: id est, non colitur: solitudo siue eremus ap- Apoc.17.a. pellatur: in qua secundũ Apocalypsim mulier: id est, corruptela sedere dicitur. Mandere enim siue rodere, opus est dẽtium: quoniã vox articulata, dentibus & plectro linguæ efficitur: ideo his verbis, doctrina prędictorum significatur: qui populos tanquam herbas & infructuosarum arborum radices mandẽdo atq; rodẽdo, in errores suos multiplices, velut in suum corpus traiiciunt. Etenim pasci se arbitrantur: si ab K hominibus quos solet scriptura arbores appellare, quicquid habent vitale subtraxerint. Radicibus iuniperorũ nihilominus aluntur: arborũ scilicet lõga ætate viuentiũ: & in quarũ lignis multo diutius ignis quàm in cęteris durat. Ista sunt ligna, quæ arceuthina appellãtur. Arceuthina. Sub arborum harũ vocabulo, magnos quosq; nomine in populo Iudaico ĩtelligere possumus, quorũ prædicti doctores intima viscerũ depascũtur, furãdo eis prædicatione legis præteritæ, bonũ gratię Christi. Qui de conuallibus ista rapientes, cùm singula reperissent, ad ea cum clamore currebant.) De cõuallibus vtiq; herbas vt fures, qđ alij trãslatores dixerunt, & arborũ cortices, rapiunt. Nõ enim eos quos herbas, cortices, & radices arborum per ænigmatis similitudinẽ intelleximus, in excelsis locis atq; similibus potuerũt inuenire: sed in conuallibus, humilibus scilicet locis, & in inferiora depressis: vbi significati sunt carnales populi Iudæorũ: quorũ intellectus in occidẽtis literæ sensus, velut in inferioribus cõmoratur. Hinc eos primores eorũ depopulantur, dum cæci cæcis ducatũ præbent. In desertis habitabant torrẽtiũ: & in cauernis terrę, vel super glareã: q inter huiuscemodi lætabãtur, & esse sub sentibus delicias computabãt.) Nõ tantum in desertis prædictorum, vbi cultura dei non erat, morabantur: sed etiam in cauernis terræ, & super glareã: per quã puto carnaliter legem intelligendã, vbi nihil pingue spirituali sensui admisce- L tur, quò posset fœcũditate vbertatis, per fidem filios sanctitatis, matre gratia procreare: & ob hoc in cauernis terrę esse perhibẽtur: terrenis videlicet sensibus inhærentes. De quibus flens dicit Apostolus, inimicos crucis Christi. Aliter: Philip.3.d. Torrentes sunt peccatores, qui in hoc mare seculi per desertas notitiæ defluũt: hi ergo in cauernis sensuum cõmorantur eorúmq; delectantur officiis ad peccãdum: ipsi sunt fenestræ domus, per quas mors ingreditur. Siue cauerna serpentis, est pectus nostrum, quãdo in eo venenata cõsilia, & mortiferos actus recondimus. Ipsi verò similiter super glaream habitãt qui terram suam, nulla sermonũ dei diligẽtia colunt: vt accepta vbertate pinguedinis, possint fructus facere sãctitatis.

Qui inter huiuscemodi lætabãtur: & esse sub sẽtibus delicias computabãt.) Inter hæc mala quæ sunt dicta superius, ita exultãtes gaudio viuunt, tanq̃ si quærerẽt virtutes. Filij stultorũ, & ignobilium, & in terra penitus non parẽtes.) Ita enim & de eorũ patribus, propheta iam antè prędixerat: Generatio praua & peruersa, populus stultus, & non sapiens, Psal.77.a. alienati à terra viuentium. Nunc in eorum canticum versus sum: & factus sum eis prouerbiũ.) Id est, in primo sermone, & in eorũ ore ego sum: & ab eis in delectatiõe obtrectationis assumor. Abominantur me, & fugiunt à me: & faciẽ meam spuere non verẽtur.) Faciem verò consputam domini M saluatoris, ipsa passio eius nobis in euãgelio manifestè demõstrat. Pharetrã enim suã aperuit, & afflixit me.) Hic pharetra, diabolus intelligi potest. Et quoniã credimus saluatorẽ verum hominem assumpsisse: nõ absurdum est, vt credamus q & dolores corporis voluerit in passione sentire: secũdum illud prophetæ: Ipse infirmitates nostras suscepit, & pro no Esaiæ.35.d. bis dolet. Et frenum posuit in os meum.) Illatas contumelias patientia demonstrauit: sicut ipse filius in psalmo ait ad Psal.70.a. patrem: Quoniam tu es patientia mea domine. Et in euãgelio, Ioan.19.b. interrogatus Iesus non respondit. Ad dexteram orientis calamitates meæ, illico surrexerũt.) Id est, de volũtate patris: ad cuius dexteram filius sedet. Vel hoc ait, quòd ad filiũ dei etiam ad eam partem, qua impassibilis est: cõtumelia passi hominis assumpti peruenerit: secundum Apostolum dicentem: Si enim cognouissent, nunq̃ deum maiestatis crucifixis- 1.Cor.2.b. sent: quoniam ipse est dextera patris, manus & brachiũ: per quem facta omnia gubernãtur: & discipuli magis de dextris illius erãt: quem in tempore passionis dereliquerũt. De quibus ait: Considerabã ad dexteram, & non erat qui cognosce Psal.141.a. ret me. Pedes meos subuerterunt & oppresserunt. Quasi fluctibus semitis suis dissipauerũt itinera mea. Insidiati sunt mihi, & præualuerunt, & non fuit qui ferret auxilium: quasi rupto muro, & aperta ianua: & ad meas miserias deuoluti sunt.) Pedes, humana substantia, quam crucifixerũt intelligi potest: vel certè euangelizãdi officium. In fluctibus, amaros Iudæos,

A Iudæos, erga prædicatores euangelij, & inquietos esse demõstrat. Dissipauerũt etiã itinera mea.) Prophetarũ meorum oraculis, aduentus mei in carne illis præsentiam pollicebar: & in visionibus reuelationum sæpe veniebam ad eos. Hæc vtiq; itinera mea, incredulitate atq; impietatis suæ scelere dissipauerunt. Possunt etiam pedes eius, prædicatores vel apostoli eius intelligi. Et non fuit qui ferret auxilium: Matt.26.f. quia & ipsi discipuli relicto eo fugerunt. Quasi rupto muro, & aperta ianua irruerunt super me: & ad meas miserias deuoluti sunt: id est, per necem meam in ruinam suam lapsi sunt: vt quasi truculentissimi hostes, & ferocissimi, irruptis ciuitatum munitionibus, domibúsq; effractis, in necem meam omnes pariter prosilirent. Miseriæ autem passiones sunt, flagella, illusio, probra, alapæ, sputa, colaphi, spinæ, & ignominia crucis. Redactus sum in nihilum.) Iudæi despicientes eum, pro nihilo habuerũt. Abstulisti quasi ventum desiderium meum: & quasi nubes pertransiit salus mea.) Ventus præsens hæc vita potest intelligi: quæ plerunq; venti, siue spiritus nomine appellatur. Ex persona ergo veteris hominis suscepti in deo, homo Iesus Christus hæc loquitur. Desiderium verò veteris hominis illud erat, ne vitam hanc temporalem amitteret: quod ipse dominus proximus passioni Matt.26.d. demonstrat, dicens ad patrẽ: Transeat à me calix iste. Verùm inquit, non quod ego volo, sed quod tu. Nunc autem in B memetipso arescit anima mea: & possident me dies afflictionis.) Dies afflictionis eius, dies sunt passionis. Inde ait saluator in euangelio: Tristis est anima mea vsq; ad mortẽ. Nocte os meum perforatur doloribus: & qui me comedunt, non dormiunt.) Nocte, quia vespere captus: per totam noctẽ scribis, & principibus sub interrogatione quæstionis auditus est: Vel noctem tristitiæ, & passionis, ait dominus apostolos: qui propter dilectionis, & charitatis meæ fortitudinem ossa dicuntur: aculeis doloris, timorisq; compuncti, vsq; ad negationis noxam perforati sunt: id est, penetrauit virtutem animi eorum titubatio fidei, vt ad horam tentationis in charitatis soliditate nutarent. Illi verò qui me vsq; ad mortem persequendo videntur consumere, non dormiunt: id est, omni vigilantia mentis insistunt, vt ad me deuorandum perueniant.

In multitudine eorum consumitur vestimentum meum.) Cõuenientibus in vnum Iudæis, caro mea iniuriis, clauis, cruce, morte confecta est. Et quasi capitio tunicæ cinxerũt me.) In necem meam omnes vndiq; me velut extrangulantes circundederunt: & vt me præfocarent in morte, tanquam ora capitij, fortibus videlicet laqueis, falsorum testimoniorum me cinxerunt: & intra passionem meam & crucem, quasi intra tunicam me incluserunt. Comparatus sum luto, & assimilatus fauillæ & cineri.) Per mortem quam volens suscepi, comparatus sum vilibus, & peccato obnoxiis, atq; in Adã C dei sententia condemnatis: cùm ipse peccator non sim, neq; ita vt omnes peccatores fuerim natus. Clamo ad te, & non exaudis me: sto, & non respicis me.) Ita & in vicesimoprimo psalmo, in cruce clamauit ad patrem: Deus meus, & reliqua: Et clamabo per diem, & non exaudies, & cætera. Hæc igitur verba dicuntur ex persona crucifixi: sicut & alia quæ iam dixi superius. Clamabo, inquit, per diem ad te: id est, in rebus prosperis huius vitæ, vt non mutentur: nec exaudis, qui verbis delictorũ: clamabo, & in nocte, id est, in aduersis vitæ huius clamabo, vt prosperentur: & similiter non exaudies. Neq; hoc satis ad insipientiam mihi: sed potius vt sapiam quid clamare me velis, non verbis delictorum ex desiderio temporalis vitæ, sed verbis conuersionis ad te in vitam æternam.

Mutatus es mihi in crudelem: & in duritia manus tuæ aduersaris mihi.) Dum pater vnico filio non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum: crudelitatis species videbatur, quod erat piæ dispensationis affectus. Eleuasti me, & quasi super ventum ponens elisisti me validè.) Quod est, eleuasti in cruce: & non credentibus Iudæis me allisisti. Scio quia morti trades me: vbi cõstituta est domus omni viuẽti.) Quia ante domini resurrectionem, etiam iusti in inferni partibus fuisse creduntur. Veruntamen non ad consumptionem eorum emittis manum tuam: & si corruerint, ipse saluabis.) Ad hoc vtiq; morti trades me, vt non cõsumantur debita pœna: qui diuina sententia morti æternæ sunt deputati: sed potius mea morte saluentur. Quòd autem dicit: Si corruerint, ipse D saluabis: Post gratiam baptismi, remedium salutis delinquẽtibus, per pœnitentiam repromittit. Flebam quondam super eum qui afflictus erat.) Duabus autem de causis saluator Hierusalem deflebat. Vna est, qua pro conuersis flens patrem orabat. Alia verò est, qua pro non credentibus dolens flebat: præuidens vtiq; vt deus ob incredulitatis duritiã perditionem eorum. Et compatiebatur anima mea pauperi.) Quomodo animæ sanctæ in scripturis pauperes appellãtur, non habentes superbiæ spiritum: vel peccata tanquam mundi huius diuitias. Ita ecõtrariò omnes peccatores pauperes nuncupantur: eo q superbiæ spiritu tumeant: & sint inopes sanctitate: de quibus in psalmo canitur: Sedẽtes in tenebris, Psal.106.a. & in vmbra mortis: vinculis ligatos in mendicitate & ferro. Ad deflendos huiusmodi pauperes, vt pote diues in miserationibus deus ex affectu misericordiæ tristitiam sustinebat.

Expectabam bona, & venerunt mihi mala.) Expectabam ergo per patientiam, vt bonum conuersionis eorum gaudẽs, super correctos perciperem. Sed illi diuitias bonitatis meæ, & longanimitatis per contumaciam contemnentes, thesauri Rom.2.a. zauerũt sibi iram in die iræ: & reuelationis iusti iudicij mei. Hæc igitur mala eorum, ad conspectum meum ventura sunt vt reddam vnicuiq; secundum opera sua. Præstolabar lucem, & eruperunt tenebræ.) E Lucem in eis fidei, & sanctorũ operum præstolabar, & infidelitatis eorum ac vitiorum tenebræ præualuerunt. Interiora mea efferbuerunt absq; vlla requie.) Siue quòd dolore tactus, intrinsecus animus eius solicitudine & anxietate ferbuerit, super eorum perditione: siue q verbo carne facto, & habitante in homine Iesu saluatore nostro, interiora eius: id est, animæ illius motus sine cessatione, diuino igne feruebant. Præuenerunt me dies afflictionis.) Dies afflictionis, dies iudicij erunt: in quibus prædictam gentem iudicaturus sum. Sed tamen nunc & in hoc tẽpore nimiis sceleribus suis præuenerunt me: vt secũdum iustum iudicium meum reddam eis: sicut postea accidit in passione, quãdo à Romanis Hierusalem templúmq; subuersum est. Mœrens incedebam: sine furore consurgẽs in tenebris clamabam.) Sine aliquo vtiq; iracũdiæ furore erat: quoniã donare atq; concedere peccata eorum aduenerat, non punire. Ait etiam euangelista: Stabat Iesus, & clamabat: Qui sitit Ioan.7.f. veniat ad me & bibat. Frater fui draconum, & socius struthionum.) Iudæos in euangelio, dominus serpentes frequenter appellat, & viperas: ita dicens: Serpentes, genimina vipe- Matt.23.d. rarum. Et propheta ait: Oũa aspidum ruperunt, cùm malorũ Esaiæ.59.a. generationem multiplicari videret. Item: Furor draconum Deut.32. vinum eorum: & furor aspidum insanabilis. Sed idcirco fratrem eorum se nuncupauit: quoniam de eorum genere secũ- F dum carnem est procreatus: de quibus in psalmo ait: Socer factus sum fratribus meis, & hospes filiis matris meæ. Psal.58.b. Et quia secundum præsentem vitam, qua dum hic mortalis fuit: inter eos est conuersatus, struthionum se socium dixit, id est, in eadem gente sua cum stultis & insipientibus habitauit: sicut ipse dominus ait in euangelio: Stulti & cæci. Matt.3.b. Cutis mea denigrata est super me.) In cute, carnem suam: id est, Iudæã gentem suam, vnde saluator carnem assumpsit: à parte totum dixisse intelligendus est. Quod autem super me ait, denigrata est cutis mea: ita est, velut si diceret, propter me: id est, in persona mea: odio persecutionum, & scelere blasphemiæ, peccatorum etiam infandorum criminibus, tetra ac nigra effecta est caro generis mei: & quasi Aethiopissa colorem nigredinis non amittens: & eo est infœlicior, q hanc nigredinem noctis & tenebrarum, non in superficie corporis, sed in corde contraxit. Vnde ait dominus, per prophetam: Thren.2.d. Nocti assimilaui matrem vestram. Et ossa mea aruerunt præ caumate.) Ossa corporis ecclesiæ, cuius caput est Christus, sancti quidem omnes: sed præcipuè apostoli intelligendi sunt: quorum sanctitatis robore atq; virtute, omnia membra infirmiora ecclesiæ sustinentur. Horum igitur adeps pinguissimus charitatis, nimio persecutionis æstu in passione saluatoris exæstuauit. De quibus ipse dominus in psalmo: Et ossa mea sicut cremium aruerunt. Psal.101.a. Item in alio psalmo: Sicut aqua effusus sum: & dispersa sunt omnia ossa mea: Ibid.21.c. vt ait euangelista: Et relicto Iesu fugerũt discipuli. Matt.26.f. Sed rursum per

G sum per confessionem nominis eius charitate illius vberrima impinguati sunt: vt nullo postmodum quantolibet feruenti caumate persecutionum, fides Christi in eis, & bonum charitatis aresceret. Versa est in luctum cithara mea: & organū meum in vocem flētium.) In cithara & organo, lætitia & exultatio intelligit. Quam Christus se habere demonstrat, quando super salute credentium delectatur, sicut ipse in euangelio
Lucæ.15 a. ait: vbi parabolam centum ouium ponit: de quib⁹ vnam ait periisse, & inuenta ea ait: Amen dico vobis, quia plus gaudebit super eam, quā super cæteras nonagintanouem. Item cùm renūciassent apostoli domino, quia in nomine eius plurimæ sanitates per eosdem factæ fuissēt: ait
Lucæ.10. d. euangelista: In illa hora exultauit Iesus in spiritu: Hæc ergo musicorū nomina, cordis significant lætitiā, quæ super infidelium obdurationē, versa est in tristitiam: sicut de eodem domino
H ait euangelista: Et contristatus
Matt.16.c. est super duritiam cordis eorū. Ea verò quæ sequuntur vsq; ad finem parabolæ, quæ secundum virtutem sancti Iob superi⁹ exposuimus: iam confessi sum⁹ nō posse nos secūdum mysticos intellectus differere. Si autē quis possit illa allegoricæ interpretationi rationabiliter coaptare assensum præbere me fatebor.

Caput XXXI.

a PEpigi fœdus cum oculis meis: vt ne cogitarem quidem de virgine. Quā enim partem haberet in me deus desuper: & hæreditatem omnipotens de excelsis? Nunquid non perditio est iniquo: & alienatio operantibus iniustitiam? Nōne ipse cōsiderat vias meas: & cūctos
b gressus meos dinumerat? Si ambulaui in vanitate, & festinauit in dolo pes meus: appendat me in stathera iusta: & sciat deus simplicitatē meam. Si declinauit gressus meus de via: & si secutus est oculus meus cor meum: & si in manibus meis
d adhæsit macula: seram, & alius comedat: & progenies mea eradicetur. Si decēptū est cor meum super muliere: & si ad ostium amici mei insidiatus sum: scortum alterius sit vxor mea: & super illam incuruentur alij. Hoc enim nefas est, & iniquitas maxima: ignis est vsque ad perditionem deuorans, & omnia eradicans genimina. Si cōtempsi subire iudicium cum
e seruo meo & ancilla mea, cùm discepta-
f rēt aduersum me. Quid enim faciam cùm surrexerit ad iudicandum deus: & cùm quæsierit, quid respondebo illi? Nunquid non in vtero fecit me, qui & illum operatus est, & formauit me in vulua vnus?
g Si negāui quod volebant pauperibus, &
h oculos viduæ expectare feci? Si cōmedi buccellam meam solus, & non comedit pupillus ex ea: quia ab infantia mea creuit mecum miseratio, & de vtero matris
i meæ egressa est mecum. Si despexi prætereuntem, eo quòd non habuerit indumentum, & absque operimento pauperem. Si non benedixerunt mihi latera eius: & de velleribus ouium mearum ca-
k lefactus est. Si leuāui super pupillum manum meam: etiam cùm viderem me in porta superiorem: humerus meus à iunctura sua cadat, & brachium meum cum suis ossibus confringatur. Semper enim quasi tumentes super me fluctus timui deum: & pondus eius ferre non potui.
l Si putaui aurum robur meum: & obrizo dixi, fiducia mea. Si lætatus sum super multis

Caput XXXI.

a PEpigi fœdus cum oculis meis: vt ne cogitarē quidem de virgine. Quā enī partem haberet in me deus desuper: & hæreditatem omnipotens de excelsis? Nunquid non perditio est iniquo: & alienatio operantibus iniustitiam? Nōne ipse cōsiderat vias meas, & cūctos gressus meos dinumerat?) Abhinc vsq; ad finem, iustitias suas, vel maximè & misericordias atq; virtutes enarrat: quas
I vsq; ad quindecim numeros digerit: velut vir perfectus, qui ad census in corde suo disponens, per gradus quosdam profectuū vsq; ad domum dei ascendendo peruenit. Ego, inquit, animo cum his obtutibus carnis meæ, definiui ac statui: vt nihil omnino turpe atq; obscœnum mihi intrinsecus nunciarent: quod delectatione voluptatis, intra me iniquis cogitationibus voluerem: Senserat credo aliquando fortassis delectatione carnem suam, & voluptatibus illecebrarum titillari: & idcirco se continentiæ virtute præcinxerat: timens oculum dei, cùm scrutator cordis sit: & omnes vias conuersationis humanæ, cunctosq; gressus actuum mortalium nouerit. b ¶Si ambulaui in vanitate, & festinauit in dolo pes meus: appendat me in stathera iusta, &c.) Sanctus Iob certus de æquitate iustitiq; dei: se manifestari optat hominibus. Non enim aliquid ignorat deus: vt examinando cognoscat: sed sciat deus, ita dixit beatus Iob, vt scire alios faciat, secundum illud, Tentat vos deus dominus, vt sciat vtrum diligatis eum: id est, vt scire cæteros faciat. c ¶Si declinaui gressus meos de via, & si secutus est oculus meus cor meum: & si in manibus meis adhæsit macula: seram, & alius comedat: & progenies mea eradicetur.) Nihil mandatorū dei, ait, præterij: quia nec cor meum acquiescens secutum est oculos meos: cùm concupiscentiæ imagines ei offerrem priusquam pactum cum ipsis haberem, ne quid intrinsecus turpe transmitterent. Vnde nec in operibus manuum mearum vlla peccati macula potuit adhærere: & hoc ipsum cum quadam iuramenti execratione confirmat. d ¶Si deceptum est cor meum super muliere: & si ad ostium amici mei insidiatus sum scortum alterius sit vxor mea: & super illam incuruantur alij &c.) Secundum naturæ bo-
L num loquitur, quod in Tobia scriptum est: Quod tibi non vis fieri, alij ne feceris: proinde ait, nephanda res est, & iniquitas maxima: hæc funesta ac detestabilia cogitare, vel facere, ignis est incentiuæ libidinis: omnia bona virtutum deuorans, atq; vniuersa in homine, sanctarum rerum incrementa consumens. e ¶Si contempsi subire iudicium cum seruo meo, &c.) Siue vt alij dixerunt, apud me. f ¶Quid enim faciam cùm surrexerit ad iudicandum deus: & cùm quæsierit, &c.) Magna humilitas sancti viri huius, & magna futuri iudicij cogitatio. g ¶Si negaui quod volebant pauperibus: & oculos viduę expectare feci?) Manifestum est. h ¶Si comedi buccellam meam solus: &c.) Manifestum est. i ¶Si despexi prætereuntem, eo quòd non habuerit indumen
M tum, & absq; operimento pauperem. &c.) Hoc dicto ostendit, quemadmodum opus misericordiæ fieri debeat: id est, ne aliis auferas, vnde aliis rectè dare te arbitreris. Vnde Salomon Prou.3.b.
ait: Honora deum de tuis iustis laboribus. Et Esaias: Ego Esaiæ.61.c.
dominus diligo iudicium: & odio habeo rapinam in holocaustum. k ¶Si leuaui super pupillum manum meam, etiam cùm viderem me in porta superiorem: humerus meus à iunctura sua cadat, & brachium meum cum suis ossibus confringatur. &c.) In humero, opera. In brachio, virtutis perseuerantia, atq; instantia bonorum operum accipi potest. Nisi ita est, inquit, irriti ante deum inueniantur omnes labores mei. l ¶Si putaui aurum robur meum: & obrizo dixi, fiducia mea. &c.) Veræ homo philosophiæ, nullo vitio tenebatur: sicut nūc cupiditatis, &

A tatis, & elationis contemptor fortissimus, aurum etiam pro nihili se habuisse testatur. a ¶Si vidi solem cùm fulgeret, & lunam incedentem clarè: & lætatum est in abscondito cor meum: & osculatus sum manum meam ore meo: quæ est iniquitas maxima, & negatio contra deum altissimum.) Tantæ virtutes, & tam præcipuæ nihil prosunt: quanuis quisq; in eisdem perpetrandis sit sapiens magnus & clarus, si errorū stultitia teneatur. Non solum, inqt, quoruncunq; idolorum culturis, verumetiam, nec horum pulchritudine ac specie magnorū luminum delectatus sum: nec quasi adorans ea inter eorumve
Rom.1.c. nerationem osculatus sum manum meam: nec creaturam pro creatore veneratus sum: quod in epistola ad Romanos sanctus Apostolus detestatur. b ¶Si gauisus sum ad ruinam ei⁹ qui me oderat: &c.) Cùm magnum sit, si de inimicis suis quis cùm possit non studeat vlcisci, quan
B to apud deum studiosius est de eorum ruina, nec in corde delectari. c ¶Si dixerunt viri tabernaculi mei: quis det de carnibus eius, vt saturemur? &c.) Pro hospitalitatib⁹ eius, & virtute, qua & cæteri sācti deo placuerunt: odium seruorum contraxerat. d ¶Si abscōdi quasi homo peccatum meum, & cælaui in sinu meo iniquitatem meam.) De his peccatis tantum, quæ cogitationibus committuntur, hoc loco mihi dixisse videtur: eo quòd nec ipsa cælare voluerit, quandoquidem secretorum suorum intima manifestauerit hominibus, se consensione iniqua cuiuslibet peccati non fuisse participem. e ¶Si expaui ad multitudinem nimiam, & despectio propinquorum terruit me, & non magis tacui: nec egressus sum ostium.) Ad propinquorum suorum personam despicientium eum: locus hic pertinet: qui ei inter miserias calamitatum posito, indesinentes iniurias irrogabant: contra quos sibi surgantes posuit custodiam ori suo. f ¶Quis mihi tribuat auditorem vt desiderium meum audiat omnipotens: & librum scribat &c.) Quem librum sanctus Iob demonstraturus cæteris, in humero suo, in loco videlicet cunctis conspicuo confert: eo quod libro pro laboris sui meritis velut corona gloriæ coronatus, per singulos gradus virtutum, siue profectuū suorum incrementa ante deum recensendo, pronunciat. g ¶Si aduersum me terra mea clamat &c.) Terra, caro hominis rectè sentitur. Hanc dicit beatus Iob sibi aduersariam non fuisse, necessario vtiq; quoniam bene sibi eam obedientem fecerat circa ornamenta virtutum. Cuius etiam sulcos metaphoricōs appellat: qui siue propter bonos mores excolendos: siue propter continendam aquam verbi dei, infusam diuinitus terræ suæ, sulci ab eo dicti sunt: secundum illud
Psal.64.c. psalmistæ: Sulcos eius inebrians, multiplica generationes eius. Agricolas autem istos terræ suæ, beatus Iob sanctas cogitationes, vt arbitror, dixit: quibus viuus ager mentis suæ strennuè colebatur. Quorum agricolarum, ideo anima vna ab eo refertur: vt aduertamus vnum eorundem fuisse cōsen-

Tomus septimus.

per multis diuitiis meis, & quia plurima
h reperit manus mea. Si vidi sōlem cùm fulgeret, & lunam incedētem clarè: & lætatum est in abscondito cor meum, & osculatus sum manum meam ore meo: quæ est iniquitas maxima, & negatio contra
b deum altissimum. Si gāuisus sum ad ruinam ei⁹ qui me oderat: & exultaui quod inuenisset eum malum. Non enim dedi ad peccandum guttur meum: vt expete-
c rem maledicens animam eius. Si nōn dixerunt viri tabernaculi mei: quis det de carnibus eius, vt saturemur? Foris non mā
sit peregrinus, ostium meum viatori pa-
d tuit. Si abscōndi quasi homo peccatum meum, & cælaui in sinu meo iniquitatem
e meam. Si expāui ad multitudinem nimiam, & despectio propinquorum terruit me: & non magis tacui, nec egressus sum
f ostium. Quis mihi tribuat auditorem, vt desiderium meum audiat omnipotens: & librum scribat ipse qui iudicat, vt in humero meo portem illum: & circundem illū quasi coronam mihi? Per singulos gra
dus meos pronunciabo illū: & quasi prin
g cipi offeram eum. Si aduersum me terra mea clamat: & cum ipsa sulci eius deflēt. Si fructus eius comedi absq; pecunia: & animam agricolarum ei⁹ afflixi: pro frumento oriatur mihi tribulus, & pro hordeo spina.

Caput XXXII.

h" OMiserunt autem tres viri isti respondere Iob, eo quod iustus sibi
i videretur. Et irātus indignatusq; est Heliu, filius Barachiel, Buzites, de cognatione

h OMiserunt autem tres viri isti respondere Iob: &c.) Cedentibus aduersariis, Iob post multa ,pphetiæ suæ mysteria, & ipse finit sermonem. Quòd autem dictum est, omiserunt autem tres viri isti respōdere Iob, eo quod iust⁹ sibi videretur: scriptor historiæ huius, ex sensu respondētium dixit, eo q; iustus sibi videretur: non ex iudicio suo: cū referret, vel scriberet, quæ in præconium tanti viri, stilo hæc suo posterorum memoriæ commendabat. i ¶Et iratus indignatúsq; est Heliu, filius Barachiel Buzites, de cognatione Ram.) De ,pgenie, & generatiōe Huz & Buz filiorū Nachor, & Melchæ, sororis Saræ, vxoris Abraham, nascitur Iob, & Heliu. De Huz, Iob nascitur: & de Buz, hic Heliu: vnde & Buzites dicitur, qui fuit sicut hic scribitur filius Barachiel. Hūc igitur Heliu, doctissimi scripturarum di
Nume.22.d cunt ipsum esse Balaam hariolum: quem in Numerorū libro Balach, rex Moabitarum, ad Israelem maledicendum conduxerat: & hęc scriptura refert, q; hic Heliu, de cognatiōe fuerat Ram: & hūc Ram, Abrahā esse intelligam⁹: de cuius cognatione & familia Heliu fuerit procreat⁹. Hinc vtiq; fratris sui Nachor posteritas, ,pcul dubio Abrahæ cognatio erit: vbi q; hūc librum scribit, quē Hebręi Mosen autumāt, in generatiōis Heliu nominib⁹, nobilitatem natiuitatis eius voluit demōstrare. F Quòd autem in hoc libro Rā, quasi partito, siue diuiso nomie sanctus Abram dicitur: ita & in diuersis locis scriptura dei, secū dū incremēta in eo diuinæ gratiæ nominat. Vnde quādo Ram dicitur, habeat excels⁹: quādo verò Abram, proficiēs in virtutib⁹, pater excelsus fit. Itē cùm fides eius gētibus ad dominationē præponit, Abraham: id est, pater multarū gētium appelletur. Hīc igitur Heliu, sicut apparet, secūdum bonū naturæ, homo iustus videtur fuisse: qui & spiritū habuit prophetiæ: sed puto nō eodē modo, vel eadē gratia, vt sancti prophetæ. Vnde & ipse domin⁹, ad
Iob 38.a. sanctū Iob de eo locut⁹ est: Quis est iste inuoluēs sententias sermonib⁹ imperitis? quod est, improperij verbis atq; inordinatis sermonib⁹, sensus prophetic⁹ narratur: vbi nō reprobat dominus quod Heliu loquitur: sed quod præpropere ab eo dicitur, hoc reprehēdit. De hoc inquam Heliū, & sui similibus, & in principio libri huius diximus: quòd prophetiæ mysterio vsi sint etiā, qui exorbitauerant à vera religione: quia & illis dedit deus verbū suum, vt mysteria futura pronūciarent hominibus: vbi maximè fides, & admiratio gentiliū pendet: vt qui nostris nolunt credere prophetis, credant saltem diuinis, & vatibus suis. Hunc itaq; Heliu, qui est Balaam, figuram habere gentium diximus, aduersantiū Christo: sicut

G & illos amicos beati Iob, hæreticorum figuram. Quod autẽ ait: finita sunt verba Iob: possumus intelligere tanquam dixerit, firmissimè stabilita sunt verba diuina, & irrita esse non possunt: quæ vsq; ad æternam promissionem fideliter credentes perducunt. Isti verò, qui iustum virum, & sempiternum, præsumptione adinuentorum dogmatum audent discutere, æterno quandoq; silentio cõticescent. Quòd autem Heliu duobus nominibus vocitatur, nõ est mirum: familiare est hoc scripturæ diuinæ: vt Salomon Idida: & cognatus Mosi dictus est Ietro, & Raguel: & Petrus, Simon. Vnde non paruam obscuritatem hæc varietas nominum solet legentibus exhibere.

a ¶ Iratus est ergo aduersum Iob: eo quod iustum se esse diceret coram deo. Porrò aduersum amicos eius indignatus est: eo quod non inuenissent responsionem rationabilem, sed tantummodo condemnassent Iob, &c.) Videtur mihi quod hæc prius gesta sunt, quæ hic legimus, quàm illa quæ in Numeris de hoc ipso Heliu, siue Balaam facta referuntur. Hic igitur Heliu: qui ait Iob & amicos eius se expectasse loquentes, honoris ac reuerentiæ causa ostendit se fecisse quod fecit: senioribus scilicet deferendo. Iam hic ipsius Heliu verba sunt, ita dicentis: b ¶ Iunior sum tempore: vos autẽ antiquiores: &c) Dicit hoc sibi magis videri, qa spiritu agantur homines, quib⁹ deus omnipotens sapientiæ suę inspirationem tribuerit: quod in sugillationem prædictorum quasi ex obliquo dicit: veluti sibi soli hoc sapientiæ bonum concessum sit. Notandum quòd hic Heliu, per quatuor locutiones, sicut textus lectionis docet, I sibi ipsi succedit: per quas singulas, vel priorum responsa, quasi eruditius retractare: vel singula loca asperius à sancto Iob dicta, coram ipso destruere conatur. Nam post præfationem copiosam, in prima locutione sua, de sancti Iob verbis hæc posuit: ita inquiens: Mundus sũ ego, & absq; delicto immaculatus: & non est iniquitas in me. Quia querelas in me reperit: ideo arbitratus est me inimicum sibi. Posuit in nervo pedes meos, & custodiuit omnes semitas meas. In secunda locutione, verba Iob ita posuit, dicens: Iustus sum: & deus subuertit iudicium meum. In iudicando enim me, mendacium est: violenta sagitta mea absq; vllo peccato. Tertia locutio eius ita habet: eodem Heliu dicente ad Iob: Dixisti enim: non tibi placet quod rectum est: id est, deo dixisti, ait: quid tibi prodest si ego peccauero: Quarta verò locutio Heliu, continet quod pro deo locuturus, operatione sua deum iustum probare disponat: quod vsq; in finem quarti huius sermonis sui inter prophetiæ suæ mysteria acerrimè, & cùm summa instãtia prosequitur, & non desistit. K

c ¶ Ideo dicam: audite me, ostendã vobis etiam ego meam sapientiam &c.) Quoniam vestra mihi iam facta est manifesta. Hoc Ironicõs ab eo dici, nõ dubium est: & ideo quia superius risorie prudentiam dixerat amicorũ Iob, sequitur id apertè, dicens:

d ¶ Et donec putabam vos aliquid dicere, cõsiderabam &c.) Nullam, inquit, aduersum me Iob, habuit disputationem: sed neq; ego illum, quemadmodum vos facitis, maledictionibus victorum, & opprobriis aggrediar. e ¶ Quoniam igitur expectaui, & non sunt locuti &c.) Proinde & ego Heliu, ait, proviribus meis respondere tentabo: & ostendã vobis meam, & Iob, pariter scientiam: quod ex iactãtia vanitatis dicere eum satis apparet, cùm subiungit: f ¶ Plenus sum enim sermonibus &c.) Iuxta anagogen ventrem suum, aut vterum, κατα χρησικῶς ipsam memoriam suam dixit: eo quòd penè omnes sermones Iob, & amicorum eius, aliquandiu discceptantium, velut cibos intra capacitatem suæ memoriæ congregauerit. g ¶ Non accipiam personam viri: & deũ homini non æquabo.) Iusti iudicij mei, inquit, sententia hæc est, vt nec homini parcam, vera dicendo: nec deo iniuriam faciam, vt eum iniustè aliquid contendam fecisse. L

Caput XXXIII.

A Vdi igitur Iob eloquia mea: & omnes sermones meos ausculta. M

b Ecce aperui os meum: loquatur lingua mea in faucibus meis. Simplici corde meo sermões mei, & sententiam labia mea puram loquentur. Spiritus dei fecit me: & spiraculum omnipotentis viuificauit me.

c vltrà: abstulerũtq; à se eloquium. Quòniã igitur expectaui, & non sunt locuti: steterunt, nec vltrà responderunt: respondebo & ego partem meam, & ostendam scientiam meam. Plenus sum enim sermonib⁹, & coartat me spiritus vteri mei. En vẽter meus quasi mustum absq; spiraculo, quod lagunculas nouas dirũpit. Loquar, & respirabo paululum: aperiam labia mea, & respondebo. Nõn accipiam personam viri, & deum homini non æquabo. Nescio enim quandiu subsistam: & si post modicum tollat me factor meus.

Caput XXXIII.

h A Vdi igitur Iob eloquia mea, & omnes sermones meos ausculta.

Ecce aperui os meum: loquatur lingua mea in faucibus meis. Simplici corde meo sermões mei, & sententiam labia mea puram loquentur. Spiritus dei fecit me: & spiraculum omnipotentis viuificauit me.

A telligere debemus. In deo enim nominat patrem: in omnipotente, filium: in spiritu, spiritum sanctum. Trinitatis enim deus creauit omnia: sed quando hominem fecit, propria & speciali quadam significatione nominum, per diuersam operũ nuncupationẽ se voluit demonstrare: ita legislatore dicente:

Gene.1.d Et creauit deus hominem: ad ymaginem dei creauit eum: masculum & fœminam fecit eos. Itemq; Et fecit de⁹ hominem de limo terræ: Et inspirauit in faciem eius spiraculum vitæ: & factus est homo in animam viuentem: vbi in faciente, & inspirante, vel etiam benedicente: sine vlla discretione, vel dissonãtia voluntatis, operatam trinitatem sentire debemus. Non enim refert aliquid, vel diuersum intelligere facit, verbum creauit, inspirauit, & benedixit: vbi secundum naturæ vnitatem, vna est voluntas opusq; commune.

a ¶ Si potes, responde mihi: & aduersus faciem meam consiste &c.) Prolaturus verba eius, responsionem deposcit: vt sub blãdimento quodam, & consolatione simulata, minarum terrorẽ incuteret: quo perturbat⁹ Iob, facilè multiloquio ipsius cederet. b ¶ Dixisti ergo in auribus meis: & vocem verborum tuorum audiui. Mundus sum ego, & absque delicto immaculatus: & nõ est iniquitas in me.) Quod ergo Heliu ait ad Iob: Hoc est ergo in quo non est iustificatus: id est, accusare debueras te, non laudare: non illud dicere: mundus sum, sine peccato, & immaculatus: iniquitas quoque non est in me: hoc est, inquam, in quo non es iustificatus: quia iustificatio per humilitatem acquiritur. Laus verò elationis cõdemnationem meretur. Potuit quidem vt vir iustus, & de sanctis operibus suis C sibi bene conscius, audenter aliqua quæ vera sunt, deo dicere: non potuit tamen hæc quæ ei Heliu falsò obiicit, velut sacrilegus loqui. Denique illa, quæ dixisse Iob dicit, ita inquiens:

c ¶ Quia querelas in me reperit: ideo arbitratus est me inimicum &c.) Non legimus hæc Iob dixisse: quæ vtique ex sensu eius, quasi à sancto Iob dicta, suis hic verbis composuit. Vnde hunc potius non rectè verba dicere nouerimus, quàm eundem sanctum Iob dixisse credamus. d ¶ Respondebo tibi ô Iob: quia maior sit de⁹ homine. Aduersus eum contendis, quòd non ad omnia verba responderit tibi. Semel loquitur deus: & secundò idipsum non repetit &c.) Ab ipso principio mundi, & deinceps semper locutus est deus hominibus, & semel nihilominus loquitur: sed vbi frequenter loqui dicitur deus: vel lex eius multiplex: vel prophetarum & mandatorum eius diuersitas indicatur. Vbi verò semel loqui significatur, stabilita ac definita eius sententia demonstratur. Loqui enim deum efficientiæ eius res intelligitur. Semel loquitur deus: & secundò idipsum non repetit: id est, non immutat deus, nisi hoc ipsum vitę nostræ mutatio depoposcerit: hoc loco de duobus quibusdam correptionum gradibus. Heliu diligenter enarrat, & dicit quòd eruditio diuina, vel castigatio circa hominem, & in noctis visionibus fiat: item⁹q; in lectulo: vnde ait: Contabescere faciat hominem, donec ad vitæ huius extrema perueniat. Et cùm ab aliquo sancto pro eo fuerit interuentum, vt fecit Esaias pro Ezechia rege: restituatur pristinæ sanitati. Et ait Esa.38 in subsequentibus: quòd tribus vicibus hęc circa hominem operetur: id est, euidenter, & probabiliter, & confirmatiuo modo: vel propter trinumeri perfectionem, vel propter trium testium veritatem. Quo genere etiam patientiam dei, clementiamq; significat: quæ non statim, sed per partes, & per vices castigat, & arguit delinquentem: vbi ei nec præceptis veritatis iudicium, nec inutilis remissio, nec iniustitię imputatur iniquitas. e ¶ Increpat quoque p dolorem in lectulo, & omnia ossa eius marcescere facit &c.) Siue vt alij dixerunt: accessit vsque ad mortem anima eius: & omnia ossa eius marcescere facit. Cùm per hæc itaque correctus homo atque consumptus, morti & infernalibus ministris E appropiquauerit: si fuerit quispiam sanctorum, qui nomẽ sancti angeli habere mereatur: is pro huiusmodi qui pro peccatis suis à deo ita corripitur, poterit impetrare: si tamen de multis operibus bonis, quæ operari debuerat: saltem vnum bonum opus eius, quod tanquam sacrificium pro eo placabile offerat deo, valuerit inuenire. Exaudiet, inquit, & iubebit, vt prædictus ad correptionem infernorum cruciatuum non descẽdat: eo q; vir magnus quidam extiterit: cuius preces deus non potuerit non audire. Et angelus quilibet de cœlo assistens ante faciem dei, potest pro quolibet peccatore in flagellis castigationum posito intercedere: ipsis enim est cura iniũcta à deo, vel F maximè, vt diuersis hominibus, vel nationibus, defensionis siue custodiæ suæ opem ferant. De quibus Apostolus: Nonne omnes sunt administratorij spirit⁹ Heb.1.d in ministerium missi: propter eos qui hæreditatem capient salutis? Exemplum autem rerum præsentium, de quibus nunc loquimur, in scripturis dominicis retinemus: vbi legimus, in somnis homines fuisse correptos, vt Nabuchodonosor regem superbissimum: & Laban, qui parentis sui Iacob interitum disponebat: & Abimelech regem, qui sancti Abrahæ domum contaminare tentabat: & vxorem Pilati, quæ ait ad eum de domino nostro Iesu Christo, Nihil tibi & iusto illi: multa enim passa sum per somnium propter eum. Et magi in euangelio in somnis admoniti, per aliam viam egrediuntur. Fideles etiam viri à deo in somnis instruuntur, vt Iacob patriarcha: & alios legimus infirmatos esse propter peccata, de quibus illum paralyticum fuisse discimus: cui ait dominus: Remittuntur tibi peccata tua. Legimus & sanctos ægros fuisse, vt Trophimum, & Epaphroditum: quos vtique velut iustos tali castigatione examinatos credere debemus: non vt peccatores infirmitatis verbere flagellatos. Sequitur:

f ¶ Consumpta est caro eius à suppliciis &c.) Recepit, inquit, mala pro meritis suis & suppliciorum atque pœnarum mensuram:

Danie. 4
Gene. 31.
Ibidem. 20.
Matt. 27.
Ibidem. 2. b
Gene. 28. c.
Matth. 9. a

G mensuram: sufficiant hæc ei verbera castigationis, quibus reuocatus est ad emendationem: nunc indulgentia diuinę pietatis, ad dies adolescentiæ reuertatur: id est, fit iterum sanus atque incolumis. a ¶ Deprecabitur deum, &c.) Quod interim corde fit, cùm per deum bonum conscientiæ possideatur. Videbit autem dei faciem, propicium sibi vultum illius sentiens, redditurus ei digna satisfactione iustitiam. b ¶ Respiciet homines, &c.) Magna res est, deoq́ plurimum acceptabilis, vt homo errores suos confiteri non erubescat: præsertim si pro eis se intelligat castigari: & ita se humiliet, vt quicquid castigationis sustinuerit, pro meritis suis parum se passum pronunciet. c ¶ Liberauit animam suā ne pergeret &c.) Id est, agnitionis dei lucem, & immensa beneficia illuminatus agnosceret. d ¶ Attēde Iob &c.) Quasi hac ratione Heliu sanctum Iob cōuicerit, ait illi: Audi me: id est,
H docenti te obediens esto, & præbe consensum. Quòd autem dicit, vt taceat: eloquentem & tanquam minus eruditum, vel impatientem iubet vt sileat.

Caput XXXIIII.

e PRonuncians itaq; Heliu, etiam hæc locutus est.) Quasi sententiam Heliu pronunciare dicitur: & præsentes amicos sancti Iob, ad audiendum se cohortatur. f ¶ Audite sapientes verba mea: & eruditi ausculate me. Auris enim &c.) Quemadmodum igitur, inquit, à faucibꝰ ciborum sapor dinoscitur: ita & verba, aurium iudicio comprobantur. Et idcirco ait Heliu: g ¶ Iudicium eligamus nobis.) Id est, prius discutiamus, antequam hominem condemnemus. h ¶ Quia dixit Iob: iustus sum.) Nō sermo-
I nem hunc Iob dixit: sed dū virtutes iustitiarum suarum notas fecit, iustum proculdubio se esse monstrauit: quem & dominꝰ iustum iam dixerat. Quod hic dicitur: i ¶ Deus subuertit iudicium &c.) Similiter & hoc ipsum non legimus, sed scriptū tenemus: Viuit deus, qui abstu-
Sopho. 3.c lit iudicium meum. Subuertere autem iudicium, ad iniquitatem respicit iudicantis: abstulisse verò iudicium: id est, pro tempore distulisse: ad dispensationem iusti iudicis pertinet. Et multiplicauit vulnera mea etiam sine causa. Proinde hoc loco asserēte Heliu, hic esse sēsus videtur. q; cum Iob ita dixerit fefellit deum iudicium meum, non rectè & verè iudicauit: & ideo erga me mendacio agitur. Quæ autem locutus est Iob, magis incautè, & præsumens de iustitia dei dixisse credendus est. Proinde iustè ei, & meritò deus ait: Vtique qui arguit deum, debet respondere ei: in quibus vtique verbis dei increpatur. Hoc resonat, quòd beatus Iob nō rectè aliqua sit locutus: sed qui optimè nouerat, quòd bo- K na in eo plurima essent: vnde & illi placuerat: cōcedit ea quæ immoderatus eum loqui in summis angustiis dolor cōpulit. k ¶ Quis est vir &c.) Cuius viscera tanquam aquæ abūdantia, veneno huius passionis impleta sunt. l ¶ Dixit enim: Non placebit &c.) Inuidiosè de eo sanctum Iob locutum fuisse mentitur: quia beatum Iob tam infœliciter sapuisse non credimus: sed nec alicubi eum hoc dixisse meminimꝰ. m ¶ Ideo viri cordati audite me.) Quasi exposita impietate sancti Iob: & in medio audientium prolata in inuidiam Iob, quasi impia sit locutus. n ¶ Quem constituit alium super terram: aut quem posuit super orbem quē fabricatus est?) Id est, nunquid aliū rectorē posuit, qui à creatoris iustitia discreparet. Ipse ergo quàm potens conditor, tā pius est moderator: quia opus suum agnoscit, & diligit.
o ¶ Si direxerit ad eum cor suum: spiritum &c.) Id est, mūdi. L nam si omnia quæ in eo quotidie geruntur, secundum regulā iustitię suę voluerit intueri: deficiet ac peribit: sed eum pietate potius gubernat ac sustinet. Nam si iniquitatem obseruauerit, quis sustinebit? Psal.129.a Spiritum dixit animam, quæ viuificat hominem: & flatū, ipsam præsentem vitam, quæ corporibus nostris per anhelitum ex hoc aere ministratur. Hæc ergo Heliu dicit ad se trahere deum: cùm aufert hominibus vitam, quam eis creando tribuerat. Possunt per spiritum prophetiæ hæc loca ita videri figurata: vt nunc in Christo compleantur, quando dispēsatione carnis assumptæ, pater eundem filium suum, per quem omnia fecit, ad hunc mundum ex suo eructuatum corde direxit: vt spiritum eiꝰ & flatum ad se traheret: id est, vt auferret ab M eo, per humilitatem crucis, spiritum: id est, superbiam spiritus mūdialis: flatum quoque tumentis eloquij: quo anhelans gloriabatur in sermonibus suis. Sic quoq; hō in se represso tumore deficeret: ac reuertens in seipsum, cognosceret se terram esse & cinerem: vbi secundum moralem intelligentiā, illud de psalmo sentimus: Et auferes spiritū Psalm. 103.d eorum, & deficient: & in terram suam conuertentur. Postea ergo quàm de virtute dei, & iustitia prædictis locutus est, Heliu se rursum ad Iob conuertens, dicit: p ¶ Si habes &c.) Manifestum est, inquit, quia is qui iustè & rectè iudicare non diligit: neque sanare à vitiis animā, neque corrigere quenquam potest: & quomodo tu sanator es languorum nostrorum, qui iniquitates notare præsumis? q ¶ Qui non accipit &c.) Secundum mysticos intellectus, principes isti Iudæorum, scribæ & pharisæi, & sacerdotes possunt

a tur ad dies adolescētiæ suæ. Deprecabitur deum, & placabilis ei erit: & videbit faciē eius in iubilo: & reddet homini iustitiam
b suā. Respiciet hoīes, & dicet: Peccaui, & verè deliqui: & vt erā dignus non recepi.
c Liberauit animam suā ne pergeret in interitum: sed viuens lucem videret. Ecce hæc omnia operatur deus tribus vicibus per singulos: vt reuocet animas eorum à corruptione: & illuminat luce viuentium.
d Attende Iob, & audi me: & tace dum ego loquor. Si autem habes, quid loquaris: responde mihi. Loquere: Volo enim te apparere iustum. Quòd si non habes, audi me: tace & docebo te sapientiam.

Caput XXXIIII.

e PRonuncians itaque Heliu, etiam hęc
f locutus est: Audite sapientes verba mea: & eruditi ausculate me. Auris enim verba probat: & guttur escas gustu
g diiudicat. Iudicium eligamus nobis: &
h inter nos videamus, quid sit melius: quia di-
i xit Iob: iustus sum, & deus subuertit iudicium meum. In iudicando enim me, mendacium est: & violenta sagitta mea absq;
k vllo peccato. Quis est vir vt est Iob, qui bibit subsannationem quasi aquam: qui graditur cum operantibus iniquitatem: &
l ambulat cum viris impiis? Dixit enim: Non placebit vir deo, etiam si cucurrerit
m cum eo: Ideō viri cordati audite me: absit à deo impietas, & ab omnipotente iniquitas. Opus enim hominis reddet ei: & iuxta vias singulorū restituet eis. Verè enim deus nō condemnabit frustra: nec omni-
n potens subuertet iudicium. Quem constituit alium super terram: aut quem posuit super orbem quem fabricatus est? Si dire-
o xerit ad eum cor suum, spiritum illius, & flatum ad se trahet. Deficiet omnis caro simul: & homo in cinerem reuertetur. Si
p habes ergo intellectū: audi quod dicitur: & ausculta vocem eloquij mei. Nunquid qui non amat iudicium, sanari potest? Et quomodo tu eum qui iustus est, intantum condemnas? Qui dicit regi, apostata: qui
q vocat duces impios. Qui non accipit personas principum: nec cognouit tyrannū, dum disceptaret contra pauperem. Opus
a enim manuum eius sunt vniuersi. Subitò
b morientur: & in media nocte turbabuntur populi: & pertransibunt, & auferent violentum absque manu. Oculi enim eius super vias hominū: & omnes gressus eorū
c considerat. Non sunt tenebræ, & non est vmbra mortis: vt abscondantur ibi qui o-
d perantur iniquitatem. Neq; enim vltrà in hominis potestate est, vt veniat ad deum
e in iudicium. Conteret multos, & innume-
f rabiles: & stare faciet alios pro eis. Nouit enim opera eorum: & idcirco inducet noctem, & conterentur. Quasi impios per-
g cussit eos in loco videntium. Qui quasi de industria recesserunt ab eo: & omnes vias eius intelligere noluerūt: vt peruenire faceret ad eum clamorem egeni: & audiret
h vocem pauperum. Ipso enim concedente
i pacem, quis est qui condemnet? Ex quo absconderit vultum, quis est qui contempletur eum? Et super gentes, & super om-
k nes homines. Qui regnare facit hominem
l hypocritā, propter peccata populi. Quia ergo ego locutus sum ad deum: te quoq;
m non prohibebo. Si erraui, tu doce me. Si iniquitatem locutus sum: vltrà non addā.
n Nunquid à te deus expetit eam, quia displicuit tibi? Tu enim cœpisti loqui, & non ego. Quòd si quid nosti melius, loquere.
o Viri intelligentes loquantur mihi: & vir
p sapiens audiat me. Iob autem stultè locutus est: & verba illius non sonant disciplinam. Pater

A possunt intelligi: quos in euangelio increpat. Tyrannum verò eundem populum Iudęorum, non ab re esse sentiamus, qui contra cœtum sanctorum ecclesiæ, pauperem, humilem spiritu, contritum corde, reiiciendo hodie disceptat: quod facere & tempore Apostolorum non desinebat, quando per omnes ciuitates contra eos pugnas & seditiones agebat. Hos igitur vt infideles & impios dominus non cognoscet: quibusq́ etiam
Matt.7.d manifestè dicturus est: Non noui vos: Discedite à me omnes qui operamini iniquitatem. Sequitur, dicente Heliu de his, de quibus dicit superius: a ¶ Subito morietur: & in media nocte.) Secundum sensum apostoli est, qui ait istud de fi-
1.Thess.5.a. liis tenebrarum: Cùm enim dixerint pax & securitas: tunc repentinus eis superueniet interitus. Mediam verò noctem dictā ideo existimo: eo quòd in profunda cordis cæcitate positi, spiritualiter moriantur.
B b ¶ Turbabuntur populi, & pertransibunt: & auferent violentū absque manu &c.) Secundum
Psal.57.b psalmistam: Cùm viderit, inquit iustus vindictam impiorum, exemplum videlicet peccatorum hominum pertimescens, manus suas lauabit in sanguine peccatoris. Hoc igitur modo turbabuntur populi: qua perturbatione terram sensibilem legimus cōturbatam: sicut propheta ait ad deum: Commouisti terram
Psal.59.a. & conturbasti eam: sana contritiones eius, quia mota est: Sic enim quasi boni viatores ad futurum seculum pertransibunt, vbi locus non erit impio: aliter nullum habebit adiutorium violentus, quo defendi vel erui possit à pertrahentibus eum ad supplicium mortis. c ¶ Nō sunt tenebræ, & non est vmbra mortis, &c.) Siue vt alij dixerunt in
C fine huius versiculi: vt latitent qui faciunt iniquitatem. Quod vtrumque secundum illum psalmistæ sensum est, ita dicentis:
Psal. 138.b Quo ibo à spiritu tuo: & à facie tua quo fugiam? d ¶ Neque enim vltra in hominis potestate est, vt veniat ad deum in iudicium.) Id est, si habuerit in potestate vt veniat: potest habere vt non veniat. e ¶ Conteret multos & innumerabi-
1.Re.2.&3. les, & stare faciet alios pro eis.) Vt de Heli sacerdote & Sa-
Ibi.15.&16 muele, Saul & Dauid, Iudæorum populo & gentium.
f ¶ Nouit enim opera eorum, & idcirco inducit noctem & conterentur &c.) Sub his quoque verbis Heliu significasse potuit ob merita sua Iudæos nocte infidelitatis excæcandos: vt conterantur & humilientur: sicut propheta & Apostolus
Roma.11.b. ait: Dedit illis deus spiritum cōpunctionis. g ¶ Qui quasi de industria recesserunt ab eo, &c.) Omnes enim peccatores, & impij contra inditum sibi bonum naturæ agunt: sicut
Roma.1.c Apostolus ait: Qui cum cognouissent deum, non sicut deum glorificauerunt. Vbi autem cognouerunt deum, nisi inspiratione, & iudicio mentis? Vbi ergo deo gloriam suam habuerunt contemptui: vbi ab ea contra suam conscientiam recesserunt: omnesq́ vias mandatorum dei, quas suis cordibus habent ingenitas, nosse & intelligere detrectarunt: cum hominibus quoque ita impiè, & iniustè egerunt, vt ad deum pauperum oppressorum clamor ascenderit. Siue Iudæos impios atque incredulos percussit deus in loco videntium: id est, in D lege Mosaica: vbi prophetæ, qui videntes dicti sunt, inhabitabant. In ipsa itaque spe legis, & promissorum compositione, tanquam in quodam videntium loco, iustè percussi à deo sunt: intantum vt oratio illius qui propter nos pauper factus est cùm esset diues, ascenderet 2.Cor.8.b ad deum: Disperge illos in virtute tua. Psal.58.c. Siue viuentes sunt omnes, qui i Christo ex fide viuūt: in hac enim spe positi, mente cōtemplantur futuram beatitudinē. In hoc igitur loco, vbi quasi fide stantes sunt: quidam sub fidei huius vocabulo, habēt speciem pietatis: virtutem autem eius sunt abnegantes. Hi ipsi 1.Timo 3 a igitur, qui hæretici intelliguntur, in loco dei malè stantes, à deo percutiuntur, Apostolis & ecclesiarum doctoribus: id est, pauperibus Christi contra eos resistentibus, & ad deum clamantibus. h ¶ Ipso enim cōcedente pacem, quis est qui condemnet?) Propheta ait ad populum: Orate pro vita Nabuchodonosor, vt illius pace sit pax vobis. E Baruc.1.b Siue pacem ecclesiæ, & quietem ipse concedit, quando non surgunt aduersus eam pugnæ persecutionum: siue quando hæreticorum lites, & scandala conquiescunt. Nec non contra vitiorum bella, quietis & pacis silentium ipse donat: quando deuictis eis, & velut acerrimis hostibus expugnatis, pax fit in homine summa virtutū. Quòd autem ait. i ¶ Ex quo abscōderit vultum suum, siue faciem suam, quis es qui contempletur eum?) Hoc est, quòd nisi ipse dignatus fuerit se homini reuelare: quis est qui possit cum suis viribus intueri: vel perscrutando ad maiestatē eius accedere? k ¶ Qui regnare facit hominē hypocritā propter peccata populi.) Quod manifeste in Saule F rege apparuit: & sicut dominus ait: Auferam de Hierusalem iudicem & prophetam, & sapien- Esa 3.a tem, & consiliarium: & dabo pueros principes eorum, & effœminati dominabuntur eis. Et Nabuchodonosor iusto iudicio dei, multa regna, & plurimas nationes accepit. Potest & diabolus homo iste intelligi, qui perdita angelica dignitate, hominis nomē sortitus est: de quo dominus ait in euangelio: Inimicus homo hoc fecit. Hypocrita verò, & simulator ideo Matt.13.d est appellatus, quoniam trāsfigurat se in angelum lucis: cùm 2.Cor.11.c ipse potius author sit tenebrarum, id est, omnium criminum, & peccatorum inuentor. l ¶ Quia ergo &c.) Quasi in iudicio constitutum, permittit eum interloqui: vt si quid fortè sibi est dicendum, non taceat. m ¶ Si errraui, &c.) Id est, non loquar. n ¶ Nunquid à te deus expetit eam, quia displicuit tibi? &c.) Tu dixisti quòd iniquus esset deus: quia à te iniquitatem, & iniustitiam vitæ, iniusta correptione exigeret: cui necesse esset iniustè afflictum contra eum loqui iniusta: & ob hoc (inquis) displicuit tibi deus, dum eius iustitiam qua te punit insontem, non vis veram esse iustitiam.
o ¶ Viri intelligentes loquantur mihi: &c.) Heliu sanctum Iob despiciens, conuertit se ad eos qui comminus assistebāt: & ita de beato Iob definitè pronuncians, ait ad eos.
p ¶ Iob autem stultè locutus est: &c.) Manifestum est.

Pater mi,

ab nā. Pater mi, probetur Iob vsque ad finē.
c
d Ne desinas ab homine iniquitatis: qui ad-
didit super peccata sua blasphemiam. In-
e ter nos interim constringatur, & tunc ad
iudicium prouocet sermonibus suis deū.

Caput XXXV.

f IGitur Heliu hæc rursum locutus est:
Nunquid æqua videtur tibi tua cogita-
tio, vt diceres: iustior deo sum? Dixisti
enim: Nō tibi placet quod rectum est: vel
quid tibi proderit, si ego peccauero? Itaq;
g ego respondebo sermonibus tuis: & ami-
h cis tuis tecum. Suspice cœlum, & intuere,
& contemplare æthera quòd altior te sit.
i Si peccaueris, quid ei nocebis? Et si mul-
tiplicatæ fuerint iniquitates tuæ, quid fa-
k cies cōtra eum? Porrò si iustè egeris, quid
donabis ei, aut q̄d de manu tua accipiet?
l Homini qui similis tui est, nocebit impie-
tas tua: & filium hominis adiuuabit iusti-
m tia tua. Propter multitudinem calumnia-
torū clamabunt, & eiulabunt propter vim
n brachij tyrannorum. Et nōn dixit: vbi est
o deus qui fecit me? qui dedit carmina in no
p cte. Qui docet nos super iumenta terræ,
& super volucres cœli erudit nos. Ibi cla-
q mabunt, & non exaudiet, propter super-
biam ma-

G a ¶Pater mi.) Quia ab ipso est homo creatus, & conditus. Probetur Iob, inquit Heliu: non examinetur: quod solet ad probationem eruditionis referri. b ¶Probetur Iob.) Id est, manifestetur: probatum sit omnibus, cunctisq; pateat Iob qualis sit: ante te probetur, inquam, Iob. c ¶Vsque in finē ne desinas ab homine iniquitatis.) Id est, insit in eo iugiter plaga flagelli huius: neque desinas infligere pœnas operātibus iniquitatem. d ¶Qui addidit super peccata sua blasphemiā.) id est super hoc quòd peccator est: addit ad cumulum peccatorum, vt in blasphemiæ crimen erūpat: propter quod mala hęc cruciatuū sustinet. e ¶Inter nos interim cōstringatur &c.) Cōdemnetur inter nos interim, ne & nobis in iniustitiā reputetur: absque crimine nostro erit, si postmodum deum prouocare tentauerit.

Caput XXXV.

f IGitur Heliu hæc rursum locutus &c.) Fieri potest, quòd
H de sermonibus vbi asperius locutus est ad deum, quàm forsitan debuit: aliqua inde hic Heliu descripserit: & verborum suorum inuidiosè, quasi sensus illius dicere voluerit.

g ¶Respondebo sermonibus tuis, & amicis tuis tecum.) Pro eo quòd non potuerunt ei rationabiliter respondere.

h ¶Suspice ad cœlum &c.) Id est, cui te æquare præsumis? Hoc ait Heliu: qui deum corporaliter locis contineri arbitrabatur: quòd in excelsis tantum atque in sublimibus deus dominus commoretur. i ¶Proinde si peccaueris, quid ei nocebis?&c.) Quod ita dixisse mihi videtur: non enim te peccāte, deo damni aliquid infertur: aut si pro multitudine peccatorum tuorum vlcisci te voluerit, nunquid poteris ei cōtraire?
Psalm.15 a k ¶Porrò si iustè &c.) Hinc Dauid dicit: Quoniam bonorum meorum non eges. l ¶Homini qui similis &c.) Id
I est, homini nocere poterit impietas tua, si malè agentem te æmulatus fuerit: quemadmodum filium hominis iustitia tua adiuuabit, si vias tuas cùm rectè incedis imitetur.

m ¶Propter multitudinem &c.) Sub hac qualitate disputationis suæ, Heliu sanctum Iob talibus admiscet: eisq; similē iudicat, dum calumniatores & tyrannos, iniquos homines nominat: quorum calumniis & potentia, homo & filius hominis oppressi ingemiscunt. Et modo spiritualiter hunc hominem & filium hominis, populum sanctum non absurdè sentimus: qui propter vnitatem totius corporis ecclesiæ, homo vnus dicitur, sicut Apostolus ait: & secundum psalmistam filius ho-
Psal.79.c minis appellatur, ita dicentem: Fiat manus tua super virum dexteræ tuæ, & super filium hominis quem confirmasti tibi. Potest hoc & de inuisibilibus inimicis dici: qui occulta impugnatione vitiorum, mentibus dominantur: propter quod fideles eiulantes in oratione ad deū dicunt: Eripe me de inimicis meis deus meus. n ¶Et non dixit, vbi est deus qui fecit me?) Quando vtique affligebant prædictos, quos sibi per iniquam dominationem deo permittente subegerant: ita vt hi sub tanta necessitate pressurarum positi eiularent, & clamarent ad deum: illi non intenderunt animo, neque intenderunt in cœlum, vt saperent quòd deo conditori suo hæc omnia displicerent. Non dixit inquam apud semetipsam talia multitudo iniquorum, siue dæmonum. o ¶Vbi est de9 qui fecit me,&c.) Hoc ait Heliu. Cum ergo iustos & rectè viuentes à suprà dictis deus tribulari permittat: consolationem tamen eis in nocte tribulationum concedit. K Nox enim ipsa tribulatio intelligitur: secundum illud psalmistæ: Probasti cor meū, & visitasti me in nocte: sicut & prosperitas aliquando dies dicitur: quoniam qui in prosperis est, quasi quadam fœlicitate illuminatur. Vnde ait in psalmo: Per diem sol non vret te, neque luna per noctem. Tantam, inquit Heliu, tolerantiam, iusti homines à deo accipiunt, vt etiam in nocte tribulationis, hymnorum spiritualium canticis delectentur. Canticum ergo ad exultationem cordis, vel maximè pertinet. Proinde hæc exultatio de spe futuri gaudij nascitur in corde canentiū, & faciunt more viatorum: quia ipsi vt viatores, & peregrini trāseunt per hunc mundum: qui vt ad destinatum sibi locum sine labore perueniant, cantico fatigationem itineris consolantur ac subleuant. Et iuxta mysticos intellectus, noctem, secretum L quoddam, ac diuinę disputationis remotum silentium intelligamus, quod aliis seculis, sicut Apostolus ait, non fuit reuelatū filiis hominum. Quæ nox sit in quatuor vigilias distributa: vt à principio mundi vsq; ad Christum dominum nostrum hanc noctem dicamus: vt sit prima vigilia noctis huius, ipse Adam primus, & pater hominum: per cuius conditionem euigilet animus humanus, vt credat creatorem omnium rerum deum. Secunda verò vigilia sit tempore Noe: quo naufragium mundi factum sit, vt euigilent homines, ne & ipsi intereant. Tertia autem vigilia sancti Abrahæ temporibus habeatur: per quē cognoscat mundus, quemadmodum sit fide viuendum, & deo placendum. Quarta verò vigilia sit circa tempora prophetarum: qui auroræ & lumine diei appropinquantis, viciniores fuerunt: quiq; in ipsum Christum proximum sibi diem penè electam noctem, fidei oculis intendebant. In hac igitur nocte per singula tempora prædictorum, siue prophetiis, siue significationibus, de Christo læta gaudioq; plena prænunciata M sunt. Itemq; ad illam comparationem futuræ reuelationis filiorum dei: vbi gloriam æterni illius diei percepturi sunt, & in re ipsa beatitudinem possessuri: nox est presens hæc vita: cui fructus sui in futurum absconditi sunt: & ideo adhuc nox est, quia nōdum vides quod speras. Proinde in hac nocte expectationis, hymni & cantica scripturarum dicta sunt nobis, donec discussa nocte fidei ad diem æternæ mansionis perueniamus. p ¶Qui docet nos super &c.) Docet in communibus eruditum, subtilioribus: docet non solum per naturæ dona, sed etiam per gratiæ munera. Secundum tropicum verò intellectum, iumenta, homines carnales plerunque intelliguntur: qui gulæ & ventri, & luxuriæ dediti sunt. Alij autē volatilibus comparantur, siue propter leuitatem morum, siue propter superbiam, qua tumentes quasi in altum eleuantur. Vnde dicit Apostolus: Noli altum sapere: & dominus in euangelio: Quia quod est in hominibus altum, abominatio est ante deum. Nam in Græco superbus ὑπερηφάνης dicitur, quod est superapparens, vt elatam mentem hominis, tumidāq; significet. q ¶Ibi clamabunt, & non exaudiet, propter superbiam malorum.) Quòd dixit, ibi clamabunt: fortassis significare voluit locum pœnarum, vbi non exaudiendi sunt peccatores, propter superbiam malorum: siue vt alij dixerūt: ab iniuriis

Psalm.16.a
Psal.120.b.
Ephe.3.b & Colo.1.d
Roma.11.c. Luc.16.d

a biam malorum. Nōn ergo frustra audiet
deus, & omnipotens causas singulorum
b intuebitur. Etiam cùm dixeris: non consi-
derat iudicare coram illo, & expecta eū.
c Nunc enim non infert furorem suum: nec
d vlciscitur scelus valde. Ergo Iob frustra a-
perit os suum, & absq; scientia verba mul
tiplicat.

Caput XXXVI.

e ADdens quoq; Heliu hæc locut9 est:
Sustine me paulum, & indicabo
tibi. Adhuc enim habeo quod pro
f deo loquar. Repetam scientiam meam à
principio: & operatorem meum probabo
iustum. Verè enim absq; mēdacio sermo-
nis mei, & perfecta scientia probabitur ti
g bi. Deus potentes non abiicit, cùm & ipse
h sit potens: sed non saluat impios, & iudi-
i cium pauperibus tribuit. Nōn auferet à iu
k sto oculos suos: & reges in solio collocat
l in perpetuum, & illic eriguntur. Et si fue-
rint in catenis, & vinciantur funibus pau-
pertatis: indicabit eis opera eorum, & sce
m lera eorum, quia violenti fuerunt. Reue-
labit quoque aurem eorum, vt corripiat:
& loquetur, vt reuertantur ab iniquitate.
n Si audierint & obseruauerint: complebūt
dies suos in bono, & annos suos in gloria.
o Si autem non audierint: transibunt per
gladium, & consumentur in stultitia. Si-
p mulatores & callidi prouocant iram dei,
q neque clamabunt cùm vincti fuerint. Mo
rietur in tempestate anima eorum, & vita
r eorum inter effœminatos. Eripiet de angu
s stia sua pauperem: & reuelabit in tribula-
t tione aurem eius. Igitur saluabit te de ore
angusto latissimè, & nō habēte fundamē-
tum subter

A ab iniuriis malorum: quia mali bonis & iustis, insectationis iniurias irrogare non desinūt. a ¶Non ergo frustra audiet deus, & omnipotens causas singulorum intuebitur.) Hoc ait, quod peccatores persistentes in malis suis, non audiat deus: quoniam sine causa vtiq; ad eum clament, qui non merentur audiri. b ¶Etiam cùm dixeris: non &c.) Quando vides ô Iob, quia nō statim deus reddit peccatoribus quæ merentur: noli pusillanimitate frangi, vt in blasphemiam erumpas, & dicas deum iniustum siue iniquū: sed iudicare cum eo debes, id est, iudiciis eius consentire: non contra eum præsumptuoso iudicio tuo in eius iniuriam prosilire. c ¶Nunc enim non infert furorem suum, nec vlciscitur scelus valde.) Quoniam igitur statuit diem, in quo iudicet de orbe terrarum, idcirco in hoc tēpore vindictam iustitiæ suæ nō generaliter exercet. Et hoc totum in exprobrationem sancti
B Iob loquitur, quem velut reum criminum in hoc malum pœnarum, dei sententia pro parte cōdemnat. Vnde scribit cui restēt plurima, quæ adhuc sit postmodum recepturus. d ¶Ergo Iob frustra aperit os suum &c.) Iuxta hæc conuictum sanctum Iob Heliu arbitratur, & quadā verborum ratione conclusum.

Caput XXXVI.

e ADdēs quoq; Heliu hęc locutus est &c. habeo quod pro deo loquar.) Id est, pro iustitia & causa dei. f ¶Repetam scientiam meam à principio &c.) Et in hoc quarto sermone suo, de singulari iustitia domini, profundo nimiū, & copioso sermone prosequit: vbi multa arcana in obscuro sacramentorum recondita, & longè remota mysteria dicere vi-
C detur. g ¶Deus potentes nō abiicit &c.) Hæc est iustitiæ ei9 immensitas, & naturæ bonæ voluntas, vt nulli inuideat: quia nemo ei quanuis potens sit, potest coæquari. h ¶Et iudicium pauperib9 tribuit.) Iuxta iustitiæ ęquitatis suæ tenorem. Sanctos autem & innocentes viros consueuit scriptura diuina pauperes appellare. i ¶Non aufert à iusto oculos su-
Psalm.33.c. os.) Hoc ait & beatus Dauid: Oculi dñi super iustos. &c.) k ¶Et reges in solio collocat in perpetuum, & illic eriguntur.) Hic reges non solum seculi huius, sed & ecclesię reges, & præpositi intelligi possunt. Et secundum tropicos intelle-
Psal.2.e ctus, reges, animi hominum sunt, qui corporibus rectè dominantur, quibus in psalmo dicitur: Et nunc reges intelligite, erudimini qui iudicatis terram. Ita hi reges eriguntur à deo vt sedeant cum principibus. l ¶Et si fuerint &c.) Hi igitur in catenis fortibus, videlicet iudicis dei, & paupertatis funibus colligantur: id est, opem diuini auxilij non habētes pœnis temporalibus quasi vinculis astringentur, omnis rei boni inopes effecti pro qualitate meritorum. m ¶Reuelabit quoque aurem &c.) Aurem, inquit, cordis ad obediendum sibi deus per castigationes, & secretas inspirationes aperiet.
Prou.10.b n ¶Si audierint &c.) Hoc est quod Salomon ait: Memoria iusti cum laudibus. o ¶Si autem non audierint, &c.) Id est, si instruente deo, qui docet hominē scientiam, audire con- D tempserint, per gladium: id est, per hāc mortalitatem de hoc seculo præteribunt, vt in stultitia: id est, in illis locis, vbi stulti deputabuntur: qui dicunt in corde suo, non est deus, æter- Psalm.52.a. nis cruciatibus consumantur. p ¶Simulatores & callidi prouocant &c.) Ipsum sanctum Iob apertius in hoc loco videtur Heliu quasi ex obliquo percutere, quod & ipse quasi callidè, & nequiter ageret: virum quoque egregium simularet. Quiq; etiam cum esset vinctus plagæ huius compedibus, clamare ad deum, & inuocare eū, vt à laqueis pœnalibus illigatus absolueretur, minime curaret: quod vtiq; desperatione siue contemptu faceret. De cæteris quoq; peccatoribus similiter hoc ipsum potest intelligi: qui cùm venerint in profundum malorum, cō- Prou.18.a. temnent. Et de Iudæis, & de hęreticis, qui ficta dogmata quasi veritatis velamine operientes, in noctis perfidia obstinato & E obturato corde persistunt.

q ¶Morietur in tempestate anima eorū, & vita eorū inter effœminatos.) Vitiosos & vitia esse nouerimus, quæ sicut de virtutibus animi nihil in se habent quietum, virile, & frugi: sed totum turbulentum, remissum & fragile: Ita necesse est vt velut tempestate, animam semper suis illecebris inquietent: portūq; virtutum hominem non sināt apprehendere, & fit istis talibus fluctibus, quod Salomon ait: vt Prou.23.d iaceat anima tanquam in corde maris, & velut gubernator in magna tempestate. Vel aliter tēpestas aduentus ac iudiciū dei est, de quo dicit: In circumitu Psal.49.a eius tempestas valida.

r ¶Eripiet de angustia sua pauperem.) Pauperem saluatorem nostrum intelligimus: qui pro- F pter nos pauper factus est: qui in diebus carnis suæ, preces ac supplicationes patri obtulit, vt posset à morte saluum facere pauperem, sanctum populū dei humilem spiritu. Vel pauperē quemlibet iustorū, eruet de angustia pressurarum, sicut etiam in diuinis scripturis diuerso modo legimus liberatos. s ¶Et reuelabit in tribulatione aurem eius.) Id est, fortis sit vnusquisque eorum in tribulatione, corroborante visitatione diuina: quando à deo homo tribulari permittitur, consolationem in aure cordis domini, illic audiendo percipiet. t ¶Igitur saluabit te de &c.) Hoc in loco infernorum habitacula ab Heliu describuntur, quę immensa capacitate sui, fundamentum non habeant. Ad quorum tamen fundamenta in prophetis legimus, luciferum qui mane oriebatur depositum: multitudines quoq; regum, & populos innumerabiles gentium. Ore autem angusto inferi ideo appellantur: eo quod amplum sit ad recipiendum, angustum ad dimittendum: quoniam mortuos intra se teneant, & eos ad vitam non patiantur exire. Dauid quoque sanctus similiter ait ad deum: Libera me ex odientibus me, & de profun- Psalm.68.d. dis aquarum. Non me demergat tempestas aquæ: neque absorbeat me profundū: neque vrgeat super me puteus os suū. Proinde nouerimus quia loca infernalium ergastulorum, secundum

G cundum fidem ſcripturarum inter immenſas abyſſi aquas ſint cõſtituta: ab illis inferi ſedibus nullus homo merito ſuo liberatus eſt: niſi gratia domini noſtri Ieſu Chriſti. Et non ſolum, inquit Heliu, à tartareis anguſtiis liberaberis: verum etiam in latiſſimo refrigerij nemore, velut in campis ſpacioſis liber incedes. a ¶ Requies autem menſæ tuæ erit plena pinguedine.) Amœnitatem paradiſi & iocunditatem, requiem nominando ſignificauit. Immenſam verò abundantiam vitæ beatæ, quæ eſſet plena vbertatis pinguedine: ac locí illius fœlicis referta delitiis, voluit demõſtrare: cuius terram ſanctam manſueti ſecundum repromiſſionem domini poſſidebunt.

b ¶ Cauſa tua quaſi impíj iudicata eſt, cauſam iudiciũq; recipies.) Iudicio dei vt impius, & pœnarum debitor reus inuẽtus es, & idcirco ſecundum meritũ cauſæ tuæ, iudicium ſeueriſſimum recepiſti. Et vbi dictum

H eſt cauſam iudiciumq; recipies alij dixerunt, propter impietatẽ munerum, quæ accipiebant: vbi ſub pluralitate locutionis, ſanctum Iob Heliu videtur ferire ſermonibus. c ¶ Non te ergo ſuperet ira, vt aliquem opprimas &c.) Docetur ab Heliu vir patientiæ, & integritatis virtute fortiſſimus. Optimꝰ iudex eſt, qui his peſſimis iracundia, & cupiditate duobus vitiis non tenetur: quibus hoc loco ab Heliu ſanctus vir correptꝰ arguitur.

d ¶ Depone magnitudinem tuam abſq; tribulatione &c.) Id eſt, nec paruos nec magnos tua iniuſta opprimas dominatione: vel omnes motus depone fortitudine ſuperbiæ roboratꝰ.

e ¶ Ne protrahas noctem, vt aſcendant populi pro eis.) Iam ſufficit hucuſq; in hac cæcitate vixiſſe. Iam ad lucem prudẽtiæ ac iuſtitiæ venire contende: ſiue noctem quam tibi ex diuerſis peccatis contexuiſti, vt in ea velut in continuis ac iugibus, & perpetuis tenebris ambulares: iam quæſo ait: ne adhuc protrahas, & tanquam reſtem addendo peccata peccatis, in longum delectẽris extẽdere: lumine ergo correptionis

I huius iam finem talibus impone peccatis: nam protractione hac, inemendabilis vita tua fiet, vt pro omnibus malis operibus tuis, populorum preces aſcendant ad deum: quos vtique iniquiſſimè deprimebas, interpellantium contra te, ſuaſq; miſerias ſibi à te irrogatas, ante ſedem diuinæ iuſtitiæ deponentium. f ¶ Caue ne declines ad iniquitatem &c.) Hoc, inquit Heliu: ne in deſperationem declines peto, & blaſphemię iniquitatem iã caueas: ſed reuerti feſtines ad deũ. Video enim te poſt huius plagæ tuæ horrendam miſeriam: ad interitum tuum, hanc impietatis ſequi velle perniciem: & voluntatem tuam & cogitationem, ad aduerſarium mittere puſillanimitate defectum. g ¶ Ecce deus excelſus &c.) Si poterit ei eſſe quiſpiam, & potentia & virtute ſimilis: poterit & iuſtitia atq; ſapientia, legiſq; multiplicatione, iudicíis quoq; eius ſimilis inueniri. Et ideo cognoſce ait: quia nullus à deo qui ſolus eſt & fortis & ſapiens, iniuſtè poterit condemnari.

h ¶ Quis poterit ſcrutari vias eius.) Quis vtiq;, niſi impíus, ſuperbus, ſiue ſacrilegus, vias diuinorũ operum ſcrutari preſumat: quod non licet, & tamen quantauis intentione mentis perquirat, eas inuenire nõ poterit. i ¶ Aut quis &c.) Quis ergo tam temerarius & iniquus atq; iniuſtus: qui hoc audeat loqui? Hæc omnia in iniuriam Iob dicuntur. k ¶ Memento q; &c.) Vel omne generale opus eius: vel certè ſpeciale opus eius. Super omnia enim magna, & mirabilia opera eius,

1.Cor.2.c. eſt diſpenſationis Chriſti myſterium, quod oculus nõ vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcendit. Alij dixerunt: Memento, quia magna ſint eius opera, quæ laudauerunt viri. De omnibus operibus dei dicit, quæ ſancti viri in honorem diuinæ veneratiõnis meritò laudauerunt. l ¶ Omnes homines vident eum: vnuſquiſq; intuetur procul.) Per naturæ bonum, notitia creatoris ineſt cordibus hominum, & quanuis aliquis tam paruus ſit & frigidus, vt alienus eſſe ſtudeat à creatore ſuo deo: nullus tamen eſt qui ſe abſcondit à calore eius. Et ideo vnuſquiſque mortalíũ, licẽt delõgé, ſentit & intelligit, Pſalm.18.a. diſſimiliter quidẽ omnino: quia non tanquam corpus aut ſicut quemcũque ſpiritum creatum, ita ſentit eſſe deum ſiue intelligit, ſed alio multo & ineffabili modo, quo deus acie mentis eſt intuẽdꝰ: vbi in ipſo obtutu cordis intelligendo, videt hõ quod ſupra ipſum eſt illud diuinũ no

Ioan.6.c men, quod contẽplari conatur. m ¶ Ecce deus magnus vincens ſcientiam noſtram.) Vincẽs ſcientiam noſtram magnitudine ſcientiæ ſuę: & altitudine iudiciorũ ſuorũ. n ¶ Qui aufert ſtillas pluuiæ, &c.) Hanc ergo pluuiam, legem Moyſi intelligamus, quæ de cœlo velut pluuia venit populo Iudęorum. Et pluuia dicta eſt propter præceptorum multitudinem, ſicut & ipſe Moyſes de eadem gente Iudęorum ait, dicens: Expectẽt ſicut Deute.32.a pluuia eloquium meum. Huius igitur pluuiæ ſtillas de illa gente abſtulit deus, vt eſt vel de incarnatione vel paſſione, vel de reſurrectione Chriſti: quæ Iudæi credere excæcato corde noluerunt: quę ſunt parua quidem mandata legalia, vt ea ad euangelij fidem transferret, ſicut ait Apoſtolus: Verbum Roma.9.f enim conſummans, & breuians in æquitate, & reliqua. Et de his ſtillis, paruiſq; guttis, tonante euangelio, prędicationis Chriſti imbres effuſi ſunt ſuper terrã. Et hi imbres adiuſtar gurgitum eſſe dicuntur: qui vtique cùm in terram copioſè deſcendant: profunditatem in ſe, & obſcuritatem continent myſteriorum, quæ in lege, & prophetis per figuras, & ſimilitudines dicta vel facta ſunt, in reuelatione aduentus domini, obſcuritate ſui & profunditate myſteriorum, veluti clauſa ſigna inuenta ſunt. Imbrium verò nomine, largè effuſam gra

M tiam ſpiritus ſancti eſſe nouerimus, ſicut ait Apoſtolus, per Titum.3.b lauacrum regenerationis, & renouationis ſpiritus ſancti, quem effudit in nos abundè per Ieſum Chriſtum. o ¶ Qui de nubibus fluunt, quæ prętexerunt cuncta deſuper.) Nubes ſcimus plerunq; in ſcripturis ſanctos appellari, ſicut & manifeſtum eſt quodam loco, dicente domino: Et nubibus mandabo, ne pluãt ſuper eam pluuiam: id eſt vineam, quod eſt, ſuper Eſa.5.b gentem peccatricem Iudæorum: verbis ſuis ſalutis pluuiam non effunderent. De talibus igitur nubibus, apoſtolis videlicet & apoſtolicis viris prædicatoribus veritatis: illi imbres pluunt talem pluuiam, quæ habeat in ſe ſimilitudinem gurgitum, propter arcanorum cœleſtium opacitatem: vbi congruè illud Dauidicum dicitur: Tenebroſa aqua in nubibus aeris. Hę igitur nubes inquam, per quas imbres gurgitum fluPſalm.17.b. unt in terram, prætexunt cuncta deſuper. Habentes enim intra ſe aquas euangelij, vt flumina de ventre eorũ fluant aquæ Ioan.7.f viuæ, de ſuperioribus myſterijs, quaſi quodam prætextu, & obſcuritate aquarum obſtaculum carnalibus faciunt & terrenis. p ¶ Si voluerit &c.) Ita enim prædictas nubes extẽdit, vt de eis in omnem terram exierit ſonus eorum, & in fines Pſalm.18 orbis terræ verba illorum: quemadmodum poſtea locutus eſt ad diſcipulos ſuos: id eſt nubes ſuas, dicens: Et eritis mihi Act.1.a teſtes

A teſtes in Hieruſalem, & Iudęa & Samaria, & vſq; ad vltimum terræ: per quas vtique nubes ſuas fulgura prædicationis reſplenderunt, & nominis Chriſti fama de cœlo velut lumen effulſit. Maris etiam mundi videlicet huius cardines occupauit: ſiue cardines mundi poſſumus intelligere principes, & capita gentium diuerſarũ: quorum erroribus ac prauis doctrinarum ſuaſionibus, mundus in loco ſuperſtitionis dæmoniorũ velut in cardine vertebatur.

a ¶ Per hæc enim iudicat populos, & dat eſcas multis mortalibꝰ.) Iſtis enim rebus ſacramẽtorum prædictis: ſtatuit deꝰ pietatis ſuæ iudicio vniuerſis populis miſereri, & dare eſcas doctrinę verbi ſui, ſiue myſteriorum cunctis mortalibus, ſecundum quod ipſe ait: Ego ſum panis viuus qui de cœlo deſcẽdi.

b ¶ In manibus abſcondit lucẽ & præcipit ei vt rurſus adueniat.) Poteſtate iuſti iudicij ſui, lumen notitiæ ſuæ abſcondit à

B peccatoribus malum operantibus, & venire eam ad illuminationem mentis præcipit: ſi deũ adiutorem eius quiſpiam fideliter quæreret. c ¶ Annunciat de ea amico ſuo, q; poſſeſſio eius ſit, & ad eam poſſit aſcẽdere.) Deus luce manifeſtationis ſuæ fidelem ſibi amicum in corde docet & inſtruit. Erudiens quoque annunciat ei, quòd lux ſiue illa illuminationis gratia, ſiue diuinorum charitas, pmiſſorũ poſſeſſio eius ſit, & ad eam ſi diſponat aſcenſiones in corde ſuo quotidie proficiendo perueniat.

Caput XXXVII.

d SVper hoc expauit cor meum.) Siue obſtupuit cor meũ, vt alij dixerunt. e ¶ Et emotum eſt de loco ſuo.) Prædictis diuinis myſterijs, & luce cognitionis dei patefacta, quæ niſi amicis dei, & fidelibus demõſtratur: perterritum eſt, inquit, cor meum Heliu, & zelo ignorantiæ ad ſacramentorum cognitionem tranſlatum. f ¶ Audiet auditionem in terrore vocis eius, & ſonum de ore illius procedentem.) Quemadmodum vult deus audire quod dicit, ita audite: quoniam terret vox eius tantis ſacramentis myſteriorũ

C prędalida: ſonumque oris eius, ſiue vt alij dixerũt, ſtrepitum, pari modo audite. Hic ergo ſonus eſt maxillarũ dei, qui fortè idcirco ſonus dictus eſt: non ſimpliciter ſermo, vt inobedientia ſurdos, & obdurato corde incredulos vox clarior percuteret, & totos ad timendum dominum commoueret.

g ¶ Subter omnes cœlos ipſe conſideret, & lumen illius ſup terminos terræ.) Quid ſit hoc mirum de omnipotentia dei, qui vbique eſt in cœlo, & in terra, in mari, & in abyſſis. Sed videamus ſecundum allegoricum intellectum, quid ſit quod de Heliu ait: Subter omnes cœlos conſiderat. Sanctos viros, cœlos ſcriptura diuina appellare conſueuit: propter cœleſtẽ

Philipp.3.b vtique conuerſationem, quibus ita dicitur: Conuerſatio veſtra in cœlis eſt. Dominus ergo ſubter hos cœlos conſiderat: vel dum ea quæ intra eos ſunt, arcanorum ſcrutator introſpicit: vel dum imbecillitatem corporum eorum, quæ animi imperio crucis virtute ſubdiderint, gubernat, ac ſuſtinet, & contra carnalium paſſionum bella corroborat. Secundum hunc ſenſum eſt, quod timore concuſſus propheta, ait: Et ſubtus me turbata eſt habitudo mea. Termini quoque ſiue fines terræ ipſi ſancti ſunt: finem terrenis paſſionibus, & cupiditatibꝰ

1.Pet.4.a. imponentes: eo q; non ſint in medio Babylonis: nec ſeculi huius vitiis circundantur, ſecũdum quod Petrus apoſtolus ait: Chriſtus igitur in carne paſſus, reliquit nobis exemplũ: quia paſſus eſt in carne, deſiit eſſe à peccatis, vt iam nõ hominum deſideriis, ſed voluntati dei, quod reliquum eſt in carne, viuat temporis: id eſt, viuens pro tempore, deſinentibus in carne peccatis velut in finibus habitet carnis. In his finibus poſita regina Saba, quæ typum gerebat eccleſiæ, veri Salomonis meruit audire ſapientiam. Tales igitur terminos deus lumine gratiæ ſuæ atque agnitionis illuſtrat. h ¶ Poſt eum rugiet ſonitus.) Siue vt alij dixerunt: fremet vox. i ¶ Tonabit voce magnitudinis ſuæ, & non inueſtigabitur cùm audita fuerit vox eius.) Cùm poſitis in extremo terræ hominibus, deus in memoriã venerit: illicò ſuper infirmitate mortalitatis ſuæ, gementes ad eũ rugient, ſicut propheta ait: Rugiebam à gemitu Pſal.37.b. cordis mei, & tunc hîc rugitus faciet ſonitum in affectu orationis, clamantium ad deum: qui perueniat vſq; in cœlum. Vnde & tonabit eis dominus voce preceptorum ſuorum, vt timeant à facie eiꝰ. Quo fragore tonitrui ſimul agnoſce: quia deus ante

E deſiderium eorum inueſtigabilis ſit & immenſus. k ¶ Tonabit fortis in voce ſua mirabiliter: qui facit magna & inſcrutabilia. Qui præcipit niui, vt deſcendat ſuper terram: & hyemis

m pluuiis, & imbri fortitudinis ſuæ. Qui in manu omnium hominum ſignat: vt nouerint ſinguli opera ſua. Ingredietur beſtia latibulum ſuũ, & in antro ſuo morabitur.

Ab interuiis, & imbri fortitudinis ſuæ.) Niuem candorem gratię, quę per baptiſmum fidelibus ſpiritus ſancti dona tribuitur, ſuperius diximus poſſe ſignificari: & exempla illic teſtimoniorũ de ſcripturis multa protulimus, de quibus & illud Dauidicum, vbi ait in pſalmo: Niue dealbabuntur in Selmon: quod Pſalm.67.c eſt in vmbra. Hoc igitur ait, quòd cœleſtis, id eſt deus de cœlo veniens, reges quoque diſcreturus ſit & ſeparaturus: ſiue in vmbra ſint dealbandi: vbi hoc mihi ſignificare videtꝰ: quia regeneratio vetuſtiſſimorum hominum in Chriſto, obũbrante ſpiritu ſancto eſſet efficienda. Hæc igitur gratia, niuis nomine ſignificata: ex præcepto diuinitatis deſcendit in terrã,

F quod eſt per Ieſum Chriſtum venit ad homines: per quã vetuſtas noſtra inſtauraretur in melius. Contra hanc gratiam Chriſti, tribulationes perſecutionum futuras in pluuiis hyemalibus voluit indicare, & propter graues preſſuras, hyemales pluuias dixit: quas tamen imber fortitudinis ſpiritus ſancti, eſſet ſuperaturus, quia eis dictum eſt: Non enim vos eſtis Matth.10.c. qui loquimini: ſed ſpiritus patris veſtri, qui loquiꝰ in vobis.

m ¶ Qui in manu omnium ſignat, vt nouerint ſinguli opera ſua.) In manu, id eſt, in liberi arbitrij poteſtate: ſecundũ imaginem & ſimilitudinem dei, qua homo eſt à deo conditus & creatus: habet hanc ſapientiam veluti quodam ſigno diuinę operationis impreſſam, vt iuxta liberi arbitrij iudicium nouerit vnuſquiſque hominum opera ſua: ſiue vt alij dixerunt, infirmitatem ſuam nouerit: id eſt, vt vaſa fragilia ſe ſubita morte confringi. n ¶ Ingredietur beſtia latibulum &c.) Beſtiam iſtam, inuentorem malorum diabolum non abſurdè ſentimus: qui idcirco, & ſingularis ferus dicitur: quia proce- Pſalm.79.b dit ſiue ſuperat malitia eius, malitiam omnium operantium iniquitatem. Hæc igitur beſtia rationabilis, ingreditur latibulum ſuum, pectus ſcilicet humanum: quando ex permiſſu iudicij dei, poteſtatẽ accipit hominibus dominandi, & in antrum quod ſuum fecit, ſibi conſtituit habitationem. Siue antrũ vel etiã latibulũ diaboli, oẽs peccatores intelligẽdi ſunt: duri videlicet infidelitate vel ſaxei: quos vitiis ſuis atq; illecebris poſſidet, & in quorũ cordibꝰ criminibusq; requieſcit.

Ab interio-

G a ¶Ab interioribus egredietur tempestas,& ab arcturo frigus.)Non mihi videtur quòd de istius mũdi plagis,siue qualitatibus, vel etiam secretis eius motibus dixerit, sed quemadmodum diximus antrum siue latibulum dæmoniorum,esse humana præcordia:ita hæc interiora cùm ea ingressi fuerint,secreta eorum &abdita intelligam⁹consilia:vnde in hunc mundum persecutionum tempestates venire credũtur,vt & peccatores conterant sicut Aegyptios,quibus venit immissio per angelos malos. Et sancti eadem tempestate tribulationũ nimia conturbentur,sicut quidam eorum ait: Grauati sumus supra 2.Cor.1.b virtutem,ita vt tæderet nos etiam viuere. Frigus quoque eius infidelitatis immittit, vt à charitate dei, & calore fidei discedentes, in algorem negationis incurrant,quæ omnia immittũt dæmones per ministerium, & sententias principum,& infidelium potestatum. Arcturus verò, quia in sinistra mundi est cõstitutus,aduersariam partem significat: de cuius climate vẽtus H Aquilo gelidus spirat contra meridiem. b ¶Flante deo cõ crescit gelu,&rursum latissimè funduntur aquæ.) Quòd hic dixit flante deo concrescere aquas, id est glaciari, & concretas fieri: in psalmo econtrariò Psal.147.b. dicit: Flauit,inquit,spiritus eius, & fluent aquæ:id est resoluentur ac defluent. Sed siue hic flante deo, siue in psalmo flabit spiritus eius,iubẽte deo,siue iubebit spiritus, intelligere possumus. Et quod hic dixit, concrescit gelu : hoc in psalmi superiore versiculo ait : Emittit cristallum suũ sicut frusta panis. Ita autem hyemali tempore fieri nouimus,vt flante, id est iubente deo, nimio frigore densentur, vel etiam concrescant aquæ,& iterum tempore aëris resoluantur. Secundum mysticos verò intellectus in præteritis generationib⁹ ob meritum suum relinquente deo genus humanum : flatu oris dei & iustitiæ eius manante sententia,dum remouetur ab igne diuino,omnis creatura cõcreta est tanquam gelu,& à vera dei cognitione, frigoris sui immensitate constricta. Nunc verò per gratiam domini & saluatoris nostri, sicut ait Petrus apo Acto.17.g stolus: Tempora ignorantiæ despiciens deus:rursum ab illo algore obliuionis atque duritia,quæ sicut longi temporis ge I lu obduruerat, charitatis dei igne soluuntur aquæ populorum,vt fluant & recurrant ad deum. c ¶ Frumentum desiderat nubes.)Hoc est frumentum, de quo dominus in euan- Matt.13.c gelio ait per parabolam, dicens: Colligite zizania in fasciculos ad comburendum: triticum autem congregate in horreum meum. Proinde hoc viuum frumentum,doctores quosque ecclesiæ:qui velut nubes portant aquas euangelij,audire desiderat:sicut & illi qui erant de hoc frumento domini- Acto.14.d co,habitantes Antiochiæ Pisidiæ:rogabant Paulum & Barnabam,vt loquerentur eis verbum dei, quod fecerunt Apo- Acto.10.f stoli suadentes permanere in gratia dei. Cornelius quoq; ad Petrum ait: Nũc ergo omnes nos in conspectu tuo assumus, audire omnia quæcũq; tibi præcepta sunt à domino. Et Moy- Deute.32.a. ses ait: Excipiat velut pluuia eloquium meum:& descendãt 1.Cor.3.b. sicut ros verba mea. Vnde & Apostolus ait:Ego plantaui, Apollo rigauit,sed deus incrementum dedit. Hęc nubes potest & ipse dominus.i. assumptus homo in deum intelligi, sicut Esa.19.a. propheta prænunciauit, dicens:Ecce descendet dominus in nube leui in Aegyptum: per quem diuina gratia & doctrina cœlestis,mundo effundenda prænunciabatur. Et pulchrè nubes leuis dicitur: siue quia ipse saluator peccatum non fecit agnus dei:siue quia virgo Maria mater domini, non est virili semine aggrauata.leuis nubes est dicta. d ¶Et nubes &c.) Lumen vtiq; euangelij, prædicationum coruscatione mittentes: lumen euangelij spargunt supra corda credentium. Alij verò interpretes dixerunt: Et ipsa per circumitum vertitur K in gubernaculis, ad operanda omnia quæ mandauerat eis. Mar.16.d Hæc sunt igitur quæ mandauit,& præcepit cæteris nubibus suis dicens: Ite in vniuersum mundum,prędicate euangelium vniuersæ creaturæ. Proinde quasi vento spiritu dei, quo vt nubes agebãtur, prohibiti sunt ire Bithyniam, & de Iudæa Romam illis transire præceptum, & ita sicut ista æditio continet, orbem vniuersum lustrãtes circumierunt. e ¶ Siue in vna tribu,&c.) Hoc est qđ ipse dominus alt in Euangelio: Eritis Acto.1.a mihi testes in Hierusalem & Samaria,& vsque ad vltimum terræ : vbi illud præcipuè intuendum est,quod ait : In quocunq; loco misericordiæ suæ iusserit inueniri:vbi per gratiam Christi,atque pietatis suæ misericordiam, significauit ad fidem reuocandos. f ¶Auscultа hæc Iob : sta & considera mirabilia dei.) Admonet Heliu vt sacramenta in Christo &ecclesia adimplenda,Iob aure cordis diligenter intẽdat,& in mentis suæ specula constitutus : vbi etiam vigilantia contuendi doceꝰ stare:consideret miraculorum dei futura mysteria, quæ per nubes rationales operaturus sit. g ¶Nunquid scis &c.)More prophetarum pro factis futura cõmemorat. Præcipit igitur deus pluuiis euangelicis,vt nubium suarum lucem,id est,sancta opera sua doctores per infusionem fidei demonstrarent, & hæc ad illuminandos homines misericordia cœlestis operatur. h ¶Nũquid nosti semitas nubium magnas,& perfectas scientias?)Hic dum dicit perfectas scientias,de rationalibus se nubibus euidẽter ostẽdit dicere,& prædicatorum viis,& subtilium sensuum semitis. Dic mihi quæso:si cognoscere potuisti,quę semitæ in nubibus sunt magnæ & perfectæ scientiæ?Figurabat hæc dicẽdo,apostolicas nubes:quarum vna citissima nubes ait ad saluatorem: Tu es Christus filius dei viui: quæ quoniam suspensa à terra, & proxima erat cœlo: respondit ei dominus:Hoc Matt.16.b. tibi non reuelauit caro & sanguis: sed pater meus. Alius verò Apostolus tanquam nubes plena aquis perfectæ scientiæ, à tonitruo euangelij copiosum imbrem effundit ita dicens:in principio erat verbũ &c.Quo validissimo tonitruo vbiq; re- Ioan.1.a sonante: vt omnem terram ad fidem religionis tremore concuteret:alius in Iudæa per iteratam natiuitatem exortus:velut parua nubecula ista creuit , & flante spiritu dilatatus est: M vt pluuias mysteriorum à seculis secretorum perfectæ scientiæ , vsque ad Illyricum spargeret, aliasq; totius mundi regiones largis effusionibus irrigaret. Et hinc est vt aliqui eorum appellarentur filij tonitrui : alius verò diceretur filius suspendentis aquas. i ¶ Nonne vestimenta tua calida Mar.3.b sunt , &c.) Alij dixerunt , tua stola calida est. Hoc quidem verùm est: q̃ meridianus ventus sit calidus, quo flante etiam vestimenta hominum,vel corporum,quæ animarum vestimẽta sunt,concalescunt. Sed quia nubes,homines sanctos,veritas prophetiæ nos intelligere compulit, ventum calidum à meridie spirantem:feruentem fidem,vel gratiã spiritus sancti ardentem,& clarius illuminãtem intelligamus, vel ipsum dominum nostrum,de quo legimus: Deus ab Austro veniet: Habac.3.a. quo rationalem terram perflante,virtutes animi,quæ sunt vestimenta interioris hominis, inardescunt:& ideo vestimenta appellantur, quoniam ipsi qui eis vtitur, pulchram animam faciunt & decoram. Et ob hoc hortatur Apostolus dicens: Fratres induite vos sicut electi dei & dilecti, viscera misericordiæ,benignitatem,humilitatem, modestiam, patientiam, Coloss.3.b &c. Et hæc igitur ab Heliu,sicut & alia,spiritu prophetię dicuntur. k ¶Tu forsitan cum eo fabricatus es &c.)Hęc ab Heliu iuxta literam in iniuriam Iob per Ironiam dicuntur.

a Ab interioribus egredietur tempestas, &
b ab arcturo frigus. Flante deo concrescit
gelu,& rursum latissimè funduntur aquæ.
c Frumentũ desiderat nubes, & nubes spar
d gunt lumen suũ. Quæ lustrant cuncta per
circumitum quocunque eas voluntas gubernãtis duxerit,ad omne quod præcepit
e illis super faciem orbis terrarum : siue in
vna tribu,siue in terra sua,siue in quocun
que loco misericordiæ suæ eas iusserit in-
f ueniri. Auscúlta hæc Iob:sta & considera
g mirabilia dei. Nũnquid scis,quando præcepit deus pluuiis , vt ostenderent lucem
h nubium ei⁹? Nũnquid nosti semitas nubiũ
i magnas,& perfectas scientias? Nõne vestimenta tua calida sunt, cum perflata fu-
k erit terra Austro? Tu forsitan cum eo fabricatus

Hæc

A Hæc igitur prima fronte intellectus huius dicta sint. Nunc verò secundum prophetiæ spiritum, sensum mysticum persequamur:vt cœlos scripturas sanctas intelligamus, quæ de cœlo datæ sunt hominibus : quarum perpetuitatem ex æris soliditate voluit demonstrare. Sed dicit quispiam: quomodo æternæ erunt scripturæ diuinæ si mundus certo fine,deo denũciante,est terminãdus? sic enim Matt.24.c. ait in euangelio:Cœlum & terra transibunt. Verum est quidẽ quòd librorum pelliculæ cum ipsis literis abolendæ sunt : sed quia subiungit dominus , verba verò mea non præteribũt: proculdubio quod eisdem apicib⁹ pollicetur, erit æternum. Hos igitur cœlos,ait Heliu,in quib⁹ est diuinitatis secreta dispositio tu forsitan cum deo velut simili pollens sapientia,fabricatus es, quos deus æternus ante mundi constitutionem præfiniuit quãdoque erumpere in corpora literarum, qui in illo æternaliter B erant:non iam existentes,sed ip si soli præscientiæ suæ luce cõspicui. Et cœlos, sanctos ãgelos non absurdè sentimus: qui propter cœlorum habitationem,rectissimè cœli dicuntur, & sunt velut æs ęternitate solidati. De quibus psalmista singulari no- Psalm.113.d mine ait: Cœlum cœli domino. Secundum tropicum intellectũ cœli, sancti omnes propter cœlestẽ conuersationem: & propter prædicationem mandatorum cœlestium nuncupantur. Heliu autem si prophetiæ spiritum habuit: secundum hunc intellectum quem diximus,potuit contẽplatione mentis suæ, hæc in Christo reuelanda cognoscere:& aliis modis,quibus videtur cœlorum nuncupationem sensisse,licèt hoc ipsum in irrisionẽ sancti Iob dici non debuerit. a ¶Ostende &c.) Insultantis verbum est,& exprobrantis,ostende nobis:cum illud verum dicat:sed ad comparationem scientiæ sub ignorantiæ tenebris commanent. Nam quomodo à sancto Iob discere inquirit,quem in verbis suis reprehendit & reprobat? Ostende, inquit,ô Iob, si aliquid amplius,& melius nosse te arbitraris: quoniam nos grandis ignorantiæ atq; insciẽtiæ tenebris detinemur. Certum est ergo quòd Heliu deridens Iob atq; subsannans hæc dicat. b ¶Quis narrabit ei quę C loquor? Etiam si locutus fuerit homo,deuorabitur.)Dixi tibi quidem ô Iob, vt ostenderes mihi quid loqui possem: sed hæc ipsa quæ de deo dico:quis ei ausus est loqui?Certè si locutus fuerit quispiam,quod ei omnino non expedit: pro hoc ipso peccato temeritatis,& irreuerentiæ deuorabitur,vt hic Heliu ait. Ita in psalmis legimus . Deuorati sunt iuxta petrã Psal.140.d iudices eorum:vbi intelligitur peccato diffidentiæ deuoratos atque absorptos iudices populi Israelis in eremo:qui nõ crediderunt quòd possent de petra,aquarum flumina virtute diuinæ promissionis educi. c ¶At nunc non vident lucẽ. Subitò aer cogetur in nubes:&ventus transiens fugabit eas.) Ita infœlicitate huiusmodi excæcati sunt: vt fiant quemadmodum aër quando crassescit in nubes:& ita in iusto iudicio dei velut venti in impetu auferentur:sicut impij quos deficit ventus à facie terræ. Alij dixerunt: omnibus autem non est visibile lumen,quod fulget in nubibus & spiritus transit & fugabit eas. Hic mysticum nescio quid locutus est,quod iã non omnibus resplendet illuminatio euangelij . His vtique non resplendet,quorum sensus excæcauit deus,vt non videant lumen euangelij gloriæ Christi : qui est imago inuisibilis patris: Hic igitur spiritus iustæ sententiæ dei,fugabit eos à cœtu beatorum:vt non videant lumen euangelij glorię Christi. d ¶Ab Aquilone aurum venit:& à deo formidolosa laudatio.) Audiui quendam ita dicentem , quòd ætatis tempore sole in Aquilone nascente aurora ardentior rutilat: ita vt ip D se sol colorem aureum præferat:& inde Heliu loqui videatur aurum venire:id est , mundo flammeam rotam Solis oriri: & super hoc præclarum sydus sit ad deum hominibus formidolosa laudatio . Nos autem aurum sanctos intelligimus,qui secundum spiritualem sensum ab Aquilonè diabolo, sanguine domini redimuntur. Hoc igitur modo venit ad deum cœtus sanctorum cum tremore laudantium eum: ac sibi cum quadam formidine , incredibile arbitrantium , quòd potuerunt de hoste grauissimo liberari. Quotidie quoque examinationibus velut aurum flammis tentationum excoctum , de fornace mundi istius eruuntur. Alij dixerunt,ab Aquilone nubes coloris aurei: in his est magna gloria & honor omnipotẽtis: non inuenimus similitudinẽ virtutis eius. Ita enim sanctos homines,qui sunt nubes dei,tenet frigor Aquilonis,vt eos pre cios os:&igne charitatis rutilos reddant. Et idcirco magna gloria domini & honor omnipotentis est. Non inuenitur alius similis virtutis eius, qui tanta bona ex rebus contrarijs speret. E e ¶Dignè eũ inuenire non possumus. Magnus fortitudine, & iudicio,& iustitia &c.)Quoniam,inquit,sicut fortitudine magnus & potens est deus: ita iudicio & iustitia verus est,& enarrari non potest . Idcirco sicuti est,à creatura sua quæ adeo imbecillis est & infirma,nõ potest inueniri: propter quod magni viri atque cordati non præsument scrutari incomprehensibilem,neque contemplari inuisibilem conabuntur . Hoc autẽ totum in sancti Iob exprobrationem dicitur : qui dixerit se à deo,sine vllo iniquitatis merito flagellatum. Alij dixerunt,qui iustè iudicat non putas audire eum , propterea timebunt eum homines: timebunt quoque & sapientes corde: hoc inquiunt,quia deus iu- Acto.10.e stè iudicat:apud quem non est personarum acceptio. Omnes sapientes & idiotæ considerantes semetipsos,timebunt eum: scientes quia secundum modum iustitiæ suæ vltor iniquitatum est: exaudiet enim iniqua patientes. F

bricatus es cœlos:qui solidissimi,quasi æ-
a re fusi sunt . Ostẽde nobis,quid dicamus
illi,Nos quippe tuoluimur tenebris. Quis
b nãrrabit ei quæ loquor ? Etiam si locutus
c fuerit homo,deuorabitur:ât nunc non vi-
dent lucem. Subito aer cogetur in nubes:
& ventus transiens fugabit eas. Ab Aqui-
d lõne aurum veniet: & à deo formidolosa
e laudatio. Dignè eũm inuenire non possumus. Magnus fortitudine & iudicio & iu
stitia,&enarrari non potest. Ideo timebũt
eum viri , & non audebunt contemplari
omnes qui sibi videntur esse sapientes.

Caput XXXVIII.

f Respondens autem dominus Iob de
g turbine, dixit: Quis est iste inuol-
uens sententias sermonibus imperi-
h tis? Accingẽ sicut vir lumbos tuos:interro
i gabo te:& responde mihi. Vbi eras quãdo
ponebam fundamenta terræ? Indica mihi
si habes

Caput XXXVIII.

f Respondens autẽ Iob dominus de turbine dixit:) Sermone terribili , & increpatiuo arguendus Iob, responsum à domino accepit:hoc enim ipsum quod de turbine dicitur:ad terrorem pertinet obiurgationis: q̃ esset vt dixi increpandus à domino. Dixerat enim Iob se iustũ iniuste à domino castigatum : de turbine ergo dominus ait:
g ¶Quis est iste inuoluens sententias sermonibus imperitis?) His verbis amouetur Heliu cum suis confusis atq; permixtis disputationibus contra Iob : vbi dei verba videntur intelligi. Et si tu ô Iob loquẽdo talia in me,delicta aliqua cõmisisti: iste quis est qui te audeat redarguere : præsertim cũ ad increpandum non sit idoneus qui velut melior obiugare te debeat? Amoto igitur Heliu de medio cum imperitis eius sententiis,conuertit se dominus ad Iob & ait ei: vt ad increpationem eius audiendam se præpararet, dicens hoc modo.
h ¶Accinge sicut vir lũbos tuos:interrogabo te, & responde mihi.) Omnis igitur qui cum deo est locuturus, lumbos prius castitate iubetur accingere. Populus etiam legem auditurus,& pascha celebraturus in eremo:lumbos mentis iubetur accingere:ne fluctuãtes sinus carnalium cogitationũ, gressum sanctæ conuersationis impediant: vel super lumbos nostros corporeos vestimenta præcingimus. Dicendo ergo:
i ¶Vbi eras quando ponebã fundamenta terræ.)Deo respõdere nõ potuit:quasi hoc modo loquit ei deus. Tu igit Iob,q

G circa vnum homunculum iniustè me arguis operari: vbi eras cùm ego mundum quem ex nihilo feceram gubernarem: & cùm omnem creaturam moderatione iustitiæ regam: in te eram iniustitiæ aliquid acturus? Hic deus hoc sermone sub animalium, auiumq; nominibus, magna & valde obscura, & ecclesię sacramenta contexit.

a si habes intelligentiam. Quis posuit men-
suras eius si nosti: vel quis tetendit super
b eam lineā? Super quo bases illius solida-
c tæ sunt? Aut quis demisit lapidem angu-
d larem eius, cùm me laudarent simul astra
matutina, & iubilarent omnes filij dei?
e Quis conclusit ostiis mare, quando erum-
f pebat quasi de vulua procedens: cùm po-
nerem

De9 ergo secundum mysticos intellectus in prædestinatione Apostolos præcipuos sanctos ecclesiæ fundamenta constituit: sicut Ephe.2.d ait Apostolus: Superædificati, inquit, super fundamenta Apostolorum & prophetarum. Siue vt alij dixerunt: vbi eras cū fundarem terram: id est, cùm ecclesiam de terra humani generis congregatam, virtute fidei stabilirem. a ¶Quis posuit mēsuras eius si nosti: vel quis tetendit super eam lineam?) Virtutem suam deus & potentiam mensurasq;, & mundi conditionem describit: super quem lineam boni rectiq; operis sui tetēderit. Aliter: mēsuræ ecclesię sunt à solis ortu vsq; ad occasum: in qua adhuc mensuræ intelligi possunt, æqualitas & Esa.54.a plenitudo trinitatis: cui ecclesiæ dicitur per prophetam: In H exortu eius dilata locum tabernaculi tui, & pelles tabernaculorum tuorum extende, ne parcas, longos fac funiculos tuos, & clauos tuos consolida: ad dextram & sinistram penetrabis: semen enim tuum gentes hæreditabit: & ciuitates desertas inhabitabit. Super has igitur mensuras locorum omnium: vniuersum mundum rectæ fidei tetendit: vt esset omnibus in Christum credentibus labium vnum: hæc ergo mysteria ante secula constituta, Iob quippe qui dum non esset, scire non potuit. Siue mensuras ecclesiæ, diuersitates gratiarum rectè intelligimus, quas Apostolus diuisiones spiritus appellauit: 1.Cor.12.b. qui ita cùm de diuersis gratiis diceret, ait: Hæc autem omnia operatur vnus atque idem spiritus, diuidens vnicuique prout vult: Item ait, vnicuiq; autem nostrum data est gratia secundum mensuram donationis Christi. Per has igitur gratias intentio est contemplationis, velut linea rectè credentium Acto.4.f in deo: sicut dicitur in Actibus apostolorum. Erat illis cor vnum & anima vna in deum. b ¶Super quo bases illius solidatæ sunt?) Vnde potuit creatura rationalis & sapiēs, opus creatoris antequam esset ipsa cognoscere: cum etiam nunc vix posset aliqua ex operibus eius sensu attingere. Aliter, super quo bases terræ ecclesiæ solidè stabiliuntur, nisi super Christum petram, qui est principium fundamentorum eius. Bases autem ecclesiæ, sunt sancti quique potentes & fortes: à quibus eadem sustinetur & regitur. Alij dixerunt, super quo I circuli eius fixi sunt: vt intelligamus pondus roboris mundi secundum illum sensum esse: quo psalmista de hoc loquitur, Psal.92.a dicens: Etenim firmauit orbem terræ, qui non commouebitur. Circuli enim rotūdi figura est, figuris cęteris pulchrior. Nam circulus ex omni parte sibi est congruus & ęqualis: totusq; per semetipsum solidus vadit: & inter oculorum aciem, per suum infinitum habitum: quia sine vllo fine semper in seipsum recurrit, & inexplicabiliter ducitur. Hic igitur significare mihi videtur hominem in nullo sibi aduersantem, neq; se ex parte aliqua oppugnantem, quales erunt in futuro beato Gala.5.c. seculo: tunc enim caro non concupiscet aduersus spiritū, & spiritus aduersus carnem. Quanuis hujus pacis beatitudinem etiam in hoc seculo nonnulli sancti ex parte præsenserint: non quidē nullam interioris exteriorisq; se in ipsis sentiendo discordiam: sed hostilem vitiorum exercitum resistē 1.Reg.1.a tibus fortiores superando virtutibus: vt Helcana pater sancti Samuelis vir vnus dictus est: Sic itaque totus in se erit sibiq; conueniens: & immobiliter in illa gloria ac sine fine cōsistens. Hi igitur circuli figurati per dilectionis dei copulā, Roma.8.g ligno crucis affixi sunt: & vnusquisque eorum dicit: Confido enim, quia neque mors neq; vita, &c. c ¶ Aut quis demisit lapidem angularē eius.) Hic lapis angularis Christus, qui à deo patre positus est in fundamento terræ dominicæ: ipse est enim non solum fundamentalis, sed & angularis: in quo duo populi, Iudæorum videlicet, & gentium continentur. K De quo & psalmista ait: Lapis quem reprobauerunt ædificantes, hic factus est in caput anguli: Psalm.117.e Et Apostolus ait: Ipso summo angulari lapide Christo Iesu in quo omnis structura Ephe.2.d compaginata crescit in templum sanctum. Huuc igitur pater demisit in terram vt in fundamentum poneretur.

d ¶Cùm, inquit, laudarent simul astra matutina, & iubilarent omnes filij dei?) Demisso itaque in fundamentis Sion lapide precioso, qui est secundus homo de cœlo cœlestis, laudauerūt, inquit, me simul astra matutina, & iniubilarunt omnes filij dei. Astra & filij dei angeli intelliguntur: qui in natiuitate saluatoris exultauerunt: Sicut ait angelus ad pastores. Luc.2.b. Ecce euangelizo vobis gaudium magnum: quia natus est saluator, qui est Christus domin9, in ciuitate Dauid. Item euangelista: Et subito facta est cum angelo multitudo, & cætera. Ideo autem angeli astra matutina dicūtur, quia inter creaturas rationales primi facti sunt in die qui est Christus, & filij dei sunt: non sunt filij tenebrarum: sicut illi qui de eorum numero collapsi sunt, facti non solum L filij tenebrarum: sed etiam rectores tenebrarum, id est, hominum peccatorum. Tunc voce magna, sicut supradictum est, laudauerunt me omnes angeli mei. Quemadmodum in illius ouiculæ humani generis salute laudantes deum gauisi sunt. Item astra matutina omnes filios ecclesiæ non absurdè sentimus: qui per baptismum renascuntur Christo: sicut ait Apostolus ad ecclesiam scribens: Omnes vos estis filij per fidem 1.Thess.5.a. in Christo Iesu. Hi ergo propter vigiliam matutinam, in qua dominus resurrexit, astra matutina dicuntur: vel pro incipiēte eis gratiæ nouo lumine: vnde & Neophyti nuncupantur. e ¶ Quis conclusit ostiis mare, quando erumpebat quasi de vulua procedens.) Cùm in conditione mundi aquæ omnem terram operirent, & tenebrę essent super faciem abyssi: tunc secundum fidem libri Geneseos, præcepit deus die tertio, vt Gene.1.a omnes aquę in locum vnum congregarentur. Quibus etiam terminum finemq; imposuit: ne se foras limites suos: ad operiendam terrā rursum effunderent. Vuluā de qua mare procedebat καταχρηστικῶς ipsam terram subiacentē possumus intelligere, vt de ea & in ea aquā creatā à deo esse credamus. Duas enim partes mundi magnas, cœlum & terram deus ex nihilo fecit: & imacarum de materia informi: cęteras autem creaturas distinctas siue formatas instituit, inter quarū creationem, & aquas credimus factas: quarum quidem conditionem, in principio Genesis scriptam non legimus: aliarum verò penè omnium factura in libris dominicis recēsetur: licèt M & de ipso mari sanctus Dauid dixerit, cum de beato viro loqueretur: Spes eius in domino deo ipsius, qui fecit cœlum & Psal.145.a terrā, mare & omnia quæ in eis sunt. Hunc ergo maris processum, effusionem aquarum dicere mihi videtur: qui de occultis venarum terræ finibus emanabat, & operiebat omnem faciem terræ. Quod in diluuio manifestius factum legimus: vbi dicitur: Et omnes fontes abyssi magnæ erupti sunt. Gene.7.b Proinde vuluam maris, terræ sinum dictum existimo, vt mare de eadem progenitum nouerimus. Sed dicit aliquis: Ego aquarum moles cœlo & terræ dico esse congenitas, & simul creatas. Denique de aquis quemadmodum & de terra fecit deus siue produxit cæteras creaturas. Si ergo hoc opinionem istā confirmat: vt ideo & aquæ ex nihilo creatæ dicantur: quia & de ipsis alia & alia in ipsis iubēte deo quàm plurima animantia processerunt: de cœlo quid dicemus, quod est pars mundi præstantior: de quo non legimus, quòd ex eo quasi de informi materia aliquid procreatū sit. In quo etiam, quod ad maiorem decoris eius pertinet pulchritudinem, stellas ac diuersos astrorum globos deus fecit, ordinauit, & composuit. Et iuxta hanc assertionem, meliora erunt maris & terræ elementa: q̄ cœlum, cuius ornatum pulcherrimum admirantes suspicimus: quoniā præcellit vel maximè cæteras creaturas. f ¶Cum ponerem nubem vestimentum eius, & caligine illud quasi pānis infantiæ obuoluerem.) Cum ergo ait, magnū

sit mare

nerem nubem vestimentum eius, & cali-
gine illud quasi pannis infantiæ obuolue-
a rem. Circūndedi illud terminis meis: &
posui vectem & ostia, & dixi: Vsq; huc ve
nies: & non procedes amplius, & hic con
b fringes tumentes fluctus tuos. Nunquid
post ortum tuum præcepisti diluculo: &
c ostendisti auroræ locum suum: & tenui-
sti concutiens extrema terræ: & excussi-
sti impios ex ea? Restituetur vt lutum si-
gnaculum: & stabit sicut vestimentum.
Auferetur

A sit mare latitudine, & longitudine & profundo: per fortitudinem tamen potentiæ meæ illud velut paruum elementum, nube tanquam vestimento contexi & caligine, modicis videlicet & vilibus rebus operui, quæ assimilantur pannis infantiæ. Et quia mare superius diximus quasi de vulua procedere: seruans translationem nominis, ipsum mare velut paruulū procreatum: tāquam pannis infantiæ ait caligine obuolutum: siue vt alij dixerunt, & nebula obuolui illud. a ¶ Circundedi illud terminis meis, &c.) Termini isti, diuini sermones sunt: qui sententia immobili, velut termini defixi intelligūtur: hoc ipsum est & illud quod sequitur, deo, dicente: posui vectē & ostia. Aliter, quis conclusit ostiis mare: Seculum hoc scripturæ diuinæ frequenter mare appellant: vt etiam sanctus Dauid ait: Hoc mare magnum, & Psal.103.c. spaciosum manibus. Item: Qui Psal.106.c. descendunt mare in nauibus. Et Habacuc: Habac.3.d Misisti in mare equos tuos. Et Esaias: Esa.72.a. Occidit cetum qui in mari est: Proinde B hoc mare præceptis diuinis, velut quibusdā limitibus sacrorumeloquiorum concluditur: vt de vtero cordis sui, ibi cogitationibus velut ex semine, curas atq; illecebras mundiales voluptatum, & delectatione concipiebat: iam non in opus quasi parturiēdo erumperet: seq; effunderet in diuersa facinora perpetranda. Et ideo cùm vidisset propheta mundum credentem deo, hoc bonum in se continentiæ possidere, gratulans ait ad deum: Tu confirmasti in virtute tua mare. Psal.73.c. Mundum dico fidelem sanctæ ecclesię populum: qui mare specialiter dicitur, & habitat in hoc mundo. Ioan.3.b. Et iste est ille mundus fidelium: de quo dominus ait: Sic enim dilexit deus hunc mūdum: vt filium suum vnigenitum daret pro eo. Est & mundus incredulorum: de quo similiter dominus ait ad discipulos suos: Ioan.15.c Si mundus vos odit: scitote quia priorem me odio habuit &c. Sic itaq; duos mundos populorum in hoc corporali, & in animali mundo dicimus habitare: qui & duo maria secundū exemplum superius positum dici possunt, ab hoc scilicet mari aquarum metaphoricôs nomē accipientes, quia & domus bona siue mala, & ciuitas optima, siue pessima. Mare verò tropicôs dicuntur populi fluctuantes, qui in hac vita inquieto motu incertoq; iactantur. Cum ponerem nubem vestimētum Gene.1 eius, & caligine illud velut pannis infantiæ obuoluerem. Nubem omnia operiētem spiritum sanctum, creaturis omnibus C infusum ac superfusum accipiamus, de quo ait: Spiritus domini superferebatur super aquas. Caligo autē quicquid est inane trans mundum: vbi leuitas est, id est, retro defectus intelligi potest. Moraliter autem iuxta authoritatem scripturę, nubes sunt vnusquisque veritatis annūciator. Horum igitʳ verbis consolatoriis atq; doctrina, rorando desuper, ait domin9, mūdum fidelium ab ęstu tentationum protexi, eiq; vmbram suprà promissione ęternæ beatitudinis prębui: hoc est, vestimentum per sanctos meos ministros euangelij ei super mare populorum expādi: ne videlicet infideli caumate torreretur. Quod etiam mare populorum intra prędicationem perfectā euangelij positum, propter morum infantiam in quibusdam lactea doctrina, velut vilioribus vestimentis operitur, eo q̄ sacratiora mysteria non valeant intueri: quæ sunt eis intelligētiæ inuoluta caligine. Circūdedi illud terminis meis: & posui vectē & ostia. Hucusq; venies & non procedes amplius: & hic confringes tumentes fluctus tuos. Terminis, inquit deus, mandatorum meorum, prædictum mare, intra vnius fidei cōfessionem cōgregaui atq; cōclusi, & ad condensandum se, fortissimum illi vectem charitatis opposui: ostia quoq; infidelitatis obstruxi: vt quantalibet tempestatum ac persecutionū violentia, defixos obedientię limites transcēdere cōpellatur. Nunquā charitatis meæ circunsepta trāsiliat: cui dixi: Hucusq; venies, & non procedes amplius, & hic confringes tumētes fluctus tuos. Id est, si qui fortè cogitationum malarum fluctus te intra pelagus tui cordis exagitant: ventusq; validus D pressurarum te funditus cōmouere pertentat, de statu quoq; tuo in aridā siccitatē, velut in arenas steriles impellat: Hæc munimenta fidei, & charitatis meæ caue ne transeas: & ita siet vt minaces venti insurgētes allisi in petra validissima dissoluantur. b ¶Nunquid &c.) Hoc dominus ait ad Iob q̄ conditarum ac secretarum rerum suarum per gyros suos recurrētes ad ordinata loca, redire quotidie ipse disponat: & idcirco Iob arguitur, qui deum factorē & gubernatorē rerum omnium diceret nullo moderamine æquitatis operatum: & quasi ita dicens ait ei: Tu qui valde sapiētem te arbitraris, & quasi coæqualis lucem meā fueris fabricatus, & de meis iudiciis disputare posse credis: si elementa astrorum præceptum impleant creatoris, te forsitan disponente ministerij sui pgunt cursum: cùm ista prius quàm tu in Adam per me existeres sint creata. E Aliter: Hoc diluculum saluator noster est: qui & sol iustitiæ appellatur. Ipse calore fidei & splendore gratiæ suæ, ecclesiam mūdum scilicet rationalē illuminat. Igitur nunquid tu Iob præcepisti huic diluculo, vt oriretur de cœlo, resplendēs his qui sedebant in tenebris & vmbra mortis: quēadmodum ergo tu Iob post initium tuum præcipere non potuisti æternis, vt mundo in errorum tenebris constituto esset diluculum: ita nec post mortis occasum eius, resurrectionis & locum gloriæ eius in dextra patris sui ostendere potuisti: quē post mortem quam sponte susceperat, ad me iterum reuocaui. Sicut ipse dominus Iesus ait in euangelio: Ioan.16.g Si ergo videritis filium hominis ascendentem vbi erat prius. c ¶ Et tenuisti &c.) Potest hæc terra ecclesia intelligi: de cuius fundamentis dominus superius dixit: de qua in extremis terræ.i. in nouissimo seculo excutiendi sunt peccatores: ita ipse dominus ait: Ecce mandabo, & cōcutiam in omnibus gentibus domum Israel, sicut concutitur triticum in cribro. Amos.9.c. Deus ergo qui secundum prophetam mensus est aquas pugillo, & cœlos Esaiæ.40.c palmo ponderauit, & tribus digitis terram appendit, ipse ꝓ magnitudine vtraq; manu tenens margines terræ: quasi cribrum huc atque illuc concutit, siue excutit tanquam vestimentum: vt impios velut paleas, & lolium excutiat à frumento iustorum. Proinde hæc omnia operantis non solum fortitudo, verùm & iustitia demonstrat: & inde est quòd sancto Iob dominus cum increpatione loquitur: quare dixerit inno F centi sibi pœnam accerrimæ tentationis illatam. Secundum moralem verò sensum intelligentiæ loci huius, vt æstimo facilior exitus est: vt terram interpretemur naturam humanā: quia ab humo homo dictus est: & extrema sint, sanctorum vita: quia in carne positi, sine carnalibus illecebris viuunt. Et ideo in extremis terrę dicuntur: de terrenis actib9 euntes, nō in medio tanquam in tota carne viuētes. Hęc igitur extrema, siue fines terræ in manu domini sunt: sicut ait ꝓpheta: Psalm.54.b Quia in manu eius sunt oēs fines terræ: quos hic ait dominus se tenere atq; cōcutere, vt tremant à facie eius, sicut de eo ꝓpheta ait: Psal.103.d. Qui respicit terram, & facit eam tremere. Et ita de terra eorum excutit impios: quos vtiq; execrandos mores intelligim9 vitiorum. Excutit ergo dn̄s à sanctis suis huius mundi impios: qn̄ eos ab illis purificatos, cōstituit innocentes. Psal.100.b. De talibus impiis, & peccatoribus propheta dicebat. In matutino.i. in cognitione scientiæ dei, fidei in me lucerna nascente, interficiebam omnes peccatores terræ, vt disperderem de ciuitate dn̄i: qualibet vtiq; aīa sancta, oēs operantes iniquitatē. Siue in nouissimo tenebit de9 mundū, quasi reū ad iudiciū suum: quo tēpore extrema etiam terrarum: cōsciētiæ tremore quatient, vbi minimos quosq; in extremis terræ intelligere possum9: q & ipsi iusto iudicio dei, vt supbi & impij de terra mansuetorum excutiēdi sunt. Beati eñ mites qm̄ ipsi possidebunt terram. Matth.5.a d ¶ Restituetur &c.) Signaculum istud, aīa

a Auferetur ab ĩpiis lux sua: & brachiũ ex-
b celsum cõfringetur. Nũquid ingressus es
profundum maris: & in nouissimis abyssi
c deãbulasti? Nũquid apertę sunt tibi por-
d tæ mortis: & ostia tenebrosa vidisti? Nũ
quid considerasti latitudinem terræ. In-
dica mihi

G hominis intelligitur,quę ad imaginem dei facta est. Expressa
est in ea similitudo bonitatis dei,omniumq; virtutum decus.
Hoc igitur signaculum imaginis dei & similitudinis,per A-
dę peccatum attritũ fuerat & obliteratũ,& rursum per Chri
stum iterata impressione restituetur. Quod signaculum nũc
quidem per fidem, & baptismi
gratiam renouatur: & vita me-
liore,menti insculpetur. Sed in
resurrectione totum omnimo-
do restaurabit: quando sicut hu
mani corporis lutum in incor-
ruptione reparabitur: ita & ani
ma cum eo pariter vestimento
immortalitatis,velut stola glo-
riæ vestietur: Vt quemadmodũ
ipsa gloria, & incorruptio im-
mortalitatis,id est,Christus manet in æternũ: ita & is qui ea
indutus fuerit,gloriosus sine fine ꝑmaneat. De quo vestimen
1.Cor.15.g. to respiciens ad lutũ carnis suæ, Apostolus ait: Oportet cor-
ruptibile hoc induere incorruptionem,& mortale hoc indu-
ere immortalitatem. Hoc tamen diligētius est intuendum: q;
in scripturis diuerso intellectu vestimēta dicuntur. Vestimē
tum ergo aliquando dicitur ipsum corpus nostrum: quo ani-
ma velut amictu, circundatur: sicut propheta ait ad animam
H peccatricem: Operiet iniquitas tua,vestimentum tuum. Item
vestimenta,sunt animæ virtutes,quibus eadem anima compo
nitur & ornatur. De quibus propheta ait ad iustum miseri-
Esa. 58.b cordias operantem: Tunc erumpet matutinum lumen tuum,
& vestimenta tua citò orientur. Et quoniam hæc vestimenta
viua sunt,& rationabilia: non fient tibi,sed orientur in te. Et
Zacha.3.a peccata aliquando vestimenta nuncupantˀ: vt Zacharias pro-
pheta ait: Et Iesus erat indutus vestimentis sordidis. Dixit an
gelus ad eos qui stabant corã se,dicens: Auferte vestimenta
sordida ab eo: dixit ad eum: Ecce abstuli iniquitatem tuam.
Supra diximus vestimentum esse gloriã immortalitatis: cuius
luce quæ nunquam deficiet,homo est æternaliter vestiēdus.
Alij interpretes ita dixerunt: Et tu sumens terræ lutum, figu
rasti hominem,& famosum eum posuisti super terram: id est
creaturis omnibus præeminentē. Dum hæc dominus ad Iob
loquitur: vehementer arguitur: Secundum autem mysticos
intellectus,obumbrante spiritu sancto,figuratus est homo Ie
sus Christus de terra Mariæ virginis. Hic igitur homo de lu
to carnis humanæ assumptus est. Lutũ hoc loco non propter
vilitatem nominis dictum nouerimus: sed propter ipsam ma-
teriam,de qua sumptus est Christus: veluti Adam in princi-
pio,qui de limo terræ plasmatus est. Et sicut ille per vnũ exi
stit de sinu terræ: ita & hic per vnum creantem se, formatus
est in vtero matris. Et ita famosus est super omnem terram:
vnde iam à solis ortu vsq; ad occasum laudetur nomen dñi.
I a ¶ Auferetur &c.) Lux impiorum est huius mundi gloria
& fœlicitas,quæ mundo prætereunte transibit: sicut & Salo
mon ait: Lumen impiorum extinguetur: & eorum virtus &
Prouer.20 c potentia, quæ brachij nomine dicta sunt,illico conterentur.
b ¶ Nunquid ingressus &c.) Prouidentiam suam deus qua
cuncta dispensat,& regit in his locis multo copiosoq; sermo-
ne significat: Vnde ait ad Iob: Si potes vbiq; esse,& nosse om
nia quæ creata sunt: & si abditos terrarũ sinus penetrare po-
tuisti: si etiam profunda maris, & nouissima eiꝰ atq; extrema
abyssi peruagatus es. Ad increpationem ergo Iob ista dicun
tur. Vbi alij dixerunt: Nunquid ingressus es fontem maris:
initium atq; originem,vnde ipsum mare,quasi de matrice,de
mari Oceano emanat, dicere videtur: quod Oceani perenni
cursu ac recursu fieri nouimus: feruntq; hoc atq; confirmãt,
q; illa immensa effusio maris Oceani: per omniũ regionũ ac
prouinciarum fluuios itura,vno pũcto temporis fiat. At nos
tamen scimus omnium dierum ac noctium alternatis succes-
sibus: per horas vigintiquatuor venire: atq; vniꝰ horę æqui-
noctialis dodrãte transmisso: tardius sine intermissione, siue
die venire,siue nocte: ꝑ quinq; æquinoctiales horas refluitu-
ra,æstu violentoq; impetu siue in optis tm̃ siue retusis mag-
norũ quoq; fluminũ cursibus ad supiora conscēdere, ac ꝑ se-
ptē eiusdē mēsuræ horas cursu paulo leniore diffluere,& in
ea tantũ quę quinq; horis fuerant suppleta vacuare. Proinde
incredibile videri pōt: q; in eodē mari velut fons quidã, tan- K
tarũ aquarũ ebulliat: de cuius ꝓfunditate & sufficiētẽ abys-
so,definito sibi tēpore aquæ illæ in superficie profundãtur:
& rursum recurrentes in eosdē ꝓfundissimos sinus decidãt:
præcipitesq; discedant: & à deo sibi constituta lege ꝑpetua:
ab imis semꝑ ebulliãt atq; ite-
rũ in ima decurrãt,& inde forsi
tan dixerit deus ad sanctũ Iob:
Nunquid ingressus es fontē ma
ris: Qm̃ deo soli nota sunt quæ
creauit. Porrò secũdũ mysticos
intellectus hoc dixisse deũ pu-
to: q; circa finē seculi pro redē-
ptione hoĩs ad inferos esset de-
scēsurus: vbi ꝓ potestate descē
dētis deãbulasse cũ dixit: Quia
impossibile erat vt quasi reus peccati infernalibus vinculis
teneretˀ. Ipse enim solus factus est,sicut hõ. Ad præsens qui-
dē sine adiutorio,sed tñ inter mortuos liber. Quòd aũt infer Iona.2.
nus in imo terrarũ sit: Ionas ꝓpheta,qui specialiter habuit fi
gurã saluatoris,in oratiōe sua quã in vētre piscis effudit, ma-
nifestè demõstrat: quēq; in infernũ abyssi aquæ circũluãt, &
multis aliis locis scripturæ de qualitate inferorũ loquũtur.
Possumus & moraliter hunc locum ita sentire: vt quia mare
per figurã: hoc seculũ dici nouimꝰ: ꝓfunda eius sup oẽs ini- L
quos & peccatores: qui quãtũ illud diligũt,tm̃ in eiꝰ obscuris
simã ꝓfunditatē demergũtur: vt omnino nõ videãt lumē euã
gelij,& gloriæ Christi. Nouissima verò abyssi sint oẽs impij
& sacrilegi: qui in ꝓfundiores peccatorũ tenebras descendē
tes: lasciuiarũ nimio fluxu,velut aquarum multitudine depri
muntur: Ad hos dñs noster neminē despiciēs: oẽsq; saluare
cupiēs: venire dignatˀ est: vt corda eorũ infidelitate cæcata:
ꝑ gratiã suã illuminaret,& effecti lux in domino: fierēt tēplũ
eius: vt inambularet & inhabitaret in eis,& esset eorũ deus.
c ¶ Nũquid aptæ &c.) Nulla creatura est quãuis præpotēs
& fortis: quę dei maiestati posset obsistere. Et ideo quia ꝑ na
turã sentiũt creatorē, cedunt diuinæ potētiæ,qua ei omnino
nequeũt cõtraire. Vnde antiqui ĩterpretes ita dixerũt: Nũqd
aptæ sunt tibi portę mortis? Vbi intellexerũt,quia huiusmo
di portæ,quę vtiq; metuũtur,nõ sint insensibiles & inanima-
les: sed sint illi potiꝰ spũs immũdi, inimici nostri: aduersariæ
videlicet potestates: ꝑ quas generi humano introitꝰ inuētus
est ad mortē. Ipsę sũt & ostia tenebrosa: quorũ animos mali-
uolos & obscuritate inuidię plenos, deꝰ solꝰ ꝑspicit. Igit qm̃
hi de quibꝰ loquimur tenebrę factæ sunt recedēdo à vero lu
mine,& potestates sũt tenebrarũ appellatæ.i.principes hoĩm
peccatorũ: & idcirco etiã hostia tenebrosa dicũtur, qm̃ dece
ptione eorũ,factus est homini ꝑ peccatorum tenebras ingres
sus ad mortē. Vbi ergo dictũ est, ostia tenebrosa vidisti, qđ M
nos iã exposuimꝰ: alij interpretes locũ ipsũ manifestiꝰ trãstu
lerũt,ita dicētes: Aut ianitores inferni vidētes te timuerunt:
qui locus expositiōe nõ indiget,quin potius qđ obscurè priꝰ
dictũ est,aptissimè declarauit. Vel certè in passiōe & in mor
te dñi: hæc quæ dicũtur luce sunt clariora: qui claustra infe-
rorũ apuit, & sãctorũ inde aĩas liberauit leges tartari exiēs
inferos soluit,sentētiã mortis resurgēs irritã fecit: principa-
tus & potestates tremētes: qui erãt ianitores & ostia, trãsdu-
xit fiducialiter: siue palã triũphãs in semetipso. Secũdũ tropi
cã verò intelligētiã,portæ mortis, sensus sũt nostri: quæ por
tæ tunc virtutibꝰ clausæ sũt: qñ à vitiis obtinētur,& per eas
mors peccati, ad arcē mētis ingredit. Quæ ostia tenebrosa,
ideo appellãtur: qa in tenebras peccatorũ, siue etiã pœnarũ,
aditũ pãdũt. Istæ itaq; portæ,siue hæc ostia: apiũtur hoĩbꝰ ad
salutē,cũ euictis vitiis tanq̃ hostibus suis expugnatis atq; in
fugã versis, sãctitatis eas virtutibꝰ hoĩes aperuerĩt,vt audiãt
cũ exhortatiōe sermonē ꝓphetæ dicētis: Aperite mihi por- Psalm.117.c
tas iustitiæ,ingressus in eas confitebor dño. Sctũs eñ hõ ad
possidēdũ sanctitatis testimoniũ,& virtutũ monilia,cõseruã-
tis affectu, & cõgaudentis ingreditur: qm̃ ex participatione
thesauri communis,fit illis cor vnum & anima vna in deum.
Et ita in hoc mundo velut in fornacis examinatione pariter Acto.4.
positi: quasi ex vno ore benedicunt deum in omni tempore,
& semper laus eius in ore eorum. d ¶ Nũquid & cætera.)

a dica mihi, si nosti omnia, in quã via lux ha
bitet: & tenebrarũ quis locus sit: vt ducas
vnũquodq; ad terminos suos, & intelligas
b semitas domus eius. Sciebãs tunc quòd na
sciturus esses: & numerũ dierum tuorum
c noueras? Nũnquid ingressus es thesauros
niuis, aut thesauros grandinis aspexisti:
quæ præparaui in tempus hostis: & in di-
d em pugnæ & belli? Per quam viam spar-
gitur lux: diuiditur æstus super terram?
Quis

A Quis hominum nosse poterit, quanta magnitudine distenda-
tur,nisi ipse solus qui omnia condidit? De quo propheta ait:
Esa.40.c Qui mēsus est aquas manu, & cœlum palmo, & omnem ter-
ram clausit pugillo. Item aliter: Nunquid tu Iob prǫuidi-
sti latitudinem terræ: id est,ecclesiam futuram: quam per to
tum mundum,crescente vbique
euangelio dilataui. Indica ergo
mihi si hoc sapere, siue aliquan
do intelligere potuisti. Siue la-
titudinem sapiētiæ meæ: quam
terræ, domui meæ, id est,eccle-
siæ tribui: nũquid vt futura præ
3.Reg.4.d. uidens, oculo mentis accenso ꝑ
temetipsum inspicere potuisti?
quæ sapientia dilatauit cor Sa-
lomonis, sicut arenam quæ est
in littore maris: eiq; dedit pru-
dentiam multam nimis, & quæ
in exitu canitur: & in latitudine
suarum fiducialiter agit: cuius
multiplices sensus,& latitudine
disputationum ditissimos: iubet eadem sapientia in corde ho
Prou.22.c. minis describi tripliciter. Hęc ergo verba possunt ex perso
na patris super sapientia, quæ est filius, disserta intelligi.
B a ¶ In qua via lux habitet: & tenebrarum quis locus sit: vt
ducas vnumquodque ad terminos suos &c.) In via sanctæ cõ
uersationis hominis,lux virtutum habitat: tenebrarum verò,
id est,vitiorũ locus est homo peccator: vel ille locus de quo
Matt.25.d. dicit: Ite maledicti in ignem æternum,qui paratus est diabo-
lo, & angelis eius. Nosti ergo Iob discernere vniuscuiusque
meritum,& secundum iustitiam vnumquēque horum ad ter-
minos præfinitos retributionis perducere: cogitationes cor-
dium ipsorum,tãquam semitas domorum suarum intellige-
re potuisti. Item,in qua via,siue terra,vt alij dixerunt, lux ha
bitet: lux fidei & cognitionis habitat in corde credentis: siue
lux in terra, Christus in ecclesia. Tenebrarum autem: id est,
ignorantiæ & infidelitatis locus, est cor insipientium atque
incredulorum. Et ideo per quaslibet semitas tendant boni &
mali,secundum meritum ad domum æternæ conuersationis,
iusto & bono domino ducente,perueniunt. b ¶ Sciebas tũc
quòd nasciturus esses: & numerum dierum tuorũ noueras?)
Quis hominum nouit antequam sit,quia futurus est,ætatisq;
suæ dies annosve cognoscit? Item in Adam peccator,& filius
mortis effectus,quando scire vel sapere potuisti, quòd spiri-
tu & gratia baptismi nasciturus eras de visceribus matris ec
clesiæ,& in æternum secundum nouissimam resurrectionem
reparandus, & numerum dierum tuorum, qui sine fine sunt,
vnde ipse per temetipsum cognoscere potuisti? c ¶ Nun-
C quid ingressus es thesauros niuis,aut thesauros grandinis a-
spexisti: quæ præparaui in tempus hostis, & in diem pugnæ
& belli?) Potentiam suam deus,quam etiam in secretis crea-
turæ suæ rebus atque inuisibilibus habet, his verbis voluit
demonstrare,dicens ad Iob: Nunquid ingressus es thesauros
niuis, aut thesauros grandinis aspexisti? non enim loca sunt
quædam in aliqua parte mundi immensa capacitate spacio-
sa,quæ moles atque congeries infinitarum niuium intra se ha
beant conditas: vt meritò ob hoc, quasi loca thesauri appel-
lentur: de quibus olim hæ congregatæ sint species,quę quã-
do deus voluerit proferantur: sed ita est potius,vt in alio lo-
co ipse dominus ait: Et species agri mecum est. Quæcunque
Psal.49.b enim voluerit facere, statim voluntas eius in effectum pro-
cedit. Et ideo thesauri nominati,non in aliquo immenso & ca
paci loco,sed in eius voluntate, & dispositione sunt constitu
ti: sicut in alio loco ait: Et species agri mecum est: apud quē
nihil est imperfectum: quia nõ est aliud cogitare illius,aliud
facere: sed protinus fit, quod voluerit. In hac ergo secreta
cordis sui dispositione diuina, vbi essent isti thesauri harum
rerum cùm adhuc in se corporaliter non existerent, interro-
gatur Iob si intrare poterit. Nemo enim secretum illud diui-
næ maiestatis potest adire,siue cognoscere, nisi filius qui est
in sinu patris, vniusque naturæ atque substantiæ. Hæc ergo
præparata dicuntur à deo in tempus hostis, pugnæ & belli.
Multis igitur modis ac diuersis aliis innumerabilibus iudi-
ciis suis deus flagellat & corripit genus humanum,sicut eti- D
am Aegyptios, quos fulminibus & grandine deuastauit. Et Exo.7. & sequen.
generaliter aliis rebus frequentat hominum castigationem.
Hostili humiliat incursu, terrarum motu hiatuque vastat,
turbinibꝰ perdit,ruinis opprimit,naufragiis demergit: aliis
quoque plagis innumeris ver-
berat, siue lētis infirmitatibus,
siue acutis languoribus, atque
aëre corrupto. Vnde in Deute- Deute.7. & 20.
ronomio legimus,quę hostibus
suis repugnantibus, & rebellan
tibus pręparat: vt eis secundum
iustitiam suam infligat debitas
pœnas tribulationum. Item ali-
ter: Niuē nũc in bonam partem,
nunc in contrariam accipimus:
& idcirco sub niuis nomine prę
figuratum hoc loco corpus ad-
uersariarum potestatum colli-
gunt, quòd à charitate dei lon-
gè discesserit: id est, deum habi
tantem in cœlo reliquerit: vt iusto iudicio dei proiiceretur
in terram. Huius autem niuis & grandinis,quasi in quandam
duritiam suæ naturæ oblita transierit,quasi quędam secreta,
cogitationum scilicet machinamenta, thesauros deus voluit E
nominare: sicut propheta Ezechiel de eorum principe ait: Ezech 28.d
In multitudine negociationis tuæ impleta sunt interiora tua
iniquitate. Huiuscemodi igitur dominus cogitationum om-
nium solus cognitor perscrutatorq; est. Hos inquam thesau
ros qui per ænigmata niues, & grandines nominati sunt: ait
deus se præparasse in tempus hostis, diemq; pugnæ & belli.
Et quoniam insipienti corde nunquam ad deum conuersuri
essent, dispensatione diuina magistri pœnarum effecti sunt:
vt alios dei iudicio ad emendationem flagris correptionum
castigent, alios verò secundum iustam sententiam dei puni-
ant: alios duris tribulationibus affectos cõstituant clariores.
Sicut & in isto sancto Iob manifestè apparuit, in Aegyptiis
quoque similiter demonstratum est, quibus non voluntate
dei pugnantibus,plagæ horrendæ immissæ sunt per angelos
malos. Item, Nunquid ingressus es thesauros niuis,& cętera.
Potuit dominus de aduentu suo in carne hoc dixisse, quo vt
ignis æternus & ignis cœli,ignisq; diuinus per quem omnes
creaturæ rationabiles concalescunt, dignatus est ad terram
descendere: qui velut ad niueam regionem,& frigidã mundi
huius atq; instar grandinis nimio infidelitatis frigore dura-
tam,exclamauit & dixit: Ignem veni mittere in terram. Pro- Luc.12.f
inde huiuscemodi humanorum cordium thesauros, obliuio-
ne videlicet dei sui frigidissimos,ingressum se profitetur: vt F
expulso perfidiæ frigore, dilectione eius flagrarent & dice-
rent: Concaluit cor meum intra me: & in meditatione mea Psal.38.a
exardescit ignis. Itemq; vt ad intelligentiæ ignem profectu
fidei de stultitię frigore venientes dicerent: Nonnę cor no- Luc.24.c
strum ardens erat in nobis: cùm illuminato corde atq; accen
so charitatis fonte aperiret nobis scripturas Iesus? Sic itaq;
ingressus mundum ac visitans eum, aspicit corda mortaliũ,
quæ etiam & thesauri ab ipso domino nuncupantur in euan
gelio: ita dicente: Bonus homo de bono thesauro cordis sui Matth.12.c.
profert bona. Hæc igitur deus facere pręparauit quæ dixi-
mus,hostis pugnę & belli,in tempore vtique pro nobis mori-
ens, hostem grauem ac molestissimum inimicum diabolum
in inferis triumphauit,& resurgens à mortuis,in Iudæa fidei
suæ aduersarios expugnauit. d ¶ Per quam viam spargi-
tur lux: diuiditur æstus super terram?) Quis poterit propriè
scire mortalium,quæ sit via solis, quam ordinato cursu agit
in dextro climate cœli, spargentis lucem super terras: aut
quemadmodum æstus per vices temporum, siue per loca re-
gionum omniũ diuidatˀ,vt alibi plus eodē tempore ferueat:
& ipse alibi tēperato calore sentiatur. Item, Per quã viã spar
gitur lux,diuiditur æstus super terram. Via est euãgelij prę-
dicatio, per quam lux fidei spargitur super corda credētiũ:
Et pulchrè spargitur, quia infidelitate mētes hominũ aridę,
vbertate diuinę gratię irrorantur: & ita diuiditur ęstus san-
cti spiritus super terram fidelium. Sic inquam diuiditur, cũ Ephes.4.a

G vnicuiq; datur gratia secundum mensuram donationis domi
ni nostri Iesu Christi. Siue hoc modo diuiditur, cùm aliis an
2.Cor.2.d nunciatio Christi odor vitæ in vitam sit, aliis verò odor mor
tis in mortem. Sic ergo diuiditur ipsum bonum euangelij, vt
vitam aliis largiatur, aliis mortem, crimine infidelitatis ope-
retur. Itemq; via sanctæ conuer
sationis hominis, luxq; timoris
dei, spargitur super omnẽ cor-
poris terram, vt fugiant ab eo
tenebræ peccatorum: & æstus
eis tentationum opitulante dei
gratia temperentur, ne exorto
super se ardore solis exæstuet.
Et sic itaque æstus diuiditur: cũ
eis non totum simul tribulatio-
num põdus imponitur, sicut ait
1.Cor.10.c. apostolus: Fidelis enim de⁹, qui
Prou.10.a. non patitur vos tentari, &c. Et
Salomon: Effugiet æstus, filius
prudens: vento autem corrum-
pitur in messe filius iniquus.

H a ¶ Quis dedit vehemẽtissimo imbri &c.) Hic vehementissi-
mus imber, saluatoris est euangelium, qui emisit eloquium su
Psal.147.a. um terræ, vt velociter curreret sermo eius: hic inquam im-
ber in montibus Hierusalem, de imo terræ in sublime surre-
Esaiæ.1.a. xit: quoniam de Sion exiet lex, ait propheta: & verbum domi
ni de Hierusalem: & eleuatus à sanctis apostolicis nubibus,
velut aqua effluens, copiosè currit, aura sibi flãte spiritus san
cti, in variis signis atque virtutibus viam sibi fidei fecit in na
tionibus, terrore nominis dei atque miraculorum tonitruo
præcedente. Alij dixerunt, præparauit flumen omnium popu
lorum. Et flumen inquam ecclesiæ præparauit, vt pluuia co-
piosa, & valida spiritus sancti inundaretur, sicut in ipso prin
cipio nascentis ecclesiæ super Apostolos sanctos⁹q; cæteros
demonstratum est. Quòd autem in laudem imbris euangeli-
ci dicitur: q; pluerit super terram inhabitabilem, quę homi-
nem non haberet: non erit mirabile, si vt sonat tantum intel-
ligatur: sed in deserto, id est, nationibus, doctrinam dominicę
prædicationis copiosè effudit. In deserto inquam, vbi nullus
hominum fuerat commoratus: id est, quoniam nullus prophe
tarum ad gentes à deo erat missus, vt impleret inuia & deso-
lata, & producet herbas virentes euangelij. Imber terræ ec-
clesiæ, quæ fuerat desolata à deo, & pluuia charitatis dei, adi
pe repleuit eam atque in pinguedine vt ex vbertate bonorũ
cœlestium produceret ac proferret herbas virẽtes satiui se-
Psalm.71.c. minis, secundum genus suum, sicut ait in psalmo: Et florebit
I de ciuitate sicut fœnum terræ: & multiplicatis fructibus fa-
Lucæ.8.b ceret secundum parabolam domini: aliud tricesimum, aliud
sexagesimum, aliud centesimum fructum, & audiret cum ex-
Esa.54.a hortatione se consolantem: Lætare sterilis, quæ non paris: e-
rumpe & exclama quæ non parturis, quia multi filij desertę,
magis quàm eius quæ habet virum. b ¶ Quis est pluuiæ
&c) Quis est huius pluuiæ, & hui⁹ imbris dominici author,
& conditor nisi deus? Quam pluuiam voluntariam segrega-
Psal.2.b. uit hæreditati suę, sicut dicit pater ad filium: Fili pete à me,
& dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & possessionem ter-
minos terræ. Ipse etiam deus genuit stillas roris: hinc & pro-
pheta ait ad deum: Ros enim qui à te est, sanitas est illis. Pro-
inde in fluuio, affluentissimam affluitatem largitatemq; diui
nę gratiæ demonstrauit. In rore autem eandem gratiam, sen
sim insuescentem visceribus, & medullas animæ penetrantẽ.
Alij dixerũt, vel quis genuit glebas roris. Has igitur glebas
1.Cor.3.b vnumquemq; sanctorum non absurdum erit intellexisse, quæ
sunt in agro ecclesiæ: quibus⁹q; dicit Apostolus: Dei agricul
Ephes.2.b tura estis. Illic ergo istę glebæ per baptismũ in Christo sunt
genitæ: sicut ait apostolus Creati in Christo Iesu in operib⁹
bonis. Vnde hoc rore cœlesti perfusi, pingues in sanctis fru-
ctus, & vberes extiterunt. c ¶ De cuius &c.) Vteri nomi-
ne, cordis secretum significasse mihi videtur. Non enim pro-
babiliter glaciem egressam de ore dei intelligere debemus,
sed de illo mentis suæ secreto, & inscrutabili iudicio, iustam
ac districtam manasse sententiam. Egredi ergo glaciem di-
xit, pro egrediente iudicio, quo secundum suum meritum, K
quidam hominum percutiuntur plaga obdurationis, & cor-
da eorum durissimo atq; insolubili quodam gelu, & frigidis
simo constringuntur: vt non sentiant feruentis diuinæ chari
tatis calorem. De angelis apostaticis, verissimè dici potest,
& specialiter de Iudæis intelli
gendum est, quibus aquæ elo-
quiorum cœlestium glaciatæ
sunt, vt in fructus gentium gra
tiæ largitate ꝓfluerent: de qua-
rum vocatione dictum est supe
riore versiculo, & de quibus, po Psal.106.d
suit desertum in stagna aquarũ
& terras sine aqua in exit⁹ aquarum, & inhabitare fecit ibi esu-
rientes: id est, esurientes iustitiam: Et seminauerunt agros, &
plantauerunt vineas, & fecerũt
fructum natiuitatis: & benedi-
xit eos, & multiplicati sunt ni-
mis. Qui ergo mente spirituali-
ter nunc vbiq; posita contuetur
ecclesiam, videt terrã eius, quæ
fuit deo aliquando deserta, nunc prædictis omnibus spiritu- L
alibus copijs abũdare: sic itaq; prædictas stillas roris de cœ
lo defluentes susceptit ecclesia, & secundum Iudicum librum,
quod tempore Gedeon ducis factum legimus, ros vnius oui- Iudic. 6.g
culæ gentis⁹q; modicę, totam terram Christo credentem, qui
ros est, gratia benedictionis infudit, & impleti⁹ est illud my-
sterium, qđ psalmista prędixerat dicẽs: Sicut ros Hermõ. Her Psal. 132.a
mõ vtiq; mõs, qui intepretat anathema, significat altitudine
sua populum Iudæorum. Illius ergo ros, gratiæ videlicet &
benedictionis, descendit in montem Sion. Sion nãq; mons ex-
celsus virtutibus atq; sublimis ecclesia est. In quo constituta
est specula contemplationis futura credentium. Vnde & ip-
sa virtutum species Sion interpretatur. Et vt nossemus pro-
prium roris istius nomẽ, ait psalmista: Quoniam illic quidẽ,
scilicet in monte Sion, mandauit dominus benedictionem, &
vitam vsq; in ęternum. Et sequitur dicente domino. d ¶ Et
gelu de cœlo quis genuit?) Hoc igitur modo de cœlo obdu-
rationis sententia sacrilegi feriuntur, quod vtiq; malum iu-
stè eis à deo dicitur procreari, vt Pharaoni scilicet & Iudęis,
quos propter infidelitatem suã, & nimiam obstinationẽ cor-
dis, legimus obduratos. Sequitur de huiusmodi, dicẽte dño:
e ¶ In similitudinem lapidis aquæ durãtur.) Nomine aqua-
rum, secundum scripturarum authoritatem, populi intelligũ
tur: Sicut Ioannes apostolus ait: Aquæ autem populi sunt, & Apoc.17.d
Dauid ad dominũ: Libera me, inquit, de aquis multis, de ma- Psal.143.b
nu filiorum alienorum. De his ergo mihi dicere videtur: qui
nimio obliuionis dei frigore obrigueruntur, & instar lapidum, M
solidi & nimium duri effecti sunt. Deinde ait. f ¶ Et super
faciem abyssi constringitur.) In abysso, profundissimam ob-
scuritatem mentis puto intelligendam, quę ita obtusione in-
fidelitatis nimiæ operiatur, & constringatur quodam gelu
impietatis, vt saxo similis fiat: ita vt talli mente, non sit ad de-
um vllus aditus respirandi, secundum illud quod apostolus
de Iudæis testimonium propheticum assumens, locutus est,
dicens: Dedit illis deus spiritum compunctionis, oculos vt Roma.11.a
nõ videant, & aures vt non audiant vsq; in hodiernum diem.
In psalmo quoque centesimo quadragesimoseptimo, de ge-
lu, vel glacie & crystallo, secundum hunc sensum quem do-
minũ dixisse hic legimus, prophetã mystice locutum mani-
festum est. Possumus hæc loca, & simpliciter intelligere: &
gelu de cœlo quis genuit? Cœlum appellantes glacialia mõ-
tium, & excelsorum cacumina, & per immensum aerem, loca
cœlo viciniora, vel magis proxima: secundum hanc ergo cõ-
suetudinem scripturarum, ipse dominus inquit, in euãgelio,
volatilia cœli. His secundũ literam nunc omissis, ea potius, Matth.6.d
quæ sacratè à deo prædicata sunt intelligere & credere nos
oportet. g ¶ Nunquid & cætera.) Nunc de cœli ordine
& astrorum circuitu loquitur ad Iob. Pleiades appellat stel Pleiades
las, quæ iunctæ, velut septem esse monstrant. His ergo Græ-
ci, ꝙ multæ simul essent nomen ab ipsa multitudine posue-
runt:

A runt: πλειάδες vel πλῆθος enim multitudo dicitur: & inde deri
natum est, vt pleiades appellẽtur. Ait ergo dominus ad Iob:
Nunquid vt hæc stellæ iunctæ & simul sint, tua potentia fa-
cere potuisti? Septentrionisquoq; siue arcturi circuitum, quẽ
indefinenti gyro per sinistram plagam mundi in se feci recur
rere: vt totus in se vadat semper
& redeat: nũquid tu poteris dis
sipare? De astris cœli siue signis
& in aliis locis scripturæ legi-
mus, sicut in Iesu Naue & Iudi- Iosue.15.a.
cum: Fuit, inquit, termin⁹ Amor Iudic.1.g.
ræi ab ascẽsu scorpionis petra,
& superiora loca. Vt igitur do-
mini verba secundum mysticos
intellectus dicamus: cœlum in-
terpretemur ecclesiam, quam
superius domin⁹ terræ vocabu
lo nuncupauit: sed ibi propter
originem suam terra est appel-
lata. Nunc verò sublimata per
Christum in gloriam: cœlum rectissimè intelligitur. In hoc
igitur cœlo etiam stellæ pleiades & septentrionis, vnam in
se sacræ interpretationis continent formam. Ipse enim septe
B narius numerus septiformis spiritus gratias in se demõstrat,
quæ in hoc cœlo micant, ipsi⁹q; gratiarum spiritus, in eodem
firmamento cœli sunt fulgentes. Istæ igitur stellæ per pro-
phetam, septem oculi domini appellantur: quorum oculorũ
gratias atq; virtutes Esaias propheta enumerat, vbi de salua Esaiæ.11.a.
toris natiuitate vaticinatur dicens: Et requiescet super eum
spiritus dei: spiritus sapientię & intellectus: spiritus consilij
& virtutis: spiritus scientiæ & pietatis: repleuit eum spirit⁹
timoris dei. Quemadmodũ ergo quisquam non potuit indis-
sociabilis luminis spiritualia astra coniũgere: ita omnino fie
ri non potest: vt hæ stellæ gratiarum, ecclesiam meam circũ
lustrantes ab vnius connexione insolubili separentur. Quòd
autem alij dixerunt, aut intellexisti nexus pleiadis: ad spiri-
tualem intelligentiam erigit animum contuentis: vt aliquid
allegoricũ laboret inquirere. a ¶ Nunquid producis Lu
ciferum in tempore suo: & Vesperum super filios terræ con
surgere facis?) Stella est quam Luciferũ dicimus, stellis ce-
teris clarior, quam ferunt etiam doctores ecclesiæ, vnam esse
de illis quinq; stellis quas planetas vocant, quia dissimilem
aliarum stellarum cursum habeant, multoq; velociorem: &
inde planetæ, id est, vagantes siue errantes dicantur, eo quòd
non certũ, sed mutabilem cursum habeant. Hunc igitur Lu-
ciferum appariturum terris, post biennium in Oriente autu
mant nasci. Aliam verò stellam quam Vesperum appellauit,
C eo quòd circa diei vesperũ suo tamen tempore mundo mon
streturr: hanc, inquit deus ad Iob, super filios terræ consurge
re facis? Qui ergo intelligis potentiam omnia gubernantis,
& in te operantis agnosce iustitiam. Hanc stellam multi pu-
tant Hesperũ dici. Vnde & Italia Hesperia nominata sit, eo
quòd illic tempore suo primùm apparet. Spiritualiter autẽ
verba sunt patris, de filio suo salvatore nostro dicentis sic:
Nunquid educes Luciferum in tempore suo: & Vesperũ su-
per filios terrę consurgere facis? Vbi & aduentus domini in
carne venturi significatus est, & resurrectio eius ex mortuis
Gala.4.a. figurata, veniente plenitudine temporis: Ait autẽ, misit deus
filium suum factum ex muliere, factũ sub lege. In hoc igitur
tempore suo, eductus est à deo patre: vt terras inuiseret: qui
ideo Lucifer nuncupatus est, quia veniens de sublimibus, tan
quam post biennium, post legem & prophetas ortus est, & su
per nos positos in tenebris, & vmbra mortis lucẽ nobis fidei
ac tempestiuæ cognitionis exhibuit. Vesper verò idem filiꝰ
hominis appellatur, qui in cruce tempore passionis occubu
Psal.67.a. it. De quo ait propheta populis creditoris: Iter facite ei qui
ascendit super Occasum, dominus nomen illi. Qui vtiq; in tẽ
Lucæ.23.f. pore occasus, quando ait ad patrem: In manus tuas commen
do spiritum meũ, posuit tenebras, & factæ sunt in corde infi
delium Iudæorum. Hunc ergo deus pater, vt pastorem ma-
gnum ouium excitauit. Hũc, inquam, Vesperum, eo quòd sa-
crificium vespertinum in vespera seculorum missus obtule-
rit, filium hominis, super filios terræ consurgere fecit, vtinã
non sint caro, & terra esca serpentis, neq; filij noctis & tene- D
brarum, sed sint filij Luciferi, filij dei. b ¶ Nunquid nosti
ordinem cœli: & pones rationem eius in terra?) Si numerum
astrorum omnium potest quispiam mortaliũ nosse, potest &
militiæ eorũ ordinem perscrutari. Nemo ergo hæc proprię
nouit nisi solus ille qui cõdidit:
Spirituali autẽ sensu ita intelli
gi potest: Nũquid tu Iob quasi
cognitor futurorum, iam nosti
quo ordine in cœlo ecclesiæ, q̃
diuersæ atq; multiplices gratię
spiritus mei, velut stellæ refulgeant: siue qua gloria, vel quo
ordine meritorum, vt sideriꝰ ra
diantium globi, sancti in resur-
rectione fulgebunt? Hunc locũ
alij ita vertũt: vt omnia quę sub
cœlo sunt pariter fiãt: Vbi hoc
dicere videntur, quòd volubili-
tate siue temporũ siue stellarũ
per spacia sibi succedentia redeat & recurrat. Spiritualiter
autem ita dictum existimandũ est, quòd dispẽsatio per Chri
stum reconciliationis humanæ, vsq; in finem seculi crescat,
ad notitiam omnium nationum: siue quia sanctivt ad calcem
virtutum perueniant: quotidie morum sanctitate proficiant,
& ideo sub cœlo, id est, sub obedientia ecclesiastica discipli E
næ sunt constituti. c ¶ Nunquid eleuabis in nebula vocẽ
tuam: & impetus aquarũ operiet te?) Primò auditu hoc ita
intelligendum est. Nunquid habes tantam potentiam, vt ad
imperium ac nutum tuum illico imbres infundentes & ope-
rientes de cœlo descendant. Secundum altiorem verò intel-
ligẽtiam: vocem, inquit, eleuo: ait dominus: quando hominiꝫ
bus clamo: venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis Matt.11.d.
& pietatis affectu, pulso secreta mentis ipsorũ: vbi est velut
nebula caligo peccati: & nominis mei valde obscura obliuio
vt obedientibus vocí meæ innumeris populis circundatus,
quasi impetu influentibus aquis operiar, quibus⁹q; velut vesti
mento induar: vt in eis habitem sicut propheta ait: sicut spõ Esaiæ.61.d.
sa induit me vestimento. Alij dixerunt vocabis nubem voce,
& in tremore aquæ validæ obedient tibi. Aqua valida tremẽ
dum diuinæ voluntatis præceptum est: quod deus quemlibet
sanctum voce: id est, affectu clamoris, & insinuationis instinc-
tu, vt obediendo saluetur obseruare iubet. Nunquid tu Iob
aliquid simile facere potuisti? d ¶ Nunquid mittes fulgu-
ra, & ibunt: & reuertẽtia dicent tibi, assumus?) In his sermo-
nibus dei, adesse virtuti eius credendum est quæcunq; volue
rit, cui etiã omnia insensibilia, quasi sensibilia sunt: sicut di- F
cit propheta: A facie domini commota est terra, à facie dei Psal.113.b
Iacob. Reuerti autem fulgura ideo appellantur: quia isti mit
tuntur à deo, vt prædicatione euangelij mundum illuminẽt,
quibus dominus ait: Vos estis lux mundi. Et iterum: Posui te Matt.5.b.
Esa.42.a.
in lucem gentium, vt sis in salutem vsq; ad vltimum terrę: & Psal.125.a.
in fine seculi reuertentes cum fructibus manipulorũ suorum Matt.15.b.
venient in exultatione, & dicent: Quinq; talenta mihi tradi-
disti: ecce alia quinq; lucratus sum. Siue fulgura sunt inspira
tiones diuinæ, quibus illuminãtur corda sanctorum, vt eis ac
censis in amore charitatis Christi conflagrent. Hæc autẽ ful
gura illuminatiõis dei reuertẽtur ad deũ, qui ea ad desiderĩ
sui excitandũ emiserat: quãdo per eandem visitationẽ diuinã
ardenti animo, & feruẽti opus suæ illuminationis effecerũt.
e ¶ Quis posuit in visceribus hominis sapientiam &c.) Ma-
nifestum est quòd homo, quãdo ad imaginẽ & similitudinem
dei factus est: sapientiam rationis accepit, vt præstaret cæte
ris animãtibus, quæ ratione & prudentia carent. Quibus au
tẽ bonis, à deo homo donat⁹ sit: lectorẽ ad eos trãsmitto qui
de bono naturæ, eiusq; virtutibus plurima conscripserunt.
Gallo etiã gallinaceo deus huiusmodi sensum dedit, vt emen
so noctis tẽpore, quasi proximæ lucis memor eandẽ mundo
canens annunciet reuertentem. Secũdũ intelligentiam verò
spiritualẽ ita sentiendum est: quoniã Christus dei est virtus 1.Cor.1.d.
deiq; sapientia. Hũc pater in visceribus hominis posuit: sic
enim dei sapiẽtia qui est filius eius, ait: cùm eum Petrus filiũ
dei confessus fuisset, dicens: Tu es Christus filius dei viui: nõ Matt.16.b.
tibi reuc-

G tibi reuelauit hoc caro & sanguis,sed pater meus qui est in cœlis.Et Apostolus:Cùm autẽ complacuit ei,qui me segregauit ex vtero matris meæ,& vocauit in gratia sua,vt reueGalat.1.c. laret filium suum in me.Gallum verò puto esse vnumquemq; sanctorum,qui in nocte & tenebris huius mundi,accipiũt fidem,intelligentiam, & virtutis

minis sapientiam:vel quis dedit gallo intelligentiam?Quis enarrabit cœlorum rationem:& concentum cœli quis dormire faciet? Quando fundabatur puluis in terra:& glebæ compingebantur? Nũnquid capies leænæ prædam:& animam catulorum eius implebis:quando cubant in antris,& in specubus insidiantur?Quis præparat coruo escam suam,quando pulli eius clamant ad deum:vagientes, eo quod non habeant cibos?

constantiam clamandi ad deum vt inspiret,iam dies permanens, & amoueatur vmbræ vitæ presentis,cum vrgenti & frequenti clamore precum suarum dicenPsal.24.a. tes:Emitte lucem tuam,& veritatẽ tuam.Quod & de prophetis intelligere possumus,q certatim annunciauerũt diei ac solis aduentum.Hoc in loco aliorum multo aliter interpretatio habet:qui ita dixerũt:Quis dedit mulieribus texturæ sapientiam,& varietatũ scientiam? Si scientiam varietatũ, & textrini operis sapiẽtiam à deo solæ mu

Caput

Exod.35.c. lieres acceperunt:de quibus dicitur,Sed mulieres doctæ dederunt,quæ nouerant in opus tabernaculi,de qualibus & dH minus hoc loco,quasi specialiter ait:Quis dedit mulieribus Ibidem.d. texturæ sapientiam,& varietatum scientiam? Quomodo in Exodo Beseleel & Oholiab,sacerdotũ & tabernaculi vestimenta,vario ac polymitario opere texuerũt.Nouerimus ergo esse animas sanctas:quæ hoc opus efficiendi etiã nunc in historia per intelligentiam spiritus acceperũt: quibus vtiq; sicut scriptum est:dedit deus sapientiã & intelligentiã:quicquid etiã fabrè adinueniri potest,dedit in corde eorum. Sic itaq; repleti sunt spiritu sapientiæ & intelligẽtiæ, & sapientiæ vel scientiæ,& omni doctrina ad excogitandũ, & faciendum omne opus:quoniam tabernaculũ illud legis,sanctę ecclesiæ imaginẽ præferebat.Dicam? de hac varietate morũ, 3.Reg.10. & 2.Paralip.2.a. siue meritorum velut vestem vero Salomoni ministrantium quod per figurã regina Saba dixit Salomoni, cũ admiratione laudans sapientiã eius:& domũ,cibos,habitacula, & seruorum ordinem,vestes & ministros,& holocausta quæ offerebant in domo domini cõtinenter:hanc officiorum varietem contextã esse per diuersas in toto mundo ecclesias, per quas alibi coniugati,alibi cõtinentes,alibi virgines: hi per eleemosynas,illi per alienationem omniũ facultatũ: illi per crucem,& mortificationẽ terrenarũ cupiditatũ:illi per sciẽtiã scripturarũ multiplicibus sancti spirit? gratiis:velut diuersis coloribus Christi corpus exornant,sibiq; æternæ gloriæ,& immortalitatis vestimenta conficiunt.Cõtexũt etiam perfecto intellectu fidẽ trinitatis,velut spartũ triplex quod I non citò rũpitur.Huiusmodi vestimenta istæ spirituales mulieres operantur:id est,siue sanctæ animæ, siue ecclesiæ per diuersa regionũ spacia cõstitutæ. a ¶Quis enarrabit cœlorũ &c.) Certũ est,quia nullus cœlorũ rationem vel stellarũ cursum poterit aut sermone narrare,aut mẽte concipere. Quod autẽ ait:Concẽtum cœli quis dormire faciet?Multis scripturarũ locis laudare deum clemẽta dicuntur, pro eo q in illorũ dispositione ac pulchritudine de?,vel ab hominib? vel ab angelis prædicet:Id est,quis homines in eius laudibus vitã exercẽtes dormire:id est,quiescere faciet?Pro hoc itaq; honore,qui ab ecclesiæ cõgregatione persoluit:quis alius q Esaiæ.1.f. ipse requiem dabit ac refrigerĩ in sempiternum. Dormitio enim aliquando in scripturis requies intelligitur: vt Esaias propheta ait,Iustitia dormiuit in ea:id est,in Hierusalẽ æqtas iustitiæ requieuit:nunc autẽ homicidę.Et sanctus quidã super quẽ signatũ fuerat lumen vultus domini:ait in psalmo Psal.4.b. In pace in idipsum dormiã,& requiescam.Itẽ in alio loco. Si dormiatis,inquit,inter medios cleros:id est,inter sortes duorum testamentorũ requiescatis. Et concentũ cœli quis dormire faciet?Sãctos angelos intelligamus,qui pro ipsa habiPsal.67.c. tatione,cœli cœlũ dicti sunt per prophetam hoc modo:Cœlum cœli domino. Huius igitur cœli concentũ, ait dominus, quis dormire faciet:id est, quis erit ille qui eos à perpetuis laudibus,quibus me benedicunt,sanctus, sanctus,sanctus do

K minus,inceſſabiliter cõcinẽtes,vt ceſſent & quaſi obdormiẽtes poſſit inhibere?Quis narrabit cœlorũ rationẽ. Et ſancti cœlorũ nomine crebrò dicuntur: de quibus ſecundũ myſticos intellectus propheta vaticinatur,dicens:Cœli enarrant Pſal.18. gloriam dei.Horum igitur donationes quas habent ſecũdũ dei gratiã differentes: quis poterit vel ipſam fidei ipſorũ narrare rationem? b ¶Quando fũdabatur puluis in terra &c.) Puluis de quo dominus ait,gentium infidelitatẽ ſignat: puluis vtiq; aridus,& ſolutus fundamẽto in eccleſia apoſtolico admiſcetur:vt per fidẽ & colligationes ſiue cõpagines charitatis, cõglutinatio in Chriſto fœdere vnionis& pacis,in augmentũ dei velut in terrã ſolidã creſcẽdo proficiat. Vnde glebæ agri dominici,effectæ frugiferæ, in vnũ corpus eccleſiæ charitatis copula cõpinguntur.Cœlorum quoq; appellatione ſcripturæ ſanctæ rectè dicũtur:eo quòd deſurſum ſint hominibus attributæ,ſiue quia cœleſtia in ſe continent ſacramẽta.Horũ igitur cœlorũ:id eſt ſcripturaL rũ rationẽ,quæ de myſteriorũ obſcuritatibus opacatæ ſunt & profundæ:quis poterit animo perſcrutari,vel eloquio ꝓferre,aut quis eorum vaticinia ceſſare præcipiet. Antiqui interpretes ita dixerunt:Quis cœli organa in terrã declinauit id eſt,quis eſt qui cœlorum laudantiũ deum cantus, vſq; ad hominũ inclinauit notitiã,vt imitatione laudis eius,ſocij angelorũ efficì mereantur. c ¶Nũquid capies leænæ prædã,& animã catulorũ eius implebis.) Ex his quæ per omnẽ textũ ſermonis hui? enumerat,ſex ſunt quadrupedia,& quatuor volatilia. Et in hoc decalogi perfecto numero, videri poteſt quòd omnẽ creaturam intelligi voluerit deus,quę per eum vtpote per authorem regitur. Decimus autẽ numerus perfectus eſt:quia per ipſum iterando,omnis numerus in infinitũ multiplicatur.Ergo iuxta literæ ſuperficiem,hoc ait: Ego qui omnia iuſta diſpenſatione procuro,circa te tantũ ô Iob videor iniuſtus.Iuxtà ſpiritualẽ intellectum, leæna ſiue etiam leo,diabolus eſt intelligendus, qui & in multis locis ſcripturarum propter ſæuitiam,& fortitudinẽ ita nominatur.De hoc igitur dominus ait: quòd nemini nocere poſſit, niſi à deo acceperit poteſtatem.Iuſto ergo iudicio eius traduntur:quia ille omnino vires non habet dominãdi,niſi ipſe permiſerit.Nunquid capies leænæ prædam:id eſt, ſicut ego eam capere permittam.Puto autem hoc loco ideo catulosdictos,quia leænã nominauerat,quos veneno malitiæ ſuæ ſiue nequitiæ,velut lacte nutriſſet ad homines perimendos. De M quorum mortibus,nequiſſimorum ſpirituum animæ reficiũtur:& de his in pſalmo ait:Catuli leonum rugientes, vt rapiPſal.103.c. ant & quærant à deo eſcam ſibi.His igitur leonibus, & draconibus eſcas dare deus dicitur:quãdo illos quos expetunt, in poteſtatem accipiunt. d ¶Quando cubant in antris ſuis(In ſyluis alij dixerũt)& in ſpecubus inſidiantur?) Antra ſiue ſpeluncæ ſunt corda hominũ impiorũ:in his latibulis ſedent:ſiue cubãt in inſidiis,vt interficiant innocentem.

e ¶Quis præparat coruo eſcam ſuam,&c.) Arbitror quòd & hic coruus aduerſariam partem ſignificet ſicut & pulli eius:Vt quemadmodũ ſuperius leænam,& catulos eius intelleximus diabolũ,& turbam perditorum ei?:ita & hic coruũ eundem cum pullis eius intelligamus.Quòd ergo dicitur vagantes,indicatur hoc verbo, quòd quaſi quandam famis rabiem patiantur circa hominum genus,vt perditionem portionis eius,velut cibũ ſumant:& ideo ſatagere videtur omni inſtantia,donec ad effectum votorum ſuorũ perueniant:ſicut audiuimus ſpiritũ ſanctum,per Salomonẽ dicentem: OculũProu.30.c. irridentem patrẽ,& contumelioſum ſenectuti matris,effodiant eum corui de conuallibus,& deuorent eum pulli aquilarum.Poſſumus & ita ſentire,vt coruum:id eſt, diabolum & omnes ſocios eius quõdam patres habuerimus,cùm erroribus eorum aſſimilaremur & vitiis:& inde etiam, & pullorũ

nomine

A nomine dicebamur.Sed relinquentes eos,quod & ſponſa docetur,vt faciat:quę ſponſa nos ſumus, cui dicitur:Audi filia Pſal.44.c. & vide,& inclina aurem tuam, & obliuiſcere populum tuũ, & domum patris tui,& inuocantes nũc dominum,poteſt fieri,vt priſtino adhuc nomine appellemur,ſicut propheta ait: vbi de deo loquitur:Qui dat iumentis eſcam ipſorum, & pullis coruorum inuocantibus eũ. Et reor quòd ideo priſtino nomine cẽſeamur: vt nouerim? quid fuimus,& quid nũc p Chriſti gratiam ſimus. Et inde hoc ipſum magnum bonum intelligentes,magis deo gratias referamus,dicentes cum Apoſtolo: Coloſſ.1.b. Gratias deo patri,qui eruit nos de poteſtate tenebrarum,& tranſtulit in regnum filij charitatis ſuæ.Mos autem ſanctæ ſcripturæ huiuſmodi eſt,vt priſtina culparũ nomina,in ſanctis frequenter recenſeat,ſicut beEſa.54.c. tus Eſaias propheta ait de deo:Benedicẽt me beſtiæ agri,& Apoſtolus Matthæus dicitur publicanus. Videamus hũc locum,ſi & in bonã partem exponere poſſimus:vt iſtũ coruum & Chriſtum interpretemur.Sicut enim ſecundum ſcripturarum conſuetudinem,montem dicimus dominum noſtrum,& B diabolum ſimiliter appellamus:petram quoq; ac lapidẽ, arborem etiam & gladium dicimus:ita & coruum fortaſſis dicere poſſumus.Nam & ſponſa eccleſia,inter cætera præconia laudis de Chriſto,ita ait in Canticocanticorum: CrinesCant.5.c. eius vt abietis,nigri ſicut coruus : ſed quando diabolo corui nomen aptamus,dicimus eum nigrum criminibus atq; tetrũ, & qui in tenebris nequitiarũ commoretur.Quando verò eo nomine ſaluatorem ſignificari dicimus, myſteriorũ arcanis eum in ſcripturis ſuis obſcuriſſimum eſſe ſentimus. Et cùm ſciamus diabolum in ſcripturis ſerpentem nominari,quis auderet de domino ita credere,niſi ipſe in ſe ſerpentis ſimilitudinem verbis propriis expreſſiſſet,dicẽs:Sicut Moyſes exaltauit ſerpentem in deſerto:ita exaltari opotet filium hominis:& diſcipulos tales admonuit eſſe dicens: Eſtote aſtuti vt Matt. 10.b. ſerpentes.Et ſerpens:id eſt,diabolus maledictus à deo eſt,eo Gene.3.c. quòd Euam ſeduxit aſtutia:& Chriſtus maledictus dicitur: Deut.21.d. quia maledictus omnis qui pendet in ligno.Maledictũ quippe hominis in ſe ſuſcipiendo:id eſt,eam quæ ex ſentẽtia dei venerat mortem,vt maledictum ſuſpẽdit in ligno,& inde eſt Galat 6.b. quod pro nobis Chriſtus factus eſt maledictum.Hæc exempla protulimus,vt firmetur ſenſus ſuprà prolatus:ſequentia videamus.Nũc igitur Chriſto coruo figuraliter dicto,pater præparat eſcam:cùm ei ex gentibus conuocat credituros,ſicEſa.46.d. cut de eodem patre propheta ait dicens : Quis ſuſcitauit ab C Oriente iuſtum,vocauit eum vt ſequeretur.Dabit in conſpectu eius gentes,& reges obtinebit.His igitur ad fidem vocatis,dominus Chriſtus velut eſca gaudio exultationis reficitur.Huius populi:id eſt diſcipuli,& omnes credẽtes clamãt ad deum in oratione,panem ſubſtantialem quotidie poſtulantes,& hoc ipſum vagantes faciunt, quia peregrini & hoſpites ſunt ſuper terram,vbi ſedem ſibi firmam,& ſtabilẽ nõ conſtituerunt,ſed dicũt cum Apoſtolo,inſtabiles ſumus. Hi1.Cor.1.c. igitur habent quidem cibos ſcripturarũ:quarũ conſolatione paſcũtur,ſed ſpei& fidei cibus eſt,non alimonia rei propriè permanẽtis.Et idcirco in hoc mũdo vagari dicũtur:donec ad immobilitatẽ quandam ſeculi futuri perueniant. Nã & ad hũc intellectũ ſpiritualem pertinet,quòd corui iſti, ro re paſci dicuntur:ſicut philologi ſe referunt indagaſſe.

Caput XXXIX.

a NVnquid noſti tẽpus partus ibicum in petris : vel parturientes ceruas obſeruaſti ? Dinumẽraſti menſes conceptus earum,& ſciſti tempus partus b earum?Incuruãntur ad fœtũ,& pariũt:& rugitus

Ibix. a NVnquid noſti tempus partus ibicum in petris &c.) Ibices ipſi ſunt quos Græci tragelaphos vocãt,admixto nomine hirci & cerui,eo quòd neceſſe eſt vt ſimile ſibi aliquid hęc animalia habeant,& vnum horũ puto in Canticis canticorum damulam vocari:quæ aliquando, & caprea,ſecundum legem mactabantur.Et in Canticocãticorum crebro ſimul ponuntur,& munda appellantur,quoniam cornuta eſſent & ruminarent:vngulamq; diuiderent. Iſtius ibicis ſunt & alia animalia quaſi eiuſdem generis,vt eſt corLeuit.11.b norum,ſicut in lege dicitur : Et omnes coruini generis aues

nõ mãducabitis.Hæc ergo animalia vel maximè in ſaxis nu D triuntur,& in cauernis petrarum.Ibicum tempus quando pariunt noſti,ait dominus ad Iob,vel quando ceruæ parturiũt obſeruaſti?Quãta alia ſunt in ſcripturis magis obſcura atq; ab hominum notitia longè remota, de quibus aliqua in hoc libro ipſe domin? videtur dixiſſe,quàm ſunt quæ ad Iob nunc loquitur.Quid enim laboriſeſt noſſe temp? ceruarum,& ibicũ parturientium?autvnde tam latebroſum eſt humanę notitię,vt poſſit tempus horum animaliũ parientium penitus ignorare, præſertim cũ hæc ipſa animalia penè in medio hominum cõmorentur. Proinde, ne ſit apud quoſdã hic ſermo domini vilis,& fortè ab eis ſuperfluus exiſtimetur,altius quod dixit intuendum eſt:vt dicamus in myſteriis ſub nomine horum animaliũ,præfiguratos apoſtolos, & apoſtolicos viros,& omnes prædicatores veritatis:qui in fortitudine fidei & patientia,velut in petris per ſpiritum imbuentem eos verbum euangelij perfectè in ſe formatũ patriant:vel cum doloribus perſecutionum parturiãt. In petra 1.Cor.4.d parturibat & ille qui dixit:Nam in Chriſto per euangelium E ego vos genui.Hoc igitur tempus futurum conſtitui,& animas prædictorum,velut ceruas quæ de timore meo concipiunt,vt ſpiritum ſalutis pariãt ſuper terram,tu forſitan,quaſi obſtetricantis officio diligentiſſima ſolicitudine obſeruaſti dans eis os,& ſapientiam de vtero mentis ſuæ,minus fortaſſe ſolidum,vel integrum verbum prædicationis,velut fœtũ in hanc effunderent lucem. b ¶Dinumeraſti menſes &c.) Viuum verbum dei & validum,penetrans vſq; in diuiſionem animæ ac ſpiritus,compagum quoq; ac medullarum:in hoc Heb.4.d. ſpirituali conceptu profectus quoſdam incrementorum,velut per menſes temporum in cordiũ ſinibus operatur,vt ipſis apoſtolis primùm apparuit,qui in initio prædicationis,quaſi parui,& modici viſi ſunt,ſed paulatim corroborante eos ſpiritu,verbum in eis demonſtratum eſt,vſq; ad menſuram plenæ gratiæ peruenìſſe.Quod velut partu ædentes,totum atq; perfectum ac plenum diuinis promiſſionibus ſcribentes,diuerſis eccleſiis ediderũt.Huiuſmodi igitur cõceptus,& partus tempora,qui hoc modo ſpirituali vtero cordis fiũt,vnde & tu Iob,ait dominus,cognoſcere potuiſti?quorũmq; tempora ſunt in euangelio præfinitionis meæ conſilio conſtituta. Vbi ergo dictum eſt,& ſciſti tempus partus eorum:Alij dixerunt,& dolores eorum ſoluiſti. Dolores ſunt inſectationes & tribulationes,quæ prædicatoribus inferuntur:à quib? doloribus iſti tunc abſoluuntur, quando inuitati ad requiem abſoluuntur à corpore.Siue tunc abſoluũtur à doloribus pF ſecutionum,quando in ſpe poſiti,pro malis præſentibus ad promiſſionem æternæ remunerationis aſpiciunt. c ¶Incuruantur ad fœtum,&c.) Doctrinam lacteam propinando 1.Cor.3.d. incredulis & infirmis,ſicut ait Apoſtolus: Lac vobis potum dedi,non eſcam:ab illa celſitudine ſapientiæ ad humiliora prædicatores quodammodo humiliantur atq; deſcẽdunt, vt vir fiat paruulus:& his qui ſine lege ſunt,tanquam & ipſe ſit ſine lege.Et dum eos conantur in Chriſto formare & parere rugitus emittunt:dum ab inimicis Chriſti ſupra modum ac ſupra virtutem ſuam grauantur,ita vt tædeat eos etiam viuere.De qualibus etiam dicit Apoſtolus:Et nunc flẽs dico inPhilip.3.d micos crucis Chriſti . Siue ex affectu charitatis huiuſmodi rugitus emittunt,ſicut ait idem Apoſtolus:Triſtitia mihi eſt Rom.9.a. magna,& continuus dolor cordi meo.Item ait:Ex multa tri 2.Cor.2.b bulatione & anguſtia cordis ſcripſi vobis per multas lachry Galat.4.c. mas.Qualibus dolens ex charitatis viſceribus dicit : Filioli mei,quos iterum parturio donec formetur Chriſt? in vobis. Item ait in Actibus Apoſtolorũ, vbi omnẽ fraternitatẽ collectam alloquitur dicens: Vigilate,memoria retinentes,quo Acto.20.f. niam per triennium nocte & die non ceſſaui cum lachrymis monere vnumquenq; veſtrũ.Et iterũ ait:Ipſi ſcitis qualiter vobiſcum per omne temp? fuerim,ſeruiẽs domino cũ omni humilitate & lachrymis. Hæc igitur idcirco dicta ſunt, vt ſciamus quoniam ad gemitus & rugitus,pertineant tribulatio,anguſtia,

Gtio,anguſtia,lachrymæ & dolor continuus cordis ſanctorũ. Aliter:incuruantur ad fœtum,& pariunt,& rugitus emittũt: Vbi prædicatores veritatis verbum fidei cœperint ædituone eloquij prædicare,ilico ab aduerſariis incuruantur:id eſt,cuſtodiis carcerum humiliantur atq; verberibus,ſed quia nec
1.Cor.4.d. in vinculis verbum dei eſt alligatum:illic nihilominus id populis pariũt,quo & ipſi in Chriſto naſcuntur:Sicut ait vt diximus in regeneratos, ſanctus Apoſtolus:In Chriſto Ieſu p euãgelium ego vos genui:deinceps ad deum in orationibus rugitus deprecationũ emittunt, vel pro perſecutoribus ſuis deũ rogantes,vel perſeuerantiam fidelĩ, & adiutoriũ diuinæ gratiæ ſuppliciter implorantes. Aliter,ru-
Eccléſ.11.d gitus emittunt:quia qui adiicit ſcientiam,adiicit dolorẽ:gemũt ſancti cogitantes quanta ſunt pericula huius vitæ,vel quàm longè ſunt à virtutibus quas requirunt. a ¶Separantur filij earum,& pergunt ad &c.) Parturitione apoſtolica,filij quos ſancti in Chriſto genuerint ſiue à priſtinis erroribus ſuis,ſiue etiam à carnalibus operibus ſeparantur:in quibusnunc erubeſcunt,vt iam non ſibi viuant,ſed Chriſto,qui pro eis mortuus eſt & reſurrexit. Pergunt ad paſtum:id eſt,per ſcientiam profundioris intelligẽtiæ quotidie excitati conuerſatione proficiunt,dicentes:animalia ſancta veri paſtoris: Dominus regit me & nihil mihi
Pſal.22. deerit:& cætera,quæ ſequũtur in pſalmo eodem: Sic,inquã, pergũt ſancti filij euangelizantium pacem,ſicut iam dixi:id eſt,creſcunt atq; proficiunt. Ad iſtum paſtum domini, & ad hãc allmoniam ſanctarum animarum,& ad tales delitias ſpirituales,egrediuntur vtiq; ab infantia morũ quotidie proficientes & proficiſcentes virtutum merito in virum perfectũ.
Philip.3.c. Et non reuertuntur ad eas. Non reuertuntur vt iterũ neceſſe ſit eos doceri,quæ ſint elementa exordij ſermonum dei. Non reuertuntur ad ea quæ retro ſunt,ſed ad ea quæ in antè ſunt
Galat.4.c. ſe extendunt. Non reuertuntur vt quidam,quibus ait Apoſtolus:Filioli mei,quos iterum parturio donec Chriſtus formetur in vobis:ſed potius ſubeunt gradus aſcẽſionum, inambulant de virtutibus in virtutem. Huiuſmodi ergo filij nõ poſſunt audire,vt Galatæ,vocem increpantis Apoſtoli:vellẽ eſſe apud vos,& mutare vocem meam. Hic ergo ſermo dei ſub
Galat.4.e. figura caprearum,& ibicum,deſcribit apoſtolos, ſicut iam dixi,& apoſtolicos viros,atq; omnes doctores eccleſiæ, per quorum doctrinam eccleſia ſpirituales ſibi filios generat. Et
I vnaquæq; anima de verbo dei cõcipiens,parit filios bonorũ operum,quæ tamen ceruæ ſit ſimilis & ibici,vt in montibus habitet,& in petris nutriat,veloxq; ſit & alacris ad currendamviam domini. Serpentes quoq; de terra ſua educat,& viuat multo tempore:audiens prophetam:adiicientur tibi an-
4.Reg.20.b. ni vitæ tuæ:talibus ceruis ſunt montes excelſi quos domini vox perficit,& quorum pedes in conſummatione perducet. b ¶Quis dimiſit &c.) In cerua & ibice ſuperius figurã eccleſiæ eſſe monſtrauimus. Nũc verò onagri nomine,arbitramur populum Iudæorũ poſſe intelligi,quem deus ob incredulitatem eius dimiſerit,ſicut ait:Et dimiſit eos ſecundũ deſideria cordis eorum. Quod in multis aliis locis ſcripturarũ
Pſal.80.c. deo hoc futurũ eſſe teſtat:Cuiuſq; vincula præcepta eſſe legalia non abſurdè ſentimus. Nam eundem contumacem populum & rebellem,propheta ita obiurgat & increpat,dicẽs:
Oſeæ.4.d. Vacca laſciuiens Iſrael,confregiſti iugum, rupiſti vincula.
Hiere.5.b Hunc igitur quaſi onagrum,immundum videlicet animal ac effrene,reliquit dominus,vt ab eo iugo imperij ſui,quia ſem
Rom.6.d. per reſtitit obedire,à vinculis præceptorum diaboli ſolueretur,& ſecundum Apoſtolum ſeruus peccati, liber eſſet iuPſal.2.a. ſtitiæ,ſic enim ipſe dominus de Iudæis ait in pſalmo:Diſrũpamus vincula eorum,& proiiciamus à nobis iugum ipſorũ
Geneſ.1.c. vbi ipſa trinitas dei hoc dixiſſe videtur. Nam quemadmodũ in Geneſi in factura hominis pluraliter dixit deus, faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram: ita & hic

a rugitus emittunt. Separãtur filij earum: & pergunt ad paſtum:egrediuntur,& nõ
b reuertuntur ad eas. Quis dimiſit onagrũ
c liberũ,& vincula eius quis ſoluit? Cui dedi
d in ſolitudine domum: & tabernacula eius
e in terra ſalſuginis. Cõtemnit multitudinem ciuitatis:clamorem exactoris nõ au
f dit. Circũſpicit montes paſcuæ ſuæ,& vi
g rentia quæq; perquirit. Nũnquid volet rhinoceros ſeruire tibi:aut morabitur ad præſepe

K locutus eſt:Diſrumpamus vincula eorum, & proiiciamus à nobis iugum ipſorum. Quem locum Actus apoſtolorum ita Acto.4.a.
ſe habere manifeſtè declarant:vbi apoſtoli ad deum eleuare runt vocem ſuam atq; dixerunt: Domine tu qui feciſti cœlũ & terrã,mare & omnia quæ in eis ſunt,qui ſpiritu ſancto per os patris noſtri Dauid pueri tui dixiſti:Quare fremuerunt gentes,& populi meditati ſunt inania?aſtiterũt reges terræ,& prĩcipes conuenerunt in vnũ,aduerſus dominum,& aduerſus Chriſtum eius. Ob hoc igitur ſcelus quod in Chriſto filio dei cõmiſſum eſt,ait pater:qui in ſpiritu ſuo hoc futurum prædixerat,di- Ibidem.
cens:Diſrumpamus vincula eorum,& proiiciamus à nobis iugum ipſorum. Proceſſit grande peccatum ac nefandum,quo ſaluatorem crucifixerunt,vt meritò ab eis vincula præceptorum
dei diſrumperentur:& ita legis iugum proiiceretur. Quòd autem iugum & vincula eorum dicta ſunt,cũ dei fuerint potius quam Iudæorum,quib⁹ legem ac præcepta dederat mãdatorum:hoc maximè requirendum:quod ita dictum, quia L
Iudæi legem carnaliter intelligentes,quã ex operibus ſe implere arbitrabantur,quaſi ſuam effecerant:ſicut dicit Apo- Rom.3.e.
ſtolus:Iſrael verò ſectans legem iuſtitiæ, in legem iuſtitiæ non peruenit. Quare?quia nõ ex fide,ſed ex operib⁹. Et ideo de eiſdem ſequitur,dicens:Ignorantes enim dei iuſtitiam,&
Pſal.22. ſuam quærentes ſtatuere,iuſtitiæ dei nõ ſunt ſubiecti. Quòd autem ait,ſuam volentes ſtatuere iuſtitiam, non quia lex abipſis ſit conſtituta,hoc ait:ſed in lege quæ ex deo eſt ſuã cõſtituerant,quando eandem legem ſuis viribus ſe implere poſſe credebant:& idcirco ſecundum hunc ſenſum Iudæorum
vincula diſrumpenda à deo dicuntur,& proiiciendum iugũ ipſorum. c ¶Cui dedit in &c.) Iuſtos deſtitutos in ſolitu-
Pſal.68.f. dine,videlicet protectione defenſionis meę habitare feci:ſicut etiam poſtmodum ore prophetico locutus ſum dicẽs:fiat habitatio eorum deſerta,& in tabernaculis eorum nõ ſit qui
habitet. Solitudo itaq; facta⁹ eſt popul⁹ ille & eremus,quia ablata lege:prophetia,ſacerdotio,ſacrificio quoq; ac beneficiis diuinis,gratiæ etiã protectiõe priuati ac deſtituti ſunt.
d ¶Et tabernacula eius &c.) Vt ſine vlla ſpe promiſſionis dei ſterilis viueret:& infructuoſus terram ſalſuginis dicitur
accepiſſe: vbi præter amaritudinem qua deum prouocaret ad iracundiã,nihil haberet. Sic nanq; alibi de deo dicit pro-
Pſal.106.d. pheta:Poſuit flumina in deſertum,& exitus aquarũ in ſitim. Terram fructiferam in ſalſuginem à malitia inhabitantiũ in
ea. e ¶Contemnit multitudinem ciuitatis:&c.) Eccleſia M
eſt hæc ciuitas,quę conſtat ex multitudine innumerabilium
populorum,de qua dominus ait:Non poteſt ciuitas abſcondi
Matt.5.b. in monte poſita. Hanc igitur qſq; Iudæus deſpiciens,reſpuẽdo contemnit:clamorem etiam cuiuſlibet euangelizãtis verbum dei,& exigentis obedientiam fidei non audit:id eſt,obedire detrectat:ob hoc igitur,incraſſatum eſt cor eorũ, &
Eſa.6.c. oculos ſuos clauſerunt,vt non videant oculis,& auribus non audiant,& cordẽ intelligant. f ¶Circumſpicit montes paſcuæ ſuæ &c.)Mõtes,ſuperbos quoſq; doctores,ſcribas videlicet & phariſæos legis ſuæ, quaſi ſuſpiciens eis q; honorem deferẽs,adulationis ambitu circumit:ab eis proculdubio,in
quibus eſt doctrina hominum,non recedens. In quibus etiã montibus vbi ſe paſcua carnalis legis habere gloriantur:vi-
rentia quæq; perquirit,quæ ad delitias vtiq; carnis,& ſabbata delicata pertinent,& quæ velut vireſcentis ſuperficie,legis hiſtoriis,nullum fructum habeant figurarum. g ¶Nunquid volet rhinoceros &c.) Siue vt alij dixerunt: Nunquid
volet monoceros ſeruire tibi?Ex diuerſa ædition transferẽ- Vnicornis.
tium aduertimus,quòd ipſum ſit rhinoceros quod & monoceros,& Latinè intelligatur vnicornis,ſiue ſupernares cornu habens. Sunt ergo huiuſcemodi feræ in ſolitudine Orientis,& ab hominibus nonnũquam videntur ſiue capiũtur. Hic igitur monoceros,populi gentilis imaginem præfigurat:cuius etiam,

A ſus etiam ſuperbia ſignificatur in cornu,ſicut quibuſdã peccatoribus,& ſuperbis à deo dicitur per prophetam:Dixi iniPſal.74.a. quis,nolite iniquè agere:& delinquentibus, nolite exaltare cornu. Nolite extollere in altum cornu veſtrum: quia veternoſa atq; antiqua in his quos deus increpat,ſuperbia eſt.
Secundũ aliam æditionem: in
a ſepe tuum? Nũnquid alligabis rhinocerota ad arandum loro tuo: aut confrin-
b get glebas vallium poſt te? Nũnquid fidu
ciam habebis in magna fortitudine eius, & derelinques ei labores tuos? Nunquid credes illi,quoniam ſementem reddat ti-
1.Reg.2.b. c bi,& aream tuam congreget? Pennã ſtruthionis,ſimilis eſt pennis herodij & acci-
d pitris. Quandõ dereliquit oua ſua in terra: tu forſitan in puluere calefacies ea?
Dan.7.b. Apoc.17.c. e Obliũiſcitur quod pes conculcet ea: aut beſtia

B manſuetus effectus atq; humilis,ad dominicum præſepe recurrat:ac verbis dei hominiſq; aſſumpti,ſacris cibariis ſaturetur. Siue,nunquid ſubiicietur,vt in eccleſiæ meæ clauſtro habitet:quod erit viantibus ſtabulum: atq; huic ſeculo renunciantibus ſalutare perfugium:vbi ſpiritualium ciborum alimoniis,inſtitutionibus,& cœleſtibus pinguęſcat eloquiis & impleatur in illo quod erit per prophetam poſtea prædicendum: Agnouit bos poſſeſſorem ſuũ,& aſinus præſepe domini ſui. In monocerote quippe hic nominato, ſicut in pro-
Eſaiæ.1. pheta per aſinum, immundus & incircuncciſus ſignificatus eſt populus omnium nationum. a ¶Nunquid alligabis rhinocerota ad arandum loro tuo:aut confringet glebasval
lium poſt te?)Lorum hoc loco dictam ipſam charitatẽ Chriſti,quæ eſt inter omnes virtutes præcipua intelligere debemus. De qua ad diligentes atq; amantes deum,ait Apoſtolus
Coloſſ.2.a. Copulati in charitate:cuius vinculis colligandos, propheta
Eſa.45.c. olim prædixerat,dicens ad deum: Labor Aegypti, & negociatio Aethiopiæ,& Sabaim viri ſublimes ad te tranſibunt, & tui erunt: & poſt te ambulabunt: vincti manicis pergent, & Dauid quemadmodum charitatis dei vinculis per miniſtros verbi dei vinciendi eſſent credentes, ita loquitur, di-
Pſal.149.b. cens: Ad alligandos reges eorum in vinculis ferreis. Quorũ vinculorum nominibus,charitatis Chriſti fortitudinem vo-
C luit demonſtrare:quæ etiam fortis & potens in manicis ferreis, ad amorem domini conſtringit. Hic ergo rhinoceros: id eſt,populusquondam incircuncciſus,præputio ſcilicet carnalium voluptatum,& infidelitate immundus,hoc loro charitatis Chriſti,fortiſſimo alligatus:ita vt nulla eum creatura ſeparare poſſit à Chriſto:conficit in corpore glebas con
1.Cor.6.d. uallium, duritiam ſcilicet peccatorum: & colit in corpore ſuo terram dominicam,ſecundum Apoſtolum,qui ait: Non eſtis veſtri. Et ideo hic ſpecialiter domini eſt terra, in qua primitus ſit omnium peccatorum,quaſi vepriũm ſpinarũmq; purgatio. Deinde aratro crucis, & ferro dominicæ paſſionis,duritia cordis atteritur, & confringuntur vallium glebæ. Vallium nomine,humiliatos peccatis homines,atque in ſma depreſſos ſignificari exiſtimo,ſicut habemus in pſalmo:
Pſal.83.b. Aſcenſus in corde ſuo diſpoſuit in valle fletus. Vnde & Eſaias cum increpatione prophetaturus,contra Hieruſalem pec
catricem, prophetiæ ſuæ huiuſcemodi titulum præpoſuit,
Eſa.22.a. dicens: Onus vallis viſionis. Talium igitur vallium glebas monoceros comminuit: quando humiliati corporis terram edomat,& ſuſcipiendis cœleſtium præceptorum ſeminibus, ac reddendis fructibus præparat,quando cum apoſtolo caſtigat corpus ſuum,& in ſeruitutem redigit:quando omnem hebetudinem obſtinati cordis,duramq; ſtoliditatem à ſe auferre contendit:quod tamẽ efficere nequaquam poterit,ait dominus: niſi rectorem & gubernatorem ſuum obedienter

D me fuerit ſecutus. Vnde ait dominus ad Iob: Aut confringet Pſal.62.d.
glebas vallium poſt te,ſicut habemus in pſalmo: Adhæſit a- Naum.3.a.
nima mea poſt te. Et propheta de huiuſmodi: Poſt te ambulabunt, inquit, vincti compedibus: vbi admiratione dignos
video tales pedes,qui quanto magis compediti fuerint,tanto velocius ſine offenſione egre
diuntur. b ¶Nunquid fiduciam habebis in magna fortitudine eius &c.) Ego dominus noui fortitudinem charitatis eius,& patientiæ ac longanimitatis,& idcirco dereliqui ei ad imitandum me omnes labores diſpenſationis meæ,quos in me credendo intelliget: quia pro illo ſuſtinui alapas, verbera ac ſputa ſuſcipiens,eidem laborauiq; ad cœlos reuolans exempla laborum ac virtutum reliqui:cui quæ credidi atq; commiſi opitulante ſibi gratia mea, reddat multiplex ſemen, & in
area eccleſiæ meæ germen tricesimum,ſexageſimum, centeſimũq; fructificet,& aream tuam congreget,ſicut Apoſtoli, & poſt apoſtolos multi fecere doctorum. c ¶Penna E
ſtruthionis, ſimilis eſt pennis herodij & accipitris.) Hero- Herodij.
diorum genera tria eſſe dicuntur:vnũ horum album eſſe colore quidam ferunt: aliud verò quaſi gruis quibuſdam diuerſis coloribus varium:tertium quoq; genus nigrum affirmant: quod ſit non ſolum velox, & ſæuum ad prædam: verumetiam in coitu impatientiſſimum:intantum vt in tempore coitus ex oculis eius ſanguis ebulliat. Herodius in pſalmo centeſimo tertio ita nominatur: Herodij domus dux eſt eorum: cùm de lignis domini propheta tropicòs loquitur.
In Deuteronomio quoq; & in Leuitico: vbi ne aues immun- Leuit.11.b
dæ in cibum ſumantur Moyſes prohibet,& hæc ſimiliter po- Deut.14.b.
nitur. Accipitrum etiam aliquot,ſunt formæ vel genera. His ergo rapaciſſimis auibus,venatu & præda viuentibus,in pennis ſtruthio comparatur,ſicut & alij dixerunt: Struthio mixta,& alis Herodionis & accipitris. Igitur ſtruthionem ſecundum ſpiritualem intelligentiam ſenſũſq; diuinos, eccleſiam non abſurdè ſentimus,quæ per lauacrum regenerationis,& verbum munda in Chriſto effecta eſt:qui ſimilem quidem pennam habet pennis auium quæ carnibus veſcuntur & ſanguine. Sed illæ remigio alarum in hoc aere velut in pelago id agunt,vt de cæteris auibus prædam capiant. Vnde ſub hac figura inimici noſtri ſpirituales intelliguntur.
Struthio verò longè diſſimili modo pennis ſuis vtitur: eo quod eas velut per fidem, & ſpeciem duorum teſtamento- F
rum gubernaculis viuens habitantem extendat:hæc auis ait dominus Iob: d ¶Quando dereliquit oua ſua in terra: tu forſitan in puluere calefacies ea?) Oua ſiue filios, vt in ſubſequentibus dicitur, nouam creaturam atq; in Chriſto generatam,& candidam progeniem ſanctæ eccleſiæ intelligere debemus. Sed in ouis illos eſſe nouerimus, qui doctrina quotidiana,quaſi fœtus quidam eccleſiæ matris nutriuntur,vt quandoq; de initiorum frugalitate,& imperfectione procedentes,ad vltimum teſta virtutum,veluti diſtinctis at
q; formatis membrorum compagibus exiſtant, cùm ex tenebris vitiorum hoc modo facti fuerint lux in domino, profi-
cientes quotidie ad ætatum morũmq; ſoliditatem. Audiant Pſal.138.c.
prophetam de ipſis dicentem: Dies formabuntur, & nemo
in eis:id eſt,nullum in eisvitium dominabitur:quo impugnãte vincantur. Filios verò intelligamus iam ſolitò robuſtiores:fide ac virtutibus compoſitos, atq; formatos per incrementa virtutum,tanquam per annorum ſeriem iam de omni infirmitate vitæ incompoſitæ nihil habentes. Hi igitur,ſicut ait dominus:in terra ab eccleſia relinquuntur: quando perſecutionem ab impiis,& terrena ſapientibus patiuntur. Relinquere enim eos eccleſia dicitur, dum aduerſantibus non reſiſtit:quos dominus feruore fidei & patientia duros, atq; in illo igne quem miſit in terram,& in puluerem fragilis carnis eorum fortiſſimos facit. e ¶Obliuiſcitur quod pes cõculcet ea:

a bestia agri conterat. Duratur ad filios su-
os,quasi nõ sint sui:frustra laborauit, nul
b lo timore cogente. Priuauit enim eam
deus sapientia : nec dedit illi intelligen-
c tiam. Cùm tempus fuerit,in altum alas e-
rigit:deridet equum & ascensorem eius.
d Nũquid præbebis equo fortitudinem:aut
circundabis collo eius hinnitum?Nũquid
e f suscitabis eum quasi locustas? Gloria na-
g rium eius terror:terram vngula fodit. E-
h i xultat audacter:in occursum pergit arma
k tis. Contemnit pauorem, nec cedit gla-
l dio.Super ipsum sonabit pharetra:vibra-
m bit hasta & clypeus. Feruens & fremens
n sorbet terram : nec reputat tubæ sonare
clangorem.

G culcet ea:aut bestia agri conterat.)Obliuiscitur ecclesia na
tos suos,dum eis pressurarum molestias,aduersarios inferre
non prohibet.Hoc loco differentiam puto esse tribulatio-
num,propter illud quod dixit:pes conculcet, & illud quod
ait:& bestiæ agri conterant.Et hoc sit contritio bestiarum:
quando apertè truces, sæui &
immanitate morum crudelitate
similes bestiarum,Christũ con
fitentes vsq; ad atrocitatem mor
tis affligunt. Pes verò concul-
cationis fit huiuscemodi tribu
latio,quando opprobriis, & ni-
mio contemptu iniquorum san-
cti vsquequaq; humiliantur,ve
lut quadam conculcatione pro-
triti. a ¶Duratur ad filios su
os,quasi non sint sui:frustra la-
borauit nullo timore cogente.)
Præsentibus filiorum suorum
tribulationibus, ecclesia dura
& impia videtur:quoniam non
ingemiscit,& plangit angustias
2.Mach.7. interitũmq; natorum. In cuius
H figuram, sancta mater Macha-
bæorum super filiorum suorũ
cruciatibus exultabat: videbat
quippe in spiritu,sicut & hic sã
cta mater ecclesia per fidẽ quo
tidie contemplatur, quantam gloriam in æternum pariant
pœnæ præsentes,professiõe veritatis acceptæ.Et ideo quod
sequitur:frustra laborauit,nullo timore cogente:ecclesiam
signat,quæ filios suos ad tentationem,& seculi huius mole-
stias præparat, sperans vtiq; à deo pro his malis tempora-
riis,filiorum suorum gloriam, & incorruptionis beatitudi-
nem sempiternam. Aliter:sed & si doluisset pro filiis conse-
cratis, frustra doluisset: quia non habebat timendi causas,
quando eos non perdidit, sed acquisiuit. b ¶Priuauit e-
nim eam deus sapientia:nec dedit illi intelligentiam.) Sapi-
entia atq; intelligentia mundi huius priuata est à deo eccle-
1.Cor.3.d. sia:nam & Apostolus hoc fieri præcipit,dicens:Qui vult sa-
piens esse,stultus fiat vt sit sapiens:quia sapientia huius mũ-
di stultitia est apud deum. c ¶Cùm tempus fuerit, in al-
tum alas erigit: deridet equum & ascensorem eius.) Cùm
ingruerit, ait, molestior & nimium acerba afflictio perse-
quentis: ibi maior ad deum de afflictione obsecrantis affe-
ctus:dum quodammodo excitatur,& humiliatus erigitur in-
tentione vigilantissima deprecandi in excelsum alacri nisu,
I fidem suam & spem,velut pennas in adiutorio gratiæ dei ful
tas suffert, & cùm talium alarum sustentata fuerit auxilio,
gressus profectò eius velociores efficiuntur & conciti:ita vt
insequentes se derideat inimicos, id est equum & equitum,
quod est diabolum & hominem ministrum inimici: qui in
perpetrandas contra ecclesiam persecutiones,sedet in quo-
libet equo suo,in corde videlicet hominis persequentis.
d ¶Nunquid præbebis equo fortitudinem, aut circunda-
bis collo eius hinnitum?) Hunc equum aduersariam pote-
statem arbitror posse intelligi:qui sit pallidus,vt in Apoca-
Apoc.20.b. lypsi scribitur:quem sequitur mors & inferus.Et qui in Za
Zacha.1.b. charia propheta dicitur rubeus: mortibus videlicet homi-
num,& cruore respersus. Proinde dum permittitur præbe-
ri ei à deo, dicitur fortitudo: & circundari collo eius hin-
Rom.2.a. nitus, vt per patientiam, & bonitatem dei, thesaurizet sibi
iram in die iræ, & reuelationis iusti iudicis dei. Et idcirco
in collo eius significatur hinnitus superbiæ,quo tumeat cõ-
tra deum,& blasphemiam loquatur. e ¶Nunquid susci-
tabis eum quasi locustas?) More locustarum, aduersarius
noster dicitur suscitari,quando de locis suis ad partiendas
regiones, atq; vastandas præire dicitur, sicut ait de deo
Psal.104.c. psalmista : Dixit,& venit locusta. Sed hanc suscitationem,
instantiam efficiendi operis esse arbitror. Vnde dicitur ad
Exod.9.b. Pharaonem:In hoc ipsum te excitaui,vt ostendam in te vir-
tutem meam,& annuncietur nomen meum in vniuersa ter-
ra. f ¶Gloria narium eius terror.) Siue vt alij dixerunt:

Gloria pectoris eius audacia. Vt inimicus in fugam vertat K
aduersarium suum,militem scilicet Christi:ipso etiam anhe
litu terret:hic est odor mortis: hic est spiritus furibundus
anhelans in hominis necem: retrorsum respicit, qui iterum Marc.4.b.
ad peccata conuertitur:siue tribulationibus cedit,vt in euan
gelio dominus per parabolam
edisserit. g ¶Terram vngu-
la fodit.) Siue vt alij dixerunt:
fodiens in campo luxuriat: id
est,carnales homines, & terre-
na sapientes conculcat,& prote
rit,& cùm eos humiliauerit, si-
biq; subdiderit:facit eos ea con
tritione contritos:qualis est cõ
tritio,& infœlicitas in viis ho-
minum impiorum. In huiusce-
modi igitur latitudine vitiorũ,
velut in campo luxurians, fodit
ad subtrahenda hominibus fun
damenta virtutum,vt in ruinam
subducta soliditate procũbant.
h ¶Exultat audacter.)Gaudet
superbus præsumptionis auda-
cia:quoadusq; pernitione con- L
tra homines pugnat. i ¶In
occursum pergit armatis.)Quę
sint arma sanctorum contra spi Ephes.6. c.d. & Roma.13.d. & 2.Cor. 6 b.
ritualia nequitiæ:apostolus di
ligenter enarrat.Contra hos igitur huiusmodi armis indu-
tus,in occursum pergere dicitur:quando arcem mentis ex-
pugnare moliens,aduersum murum virtutum,arietes obiicit Matt.4.a.
vitiorum,& ad tentandum dominum,ausus fuit in occursum
eius venire in eremo,& per singulas ciuitates apostolis Chri
stum prædicantibus occurrebat : quando eis commotiones
seditionum populi suscitabat,sicut etiam in Actibus aposto
lorum legimus. Vnde & ad quosdam Paulus ait: Ostium mi 1.Cor.16.b.
hi apertum est magnum & euidens,sed aduersarij multi. Et
multis aliis locis de hac aduersantium impugnatione non ta
cet,quas diabolus immittebat. k ¶Contemnit pauorem:
nec cedit gladio.)Quod ad imperium, & inuocationem dei,
diabolus effugetur,manifestum est:sed si ad contumaciam,&
voluntatem illius iniquissimam, ac procaciter impudentis-
simam attendamus,intrepidus non terretur:non erubescit e-
tiam si gladio ferri dei territus fuerit & fugatus, reuertitur
iterum:nec confutatus abscedit. l ¶Super ipsum sona-
bit pharetra : vibrabit hasta & clypeus.) Cur habet phare-
tram inimicus?vt videlicet sedentes in ea Iudæi,gentiles,hæ
retici:in quibus sunt sagittæ mortis, errorum scilicet lœta-
lia dogmata,sagittent in obscuro rectos corde.Habet hastã M
vnde criminibus cæterisq; vitiis confodiat peccatores : sa- Psal.10.a.
gittas,subtiliores dolos:hastam,delicta trabalia atq; morti-
fera.Habet clypeum : quo malitiæ plenitudine,totum mili-
tum suorum occupat pectus:quo ne telis verborum dei com
pungantur,excutit ea,frustratur,expalmat:ex quo equo trãs
figurato in angelum lucis,splẽdore quodam terribili,vibrãt
hasta & clypeus,& mendacij eloquio abruptæ hæreticorum
resonant prauitates, & hic propter indesinentem intensio-
nem vsumq; blandiendi vibrare dicuntur. m ¶Feruens
& fremens sorbet terram.) Feruens est vitiis diabolus, ini-
micus sanctorum, & omnium criminum igne conflagrans,
atq; in hominem furore inuidiæ fremens, vt iam sorbeat il-
lecebris peccatorem, & deuoratum in corpus perditæ con-
gregationis suæ transferat,quo corpore propheta dixit se
fortè absorbendum,nisi dominus esset in eo:ita inquiens:Ni Psal.123.
si dominus esset in nobis,fortè viuos absorbuissent nos. Hic Gene.3.c.
ergo contrarius noster ipse est, cui deus locutus est,dicens:
Terram manducabis omnibus diebus vitæ tuæ. Et idcirco
ipse & socij eius, vt inimici domini terram lingent.
n ¶Nec reputat tubæ sonare clãgorem.) Id est, propheta-
rum & apostolorum increpationem audire detrectat,quibus
dicitur:Sicut tuba exalta vocem tuam:sed magis sæuiẽs:vn- Esaiæ. 58.a.
de verus Pharao dicit:persequens comprehendam, departi- Exod.15.b
bor spolia,& cętera.In his locis de quibus diximus:alij trãs-
tulerunt:

a clangorem. Vbi audierit buccinam, dicit,
vah. Procul odoratur bellum : exhorta-
tionem ducum, & vlulatum exercitus.
Nunquid

A tulerunt:super ipsum enim gaudet arcus & gladius,lancea,
hasta,& tremore & iracundia euertit terram:nec credit do-
nec clanguerit buccina:vbi eundem sensum existimo conti-
neri:secundũ quem nos exposuimus,in arcu & gladio,& cæ
teris armis inimici, omnes adinuentiones eius intelligendæ
sunt,quæ in eo gaudeant cũ his
modis, quasi armis interficiunt
hominem. a ¶Vbi audierit
buccinam, dicit:vah.Procul o-
doratur bellum, exhortationẽ
ducum,& vlulatum exercitus.)
Quando audierit,inquit,aduer
sarius noster dei buccinam, id
est,vnumquenq; doctorem ecclesiæ adhortantem commili-
tones suos,secundum pręceptum imperiale,atq; diuinum:vt
contra aduersarium suum stent fortes in prælio:stupenti a-
nimo & scrutabili, auribúsq; attonitis, ait: vah, tanquam si
diceret : quid audio, hac quisquam præsumit audacia, vt
contra me saltem cogitet bella constituere? Vbi ergo di-
ctum est vah: Alij dixerunt euge, quod secundum vt con-
sequentia loci fuerit: siue in bonum siue in malum capitur.
Psal.69.a. Et in psalterio:Confundantur & reuereantur,qui dicunt mi
hi euge euge.Proinde in hoc loco irridentis animo, & sub-
B sannantis vultu, euge dicitur : Subtilis enim & vigilantissi-
mus inimicus,& nimium callidus:qui solicitudinem perden
di omnem terram habet, cùm senserit aliqua initia siue si-
gna quædam in homine, quomodo ei, eiúsq; vitiis resisten-
dum sit : velut sagina aduersantes sibi præuenire conten-
dit:ne sumpta contra diabolum sanctitatis arma defendant:
ne veneratione digni fiant,cùm rex æternus aduenerit, Vlu-
latus verò,siue sonitus,vt alij dixerunt,exercitus veri impe-
ratoris ille est,quando seinuicem vno spiritu,vnáq; charita-
te & fide cohortantes, conspiratis in vnum timoris domini
viribus alloquuntur:vt donec transeat iniquitas, sint perse-
uerantes in prælio:quia charitate regis sui infusa in se per
spiritum sanctum:qui datus est eis,pro alterutro sunt mem-
bra solicita. Nunquid suscitabis eũ quasi locustas?) Quẽ
de loco ad locum transilire feci:& de præsenti,scilicet mũ
di delectatione ad desiderium futuri seculi inflammaui : sic
vtiq; suscitatus est de corpore infidelitatis velut sol,cùm ca
lor aduenit.Has autem mutationes non locorum esse corpo
ralium nouerimus, nam affectus sunt animorum. Gloria
narium eius terror.) Vt terreat peccatores, odio habens
Psal.7.c. quod sunt:& dicens eis de deo:Nisi conuersi fueritis,gladiũ
suum vibrabit,& cætera:de gloria narium eius est: spiritus
enim dei est in naribus eius:quod & sanctus Iob dixit:Spiri-
tus dei est in naribus meis. Hoc vnguento spiritu vtiq; dei,
C perfusa est ecclesia : sicut scribit Ioannes apostolus : Et vos
1.Ioan.2.d. vnctionem habetis à sancto. Proinde hic de quo loquimur,
hoc loco de bono flagrabat in interiore sensu hominis sui:
2.Cor.2.d. in quo sensu secundum voluntatis arbitrium:aliis odor mor
tis in mortem:aliis odor vitæ in vitam : quoniam refuso su-
per Christum:id est miræ fidei à sancta ecclesia repletus est
mundus:omnes fidelium populi,eodem sacro chrismate vn-
Matt.26.& cti sunt.Propter quod & ipsum vnguentum, quod ante sal-
Marc.14.a. uatoris notitiam intra alabastri vasi angustias tenebatur pi-
& Luc.7.f. stici,nomen inditum erat : vt nouerimus credentium popu-
los,sicut dixi chrismate consecratos. Hac igitur gloria o-
doris huius:quasi terrore generantis perfunditur sensus in-
terior. Terram vngula fodit.Exultat audacter: & in oc-
cursum pergit armatis.) Quicquid in se potissimũ habet ad
substantiæ perseuerantiam : eo vtiq; bono virtutis terram
scindit,& commouet:Non enim patitur vt solum gradiatur
Psal.125.b. incultum,sed studet vt ager fiat frugifer & opimus. Vnde &
ante deum audacter exultat vt audiat de se, sicut de cæteris
dici: Venientes autem venient:in exultatione,tollentes ma-
Matt.25.b. nipulos suos.Itemq; audiat,serue bone:quia super pauca fui
sti fidelis,supra multa te constituam.In occursum pergit ar
matis, antequam telis vitiorum siue persecutionum à spiri-
tualibus hostibus obruatur, in acie virtutum consistens, ir-
ruentes in se præuenit inimicos:ne aliquo ictu concupiscen
tiæ,vel etiam diffidentiæ vulneretur.Sic nanq; in occursum
pergit contra hostes armis vitiorum, insectationéq; muni-

tos.Secundum hunc sensum sanctus Dauid ait:Persequar ini D
micos meos,& comprehendam eos, & cætera. Contemnit Psal.17.f.
pauorem, nec cedit gladio.) Quantaslibet ait minas cum
grandi terrore,ita vt cum pauorem incutere cupiunt inimi-
ci,loquatur : Dominus illuminatio mea:& salus mea quem Psal.26.a.
timebo. Dominus defensor vi-
tæ meæ : à nemine formidabo
aduersantium : dum appropi-
ant super me nocentes,vt edant
carnes meas.Proinde quoniam
in hac salute luminis dei spero:
si consistant aduersus me castra,
non timebit cor meum.Et si cõ-
surgat in me prælium,non cedam gladio:quo mortem liben
ter pro Christo subire exopto. Super ipsum sonabit phare
tra:vibrabit hasta & clypeus.) Super exteriorem & corpo-
reum hominem,de quo ait propheta : Et subtus me contur- Esa.14.c.
bata est hebetudo mea : quasi arcem animam credimus : vbi
vnusquisq; sanctorum , vtpote in interiore homine suo tan-
quam intra pharetram habet sagittas eloquiorum dei:quas
dum ad cauendum profert, siue dum eas frequenti corre-
ptione,veluti tela pungentia educit in medium,percussurus
vtiq; earum ictibus,eos qui meritò ad salutem debeant vul-
nerari.Super ipsum,inquam,eloquiorum dei resonat phare-
tra:quod tamen in commotione fit ambulantis. Vbi intelli-
gitur,quòd is rectè psallat,& corripiat delinquentes : cuius E
in anteriora quotidie profectus est sanctitatis:sic enim apo-
stolus magnus,& potens equus domini ait: Vnum autem qui- Philip.3.c.
dem quæ retrò sunt obliuiscens:ad ea verò quæ in antè sunt
extendens.Siue vt breuius,& manifestius dicam : Pharetra
hæc,locus est cordis:in quo sermonum dei,sagittæ conditæ
sunt,& repositę.Et signanter ait dominus super ipsum:id est
equum sonare hanc pharetram, quod est super exteriorem
hominem eius,pharetra cordis illius referta,diuinis eloquiis
regnat,dum vt bellator domini,& fortis in prælio,euange-
lizat verbum virtute multa. Super hunc equum nihilomi-
nus vibratur hasta & clypeus.Hasta est vigilans animi vir-
tus,siue constantia,quæ increpat peccatores: siue vitia in se
confodienda mortificat. Clypeus verò scutum fidei est, in
quo omnia tela nequissimi ignea possit extinguere. Et hæc
propter indesinentẽ vsum bellandi, vibrare dicuntur : quæ
sint vtiq; in exercitatione præparata. Nam de talibus armis
fulgentibus ita dicitur:In lucem iacula tua ibunt, in splen-
dorem coruscationis annorum tuorum. Feruens & fre-
mens sorbet terram.) Feruens fide in spiritu, & fremens vt
saluator : qui quando in vitiis mortuũ spiritualiter suscitat,
fremit in spiritu.Ita hic,inquã,fremet contra inimicos suos, F
siue vitia siue etiã apertos persecutores :& ita sorbet terrã
suam,dum eam de carnali conuersatione in spiritualem con-
uertit.Sic itaq; fremens sibiq; plurimum cum indignatione
irascens,sorbet eam sicut dixi,vt illã in spiritus sui affecta-
tionem transmittat:vbi est ille absconditus cordis homo in
incorruptibilitate,quieti & modesti spiritus,qui est in con-
spectu dei locuples. Nec reputat tubæ sonare clango-
rem.)Tanta animi virtute induitur,vt nullum terrorem ad-
uersariorum formidet,quando ad omnem sonitum inimico-
rum prouocantium sit paratus. Vbi audierit buccinam,
dicit:euge.Procul odoratur bellum:exhortationem ducum,
& vlulatum exercitus.) Qui cùm audierit alta voce euange
lium prædicari,gaudet & exultat,quod euge significat. O-
mnium præpositorum de scripturis dominicis fortissimorũ
virorum exempla profitentium, totius quoq; ecclesiæ con-
gregationem,quæ exercitus dei dicitur,vnanimem atq; vni-
us fidei sonum cùm audierit dicit,euge:& lætus cùm exhor
tatione ducum,etiam vlulatum audit exercitus. Vlulatus au
tem hoc loco ille significatus est,quando bellatores in acie
stantes pugnaturi,seinuicem cohortantur.Sed dicit aliquis:
quemadmodum fieri potest,vt vna eademq; res per figuram
nunc in bonam partem,nunc in malam intelligatur:sicut hic
nos fecimus,vt hunc equum per allegoriam diximus , & in
malum & bonum posse sentire . Ad hoc respondeo, vbi sine
epitasi aliquod nomen ponitur in scripturis , vt puta mons
tantum , & non additur ei , vt dicatur mons Sion , aut mons

G corruptus,non ab re existimo, quin expositio de eadem re in vtranque partē sit libera. Vbi verò cum epitasi, vt leo de tribu Iuda,aut certè sedet in insidiis sicut leo ibi aut Christus, siue vlla cunctatione intelligitur, aut diabolus aduersarius noster. Et si placet demus aliquod exemplum, vbi de arbore in euangelio dominus ait ad discipulos suos: Si habueritis qui
Matt.17.c dem fidem sicut granum sinapis dicetis huic arbori, eradicare & transplantare in mari, & obediet vobis. Vbi quidam intellexerunt: quia fides credentium eradicet inimicum,atq; euellat de terra ecclesiæ: terra scilicet Iudææ atque confessionis: & mare populorum,hominum videlicet impiorum transferat: & illi mali spiritus in euangelio hoc ipsum significare possunt: qui cum hominibus immundis & peccatoribus porcorum nomine indicatis : in mare præcipitati sunt. Vbi verò eandem arH borem dominum significari voMatt.8.d luerunt, ita interpretati sunt, q̄ prædicatione Apostolorum qui gratiam Christi & virtutem fidei susceperunt,arbor Christus dominus eradicetur quodammodo de illa gente Iudæorum, in qua velut stirpe generis tenebatur,&transplantatur in mare gentium : sicut ipse dominus
Matt.21.d eisdem Iudæis locutus est,dicens: Auferetur à vobis regnum dei, & dabitur genti facienti fructum eius. a ¶ Nunquid per sapientiam tuam plumescit accipiter:expandens alas suas ad ad Austrum.) Consequens est vt hunc accipitrem in bonam partem intelligamus : sanctum scilicet qui sapientiam per conuersionem acceperit,vt prædari & rapere iam cesset carnibus etiam secularium sensuum viuere desistat,& qui veteris hominis exuuias in baptismo deposuerit , plumescens, quodammodo renouata sit sicut aquilæ iuuentus eius,maximè cùm promissionem habens præsentis vitæ & futuræ,quæ in alis significata est, ad austrum, vnde calor fidei est, se verterit, vnde Christum venisse cognouit:quod & propheta ita
Abac.3.a. faciendum prædixerat dicens: Deus ab Austro veniet,& sanctus de monte vmbroso & caligoso. Bethlehem namque ciI uitatem domini respicientibus , in Hierusalem in Meridie, quod est in Austro , positam scimus : Et secundum tropicos intellectus hunc calidum ventum,vt aromata gratiarum ferCant.4.d ueant,sponsus inuitat,dicēs: Exurge Aquilo,& veni Auster, perfla hortum meum,& perfla aromata mea. Vbi ergo dictū est:expandens alas suas,ad Austrum: alij dixerunt , expansis pennis immobilis, & respiciens Austrum. Intentionem ergo perseuerātiæ dicit eius, qui per calorem fidei duorum testamentorum gubernaculis viuens, splendorem æternæ beatitudinis contemplatur. b ¶Nunquid ad præceptum tuum eleuabitur aquila?) Aliquando in bonam partem aquila di-
Deute.23.b. citur,& pro ipso deo , dicente Moyse : Sicut aquila protegit nidum suum, & super pullos suos confidit , vt superius diximus. Hic verò à deo potestas aduersaria aquila dicitur: quæ
Oseæ.8.a ex permissu dei elata in superbiam,multum possit:sicut propheta ait : Et erit quasi aquila super domum dei. Prophetæ quoque multis in locis scripturarum suarum eum superbissimum notant:id est,diabolū: & inde est quòd eis & magnus
Esa.14 dicitur: eo quòd leuetur tumens super montes Aquilonis: & super astra cœli ponat sedem suam, cupiens se exæquare altissimo. c ¶Et in arduis ponet nidum suum .)In magnis quibusq; & eminentibus seculi huius, ac malis hominib⁹ sedē sibi constituit:vt in eis velut durus dominus,& rex trux, ac potentissimus commoretur. d ¶ In petris manet.) In excelsis videlicet duris,& i malitia fortib⁹ manet & habitat. e ¶Et in prę.&c.) Præruptæ silices intelliguntur blasphemi , qui sunt nimium duris, & indomitis cordibus,atque in ruinam suam inclinato peccatorum pondere dependentes. f ¶Atque in accessis rupibus.) Inaccessæ verò rupes , sunt homines porrecti in altum,nimia elatione cordis sui:ad quorū superbiam, quæ eis suprà cęteros quasi singulare ad proprium malum sit,null⁹ accedat. g ¶Inde contēplatur escam.) Per illos vtique quos superbia nimium elatos diximus , quos hæresiarchas, aut Iudæos , siue sapientes seculi:id est,philosophos,intelligim⁹:perditos quosq; dū eos erroribus suis in laqueos in escam suam capit : secundum prophetam, qui de eodem diabolo ita ait: Escæ eius electæ. h ¶Et de longè oculi Abac.1.d eius prospiciunt.)Sagacis valde atque peruigilis aduersarij nostri animum , ad inquirendas vires sanctorum dimicantium, nomine oculorum appellauit deus. Quòd autem ait,delongè: mentis eius intuitus subtili intentione prospicit:eo quòd etiam in posterum exercitatæ malitiæ sagaci suspicione præuideat:non locorum spacia intelligenda sunt: sed initia dispositionis humanæ ad rectè viuendum. Hoc inquam,delōgè prospicit : quod est ab ipsis vtique exordiis subtilis spiritus, & ad omne malum nimium mobilis intuitus:vt illic antequam conatus hominis saltem in aliquo roborentur, pullulantia bona reprimat, & extinguat , & interemptum hominem faciat fœtere peccato. i ¶Pulli eius lambunt sanguinem:&vbicunque cadauer fuerit,statim adest.)Pulli eius,sunt filij eius vel locij eius,qui in conspiratione tyrannidis cum eo aduersum deum,moliti sunt iniquitatem. Hi igitur liuore inuidię, sitientes sanguinem hominum lambunt. Et quod ait:vbi fuerit cadauer,statim adest:alij dixerunt:& vbi fuerit cadauer, statim reperiuntur: quod siue de authore mali,siue de satellitibus eius dicatur, vbi affuerit, illic peccatum illico gignitur:quod in anima ita fœteat,sicut vulnus in corpore.
k ¶Et adiecit dominus, &c.) Tota altercatio quæ in superioribus libri huius contexitur:in hoc loco à domino declaratur,cùm ipse dicit:Nunquid qui contendit cùm deo. Vnde apparet quia contra deum, quadam præsumptionis audacia ex fiducia bonę conscientiæ sit locutus: non tamen blasphemauit deum,sicut quibusdam videtur. Vbi & si asperius aliqua dixit,ad idem respiciens,ad quod deus, iustus est: tenorem iustitiæ dei respiciens, locutus est non ad blasphemandum deum, vnde illum secundum iustum iudiciū eius requirendo, quasi constringit & dicit:vt parcat,vel eum iniustum declaret. Quare eum circa se iuxta iniustitiam iudicare sentiat: cùm eum optimè nouerit iustum. Accepta igitur Iob ratione à deo , in his sermonibus quos locutus est, quia omnia vtique quæ creasset, ipse gubernaret & regeret: à quo etiam omnino nihil iniustum fieret , conuictus sicut hic apertè demonstratur,silebat:sed admonetur à domino atque compellitur:vt quia aduersus eum contendit, eum̄q; arguere conat, ipse ad interrogata respondeat.Et ait scriptor libri huius:
l ¶Respondens autem Iob domino dixit &c.)Beatus autem Iob agnoscens se leuiter & non consummatè locutum, dicit omnino se deo respondere non posse.Propter quod cupiat se silentio cohibere:sicut ait: m ¶Manum meam &c.)Eo q̄ vnum & aliud verbum dixerit : pro quibus potuerit lædere. Illa esse existimo,sicut superius comprehendi:quæ ita dixit: Elegit suspendium anima mea, & mortem ossa mea : & si flaIob.7.c. gellat,occidat semel,& non de pœnis innocentum rideat.

Caput XL.

Respondens

a A Respondens autem dominus Iob, de turbine, dixit:) Id est,vel de increpationis impetu,vel de perturbati aeris ac nubibus obscuro. b ¶Accinge sicut vir lumbos tuos:interrogabo te,& indica mihi.) Siue vt alij dixerunt: Nequaquam,sed accinge sicut vir lūbos tuos.& cætera:quod est,nolo vt taceas,ait deus,sicut ipse disponis,sed potius loquere:& quod interrogo te,responde mihi.Quemadmodum autem deus hominibus loquatur:cùm sit ipse spirit⁹,multis significationibus diuinæ nobis indicant literæ, vt pater de nube ad filiū loquitur:& Moysi in flamma ignis,& Ezechiel sedenti cum senioribus Israel, sit sermo domini,& solus audiebat quæ dicebantur à domino.
Marc. & Lucæ.9. Exod.3. Ezech.8.
c ¶Nunquid irritum facies iudicium meum: & condemnabis me vt tu iustificeris?) Quo sensu sanct⁹ Iob dixerit ea quæ suprà conscripta sunt:in hoc loco dominus manifestat.Nam cùm
B increpatiōe,propter hoc ipsum ab eo arguitur,quia in eius iniuriam & sugillationem se iustificare voluerit:dum eum ex ipsis cruciatib⁹ suis,quos sibi iniquè inflictos asserit,iustitiam iniustitiam vocat. d ¶Et si habes brachium sicut deus, & si voce simili tonas, circunda tibi decorem & in sublime erigere:& esto glorios⁹,& speciosis indue te vestibus. Disperge superbos in furore tuo:&c.) Hoc est dicere:Nūquid potes hos ipsos dæmones,quorum tribulationib⁹ expugnaris & contereris,expugnare,& dispergere?Nec si contra deum contendere deberes:si tibi esset fortitudo vt deo est, & vox imperij tui in hoc mundo terribilis insonaret:circūdares etiam tibi decorem æternitatis, honoris quoq; & sublimitatis esses gloria exaltatus,& omnibus sanctitatis virtutibus tanquam speciosis vestibus te munires,omnes nihilominus superbos iusto iudicio tuo,velut indignationis iracundia dissipares,& eos in locum suum:id est,in carcerem inferorum detrudens, conteC reres,quin etiam à sanctorum lumine separatos,in puluerem simul absconderes,siue vt alij dixerūt retruderes eos sub terra:simul & facies eorum:id est,animam cùm intellectibus suis tanquam oculorum luminibus in foueam inferni demergeres:id est,quàm impossibile est vt hæc homo habeas,tā stultum est,vt quasi ex equali contra deum loquaris,à quo humiliter sperare misericordiam debes:vt ex eius dextera:id est, virtute,contra eos,quos dixi superbos arrogantes impios̄q; salueris. Ecce hoc ipsum noueris,fortem diabolum & potētissimum inimicū tuum,quem ob immanissimū trucis animi furorem,Behemoth nomine feralis bestiæ nuncupaui, apud te velut bouem , animal videlicet mansuetū fœnū comedere faciam:non carnes vt leonem. Quia carnes quando comedūtur:non fit sine viuentis interitu. Circa te verò non ita est sicut iam dixi,cui iussione imperij mei,hoc modo præcepi, dicens: Ecce in manu tua est viuere,animam eius serua. Behemoth nanq; doctores ecclesiæ,qui Hebræas literas contigerunt,in Latinum quasi plures interpretati sunt. Proinde inimicus diabolus cum toto corpore satellitum suorū hoc loco à deo describitur . Quem propter pluralitatem nominis ipsiusantiqui ita interpretati sunt:sed ecce bestię quasfeci apud te,fœnum sicut bos edunt:id est,& hoc potentia dextræ meæ factū est,vt substantiam tuam & facultates, quæ ob precios̄ mentis tuæ diuitias fœno comparantur,in potestatem accipere deuorandas.Et ideo vilia quæq; & temporalia tibi abstulit,quæ fœni nomine significata sunt:non quæ magna & grandia:id est,animæ ornamenta,quibus te spoliatum blasphemiæ ruina comprimeret:quali peccato totus homo à diabolo deuoratur.Ita ergo de eo dicit deus: e ¶Fortitudo ei⁹ in lūbis eius:& virtus illius in vmbilico vētris ei⁹.) In lumbis & vmbilicis,ventris voluptas, vel carnis luxuria intelligitur,quæ membris genitalibus post primi hominis lapsum inserta est,vt suprà modū legis naturalis illa membra, & quando non vult homo,incentiuis libidinis titillētur:& ita voluptatū sectatores,diabolo fortitudinem propriis vitiis ministrantes,de parte illius & cōsortes efficiuntur, vt fiat membra eius , quorū tanquam corporis sui ipse est caput. f ¶Cōstringit caudam suam quasi cedr⁹.) Hoc mihi dicere videtur, quòd nec in nouissimis suis,quę i cauda significantur,sit ad deum reuersurus:quod est,nunquā protyrannide sua superbus & impius pœnitebit:sed exaltat⁹ vt cedrus,voce domini iustè iudicātis est confringendus,& commi nuendus.Constringitur enim ligno durissimo comparatus: duritia scilicet cordis:ne itelligat stultus efficitur:& excæcat⁹,ne videat vsq; in finē. Siue cōstringit caudā suam,ita sentitur,propheta fallaciter loquitur:meudacium cauda est secundū sanctorū prophetarū authoritatē. Hos igitur Behemoth tanquam inimicos,tanquam socios,& ministros suos in copulam vnitate sibi consp

dei. Qui fecit eum,applicabit gladiū eius:
a hūic montes herbas ferunt. Omnes beſtię
b agri ludent ibi:ſub vmbrā dormit in ſecre
c to calami,in locis humentibus. Prōtegunt
d vmbræ vmbram eius : circundābunt eum
e ſalices torrentis . Ecce abſōrbebit fluuiū,
& nō mirabitur: & habet fiduciam quòd
f influat Iordanis in os eius. In ocūlis eius
g quaſi hamo capiet eum:& in ſudibūs per-
forabit

G pit.Dominus autem Chriſtus in principio viarū dei creatus
refertur:quia reconciliando mundū per ſanguinem ſuū, viā
mandatorū patris quaſi opera eius graderetur,quod in prin
cipio prædicationis euangelij demonſtrauit.Quòd autē do-
minus ait:Qui fecit eum,applicabit gladiū eius:id eſt,q̃ fe-
cit Behemoth,applicabit ei gla
diū ipſius:id eſt,malo quo alios
interemit ipſe punietur:ſicut &
de eius ſimilibus ſpiritus ſanct⁹
Pſal.36.c in pſalmo locutus eſt:Gladium
euaginauerūt peccatores,&gla
di⁹ eorū intret in cor eorū.No-
tanda tamen eſt in hoc loco cō-
mutatio perſonarū. Nam ſupe-
rius dominus ait : ꝙ Behemoth
beſtiam ipſe fecerit:& nunc di
cit quòd alius eū creauerit, ita
dicendo:Ipſe eſt principiū via-
rū dei,qui fecit omnia:quod ita
exponi poteſt:quia pater in filio
Pſal.103.c omnia fecit, ſicut propheta ait ad deū:Omnia in ſapiētia fe-
ciſti. Alij dixerunt:Ipſe eſt initium figmenti domini:quod il
ludatur ab angelis eius:id eſt,ſanctis. Ab his ergo illuditur,
quando per gratiam ſancti ſpirit⁹,& meritum ſanctitatis eis
H ſubditur:& inuocatione nominis Chriſti ab obſeſſis corpo-
ribus effugatur. Ab eis vtiq; qui deponentes omnem malitiā
Eſa. 11.b. & omnem dolū,& ſimulationem,ſecundū Eſaiam , geniti in-
fantes in Chriſto ſunt:de quibus prophetauit cū virtute gra
tiæ Chriſti contra aduerſariū eorū diabolū in ſpiritu proui-
dentiæ,dicens: Et delectabitur infans ab vbere,ſuper forami
na aſpidis:& in cauernam reguli,qui ablactatus fuerit,manū
ſuam mittet. Et domin⁹ cū de eius toto corpore loqueretur,
Lucæ.10.c. ait ad eos,quos innocentes & paruulos fecerat,dicens: Ecce
dedi vobis poteſtatem calcandi ſuper ſerpentes, & ſcorpio-
nes,& nihil vobis nocebunt. a ¶ Huic montes herbas fe
runt:&c.)Hi montes in climate Aquilonis cōſtituti ſunt:vbi
Eſa.14.c. ſuperbus diabolus ſedere ſe dicit,inquiens: Aſcēdā ſuper al-
titudinē nubiū,ero ſimilis altiſſimo. Quos montes,ſuperbos
quoſq; & nimiū elatos homines,ac tumorē cordis illius imi-
tantes non abſurdè ſentimus. In his igitur habitās, tempora-
riam iucunditatem,quæ herbarū vocabulo appellata eſt , in
eis depaſcitur:& in malo virentis ac vigentis in eis volupta
tis noxiæ delectatur:in quibus etiam montibus omnes beſtię
agri ludunt. Beſtiæ iſtę,ſocij ſunt & miniſtri diaboli:de qui-
Pſalm.73.d bus ait propheta,orans ad deū: Ne tradas beſtiis animā con
fitentem tibi. Ager verò hic mūdus eſt,ſecundū autoritatem
Matt.13.c. domini:qua dicit in euangelio:ager autem eſt hic mund⁹. In
talibus igitur montibus,qui herbas luxuriæ,nō arbores fru
I ctiferas ferunt,hæ beſtiæ,aduerſariæ videlicet poteſtates,nō
habētes rigorem virtutū,ludūt fluxu laſciuiaq; vitiorū:& in
omnibus eorū montibus,in ſceleribus ac nephandis crimini-
bus videlicet gloriantur. Alij de hoc loco dixerūt: Aſcēde-
runt in montem præruptū:fecit gaudiū quadrupedib⁹ in tar
taro. Montem præruptū ipſius ſuperbiæ diabolicæ verticē
ſignificatū puto:in quem nimiū ſe extulerit:ita vt de eo vſq;
in ima caderet inferorum. Fecit ergo gaudiū:id eſt,dedit cō
ſolationem:vel his qui ſuperbiæ eius conſentientes de cœlis
electi ſunt tartaris deputandi:vel his peccatoribus,q̃ per eū
in profunda inferi corruerunt:ſub quorū perſona ad ipſum
Eſa.14.c. dæmonū principem ita ſermo prophetic⁹ loquitur: Et tu vul
neratus es ſicut & nos,noſtriq; ſimilis factus es. Detracta eſt
ad inferos ſupbia tua:cōcidit cadauer tuū:fecit gaudiū qua-
drupedibus,vt dictū eſt:id eſt,peccatorib⁹,qui in terrā pro-
ni,ſeu vergentes in tartara,cœlum ſuſpicere non poſſunt.
b ¶ Sub vmbra dormit &c.)Quòd vmbræ corporū ſint,ne-
mo dubitat:ſed vmbra in ſcripturis diuinis aliquando requi
es & refrigeriū intelligitur,aliquando pœnæ. Vnde dicitur,
vmbra mortis. Aliquādo vmbræ,peccata eſſe referūtur:quę
tanquam vmbra corpori,ita morti vicina ſint. In peccatis er
go diabolus habitat,& requieſcit in ſecreto cogitationum,
ſiue etiam lumborū:vnde & loca humentia appellātur. Siue
in ſecretis:id eſt,in abſconditis dei:quæ deus vtiq; non requi
rit,& velut ſe indigna non viſitat:de quib⁹ abſconditis pro-
pheta ait ad deum:De abſconditis tuis adimpletus eſt vēter K
eorū. Peccata ergo tanquam tenebræ abſconduntur à lumi- Pſal.16.d.
ne veritatis. Siue vt iam diximus,loco remoto cordis, diabo
lus habitat:quod cor vacuum timore dei,patet vanitati & lu
xui,atq; omnium illecebris vitiorum. Hæc enim vmbra ſolē
neſciens,& calami ſecreta ſigni
ficant. Alij dixerunt: ſub omni-
modis arboribus dormit ſecus
iuncum,& calamum, & caricē.
Omnimodas arbores dicit:quę
tamen omnes infructuoſæ ſunt,
non habentes medullam chari-
tatis dei:nec bonorum operum
fructus. c ¶ Protegūt vmbræ
vmbram eius.)Peccata eius ſu-
per omnium impiorū peccata,
& impietates eminent: quas ꝓ-
tectione quadā malitiæ ſuæ de-
fendit,& contegit. Alij ita dixe
runt:inumbrātur in eo arbores
magnæ:vbi hoc mihi videtur dixiſſe,quòd quanuis maligni
ſpiritus,vel homines miniſtri diaboli,ſuperbia ſint excelſi:
tamē ſuperet eos magnitudine delictorū diabolus:quia ſcele
ſtioris criminis inuētor eſt,quā imitator peccati. d ¶ Cir
cundabunt eum &c.) Siue ſtirpes & virgultum,vt alij dixe- L
runt. Mūdus iſte mortalis propter velocem volubilitatē ſuā,
torrentis nomine appellatur:ſicut & propheta ait,cū de paſ
ſione domini prophetaret:De torrēte in via bibet. Diſpēſa- Pſal.109.a.
tione nāq; illa qua ad nos venire dignatus eſt,in cruce mor-
tis calicem bibit,de quo dixit ad patrem:Si fieri poteſt, trā-
ſeat à me calix iſte. Huius ergo mundi hominib⁹,q̃ ſunt ſen-
ſibus peccatorum & perfidia infidelitatis amariſſimi,tanquā
folia,fructus bonorum operum mentientes,diabolus circun-
datur, qui etiam in collegas conſortiumq; iunguntur.
e ¶ Et ecce abſorbebit fluuiū,&c.)Multis in locis ſcriptura
rū,fluminis nomine,genus humanū ſignificari nouerim⁹: de
quo & ipſa poteſtas aduerſaria ait:Meus eſt fluui⁹,& ego fe Ezec.29.a.
ci memetipſum. Huic ergo fluuio,humano videlicet generi
in ima atq; ad inferiora , more fluminis defluentis, deſideria
cupiditatum,delectationis,pręſentiſq; amorem mūdi,ita in-
ſinuat,vt eum abſorbere poſſit:& velut inferus deglutire:ſic
nāq; humanum genus præceps in ſup radicta vitia defluet:vt
poſſit ab inimico facilè deuorari. Quòd autem ait: Habet fi-
duciam quòd influat Iordanis in os eius. Iordanis fluuius,ba
ptiſmi continet ſacramentū:dum in ipſo Chriſtus dominus Pſal.113.a.
baptizatur,noſtrū baptiſma conſecratum eſt. Cuius ſecundū Gene.27
myſticos intellectus,montes & colles,arietes,& agni ouium
exultant à facie dei Iacob:qui iunior frater credendo,ſenio-
rem fratrem incredulū ſupplantauit. De cuius Iordanis ter- Pſal.41.b.
ra:id eſt eccleſia,propheta ex perſona credentis ſe dicit do- M
minum recordari. A Chriſto vtiq; monte modico incipiens, Heb.2.c.
qui propter paſſionem modicus factus eſt, minoratus eſt ab Philip.2.b
angelis,obediendo patri vſq; ad mortē. Hic ergo Behemoth
nimia elatus temeritate,fiduciam gerit,vt prædictum Iorda-
nem,ſacramenta videlicet eccleſiæ figurantem, ore ſuo hau
riat:& vorandi cupidus,ſuo cū vētre concludat. Id eſt,etiam
eos quos ſanguis Chriſti per aquā regenerationis,quam Ior
danis typicè portendit,& ablutione ſpiritus ſancti redemit,
de illius poteſtate ac duriſſimo dominatu quærit, vt rurſus
ſuos faciat,ſeu occulta ſuaſione,ſeu oppugnatiōe manifeſta.
f ¶ In oculis eius quaſi &c.) Verba hæc patris de filio ſunt
ſecundū illam allocutionem,de qua ſuperius dixim⁹, vbi ait
pater de eo,cùm ei de diabolo ſermo eſſet:Ipſe eſt principiū
viarū dei. Hūc igitur Behemoth,homo diuini numinis car-
ne hominis aſſumpti veſtitus,in oculis eius capiet eū,inquit,
pater de filio,quòd diabolū eſſet capturus . In oculis, ait:id
eſt,in ipſo intelligentiæ lumine,vbi eſt viſus ſapientiæ, natu
ræ rationabilis. Ibi,inquā,diuina ſapientia captus,dū per cal
liditatē ſuam atq; verſutiā nō videt cuius carnē mors deuo-
randā apprehendit. Secundū igitur hunc modum captus eſt
diabolus. g ¶ Et ſudibus perforabit nares eius.) Id eſt, fu-
rentē ſæuitiā atq; in ſanctorū interitū anhelātē,Chriſtus do
minus noſter conteret & proturbabit:ſanctos verò propter
lignum

a forabit nares eius . An extrāhere poteris
b Leuiathan hamo:& funē ligabis linguam
c eius? Nunquid pōnes circulum in naribus
eius:aut armilla perforabis maxillam e-
d ius? Nunquīd multiplicabit ad te preces:
e aut loquetur tibi mollia ? Nunquīd feriet
tecum pactum : & accipies eum ſeruum
f ſempiternum ? Nunquīd illudes ei quaſi
g aui:aut ligabis eum ancillis tuis ? Cōnci-
dent eum

A lignum crucis non abſurdè hic intelligendos puto : ſic itaq;
humiliat & confringit dominus inimicum,omnemq; impetū
inuidiæ ſæuientis,dum eum per eoſdē ſanctos ligno ſuæ cru
cis retundit. a ¶ An extrahere poteris Leuiathā hamo.)
Commutauit figuram ænigmatis,vt diabolū quem ſuperius
Behemoth tranſlato nomine di
xerat,eundem nunc Leuiathan
appellet:ſed illic eum quaſi be-
ſtiā dicit,quæ terras inhabitet:
hic verò ita illum nominat, qui
velut in aquis maris conſiſtat.
Vnde & alij pro Leuiathā dra-
conē dixerunt. Vnde videri po
teſt , quòd horrendū neſcio qđ
genus draconum ſit quod Le-
uiathan dicatur , cuius malitiæ
atq; potentiæ congruè diabol⁹
coaptetur. Behemoth autem eo
quòd multi cū eo ſint appellat̃.
Nam Behemoth Latinè , quaſi
plures ſonare dicitur. Vnde ipſe intelligi poteſt cum ſociis
& miniſtris:& rectè,quaſi dicatur,qui à deo non ſunt. Leuia
than verò additamentum quidam aiunt interpretari . Quia
ergo in veritate non ſtetit,& excedēs præſumptionis modū
B addit ſibi ſuperbiam,quaſi ſupra naturæ bonum in tumorē
& morbum elationis excedit. Proinde additamentum dictus
eſt:vocabulum enim factum de crimine,operuit conditionē
Eſa.27.a. naturæ bonæ,quam deus bonus creauerat. Et Eſaias prophe
ta de eo vaticinatur dicens: In die illo,ſiue paſſionis Chriſti
tempore,ſiue in aduētu iudicij eius. In die ergo illo viſitabit
dominus in gladio ſuo duro & grandi,& forti,ſuper Leuia-
than ſerpentem vectem,& ſuper Leuiathan ſerpentem tor-
tuoſum,& occidet cetum,qui in mari eſt:ſecundū hoc ipſum
eſt,quod alius propheta ſimiliter ait ad deum:Tu confregi-
Pſal.73.c. ſti in virtute tua mare. Tu confregiſti caput draconū ſuper
aquas. Hic ipſe diabolus tanquam caput cum ſuis membris
deſcribitur:& corpus eius,& ſquamæ indiſſolubili copula
coniunctæ narrantur. Hūc ergo Leuiathan draconem typi-
cum,ait dominus ad Iob,ne in aquis gentium dominetur : tu
forſitan de mari populorū extrahere potes,quem hamo vir-
tutis meæ,vt ſuprà dictum eſt,per fidem credentiū extrahe-
re & exiccare diſpoſui. Secundū hunc ſenſum eſt illud quod
& dominus ait in euangelio:Cùm fortis armatus cuſtodit a-
trium ſuum,in pace ſunt ea quę poſſidet,& cætera. In primo
Matth.12.c. autem aduentu Chriſti factum eſt per gratiam redemptionis
eius,vt de ſocietate diaboli,& dominatione populi eruren-
tur. In ſecundo verò aduētu eius,omnis diaboli poteſtas eſt
auferenda,quandoquidem mare:hoc eſt,ſeculū non erit:ge-
C núſq; ſociorum illius de terra peribunt. Quando etiā quære
tur delictum illius,& non inuenietur,domino regnāte inęter
num,& in ſeculum ſeculi,abſorpta morte mortiſq; inuento-
ribus in reſurrectionis victoria. Quòd autem in hoc libro ait
deus,quia hamo extrahat Leuiathan,per alium prophetā il-
Ezec.17.f. lud loquitur,dicens: Expandam ſuper te rete meum in mul-
titudine populorum,& extraham te in ſagena mea. Hami ve
rò & ſagenæ differentiā hanc eſſe exiſtimō : vt hamū ipſum
ſaluatorē filium dei,carne veſtitū intelligamus. Sagena autē
dici poteſt miſſa prædicatio euangelij,quæ à ſolis ortu vſq;
ad occaſum latiſſimo ſpacio ſit expāſa:ſicut & propheta ait:
Pſalm.47. Magnus dominus,& cætera. Et deinceps ait,dilatans exulta
tionem vniuerſæ terræ. Quæ ſagena prædicationis Chriſti,
veteris teſtamenti figuris,& ſignificationū imaginibus mul-
tiſq; eiuſmodi ſcripturæ teſtimōiis,veluti nodis illigatis eſt
ſolidè roborata:quā ceti multi,& dracones ſæuiſſimi mundi
iſtius impij & potentes ſcindere & rumpere tentauerūt,idq;
non potuerunt efficere,quia firmū fundamentum dei fecit &
Rom.8.f. conuelli nequaquam poteſt. Quia ſi deus pro nobis,quis cō-
tra nos? Proinde ſecundum hanc expoſitionem idem ſenſus
in hamo & ſagena dinoſcitur. Cùm ergo dixiſſet dominus ad
Iob,extrahere poteris Leuiathan hamo,ait ei: b ¶ Et fune
ligabis linguam eius?) Quemadmodum ex pluribus particu
lis ſubtegminis funis intexitur,vt fiat vinculum quo poſſint
aliqua colligari:Ita & diabolus de multitudine peccatorum

ſuorum,quaſi de reſticulorum particulis,vincula ſibi ſacri- D
legorum,velut fune blaſphemiis,& lingua illius colligat: vt
ſit os obſtructum atq; oppilatum loquētis iniquitatem. Et in
Prouerbiis Salomonis,de ſimilibus eius ſcriptū eſt: Vincu- Prou.5.d.
lis peccatorum ſuorum vnuſquiſq; conſtringitur. Et inde eſt Matt.25.c.
quòd & dominus in euangelio
pigrū & inutilē ſeruum,ligatis
manibus & pedibus,mittendum
dicit in tenebras exteriores: id
eſt,vinculis peccatorum ſuorū,
quæ operatus eſt, ſecundum di
uinum iudiciū ligatus mittitur
in pœnas:quod & ipſe dominus
in quodam loco manifeſtiſſimè
demonſtrauit , quando flagellū Ioan.2.c.
de Iudæorū reſticulis fecit,eoſ-
q; inde flagellās de tēplo eiecit.
c ¶ Nunquid pones circulum
in naribus ei⁹:&c.) Siue capta-
pulū,vt alij dixerūt. Et armilla
perforabis:ſiue vt alij dixerunt:forcipe pertundes labrū ei⁹.
Circuli captapuli,forcipis & armillæ nominibus,intelligun
tur ſermones diuinæ potentiæ,quibus ſuperbus atq; blaſphe E
mus humiliatus eſt à deo & attritus. d ¶ Nunquid multi
plicabit ad te preces:&c.) Siue vt alij dixerunt : Aut loque-
tur tibi blandè. Soli deo, cuius creaturam ſe eſſe cognoſcit,
eſt ſubditus,atq; ei tantum quem ipſa conſcientia pauet ani-
mus eius ſuperbus addicitur. e ¶ Nunquid feriet tecum
pactū:& accipies eum ſeruū ſempiternū?) Licèt ſit rebellis
& nimiū tumidus:cogitur tamen atq; compellitur ipſius na-
turæ bono,quod ei in teſtimonium iuſtæ damnationis ei⁹ ex
parte non perit,vt dominū creatorem ſuū,ſaltem vt ſeru⁹ ma
lus eſſe fateatur. Hoc eſt pactū ſiue teſtamentū,quod ei cum
deo inire præceptum eſt. Vnde & ipſe dominus ait: Et acci-
pies eum ſeruū ſempiternū. Hoc enim nulla volūtate animi
facit,ſed diuinæ poteſtatis imperio:& ideo à deo ſeruus di-
citur ſempiternus:quia adoptionem filiorū dei,ſiue primatū
illū angelicè dignitatis,nunquam ſit recepturus. f ¶ Nū-
quid illudes ei quaſi aui:aut ligabis eū ancillis tuis.) Intan-
tum,ait dominus,humiliabitur draconis iſtius fortitudo , &
omnino pro nihilo erit,vt illudendus habeatur:& illudend⁹
ſanctis angelis deputetur:ſicut & ſuprà iam dictū eſt. Quòd
autem quaſi auis illudi perhibetur,quaſi res parua & mini-
ma ad potentiam dei habeatur,auis nomine voluit demon-
ſtrare:quodq; alligandus ancillis dicitur:illud eſt quod ipſe
dominus in euangelio ait ad diſcipulos ſuos:Ecce dedi vo- Lucæ.10.c.
bis poteſtatem calcandi ſuper ſerpentes,& ſcorpiones,& ſu
per omnem virtutē inimici:& nihil vobis nocebit . Sic itaq; F
alligatur atq; illuditur à ſanctis animabus dei,quæ ſunt an-
cillæ Chriſti:dum ab eis ipſi & eius ſociis imperatur : & de
corporibus ab eo obſeſſis abire compellitur:cuiq; per vni-
uerſum mundum quotidie captiua aufertur captiuitas:quo
modo & ſecundum Apocalypſim per mille annos alligatus Apoc.20.a.
dicitur,quod à parte ad totum intelligitur,ſecundū apoſto- 1.Ioan.2.c.
lum,qui ait:Filioli nouiſſima hora eſt:Ex tempore aduētus
domini in carne noſtra. Itaq; alligatus eſt:ne ſeducat Chri-
ſti gratia & redemptione ſaluandos. Alij dixerūt : alligabis
eum ſicut paſſerem infantulo,quod eſt,ab infantulo teneatur
pręcepto imperij mei,& velut ligat⁹ in poteſtatem tradetur.
Hic eſt ille infans,de quo Eſaias ait:Infans ab vbere in fora Eſaiæ.11.a.
mine aſpidum manū mittet:qui infans propheta,quanuis ſit
centum annorū puer,per Chriſti gratiā morietur:id eſt,ſan-
ctus & innocens ad deum,de hoc ſeculo emigrabit. Hūc er-
go infantem accipere debemus vnūquemq; ſanctorū,qui de
fonte: id eſt de vtero matris eccleſiæ,tāquam infans deo re-
natus eſt,& præcepta domini,velut lacteos cibos de ei⁹ vbe-
ribus ſugit. g ¶ Concident eum amici:&c.) Amici & ne-
gociatores iſti,ſancti intelligendi ſunt:omnes etiam verita-
tis prædicatores:quib⁹ Chriſt⁹ filius dei ait: Vos amici mei Ioan.15.b
eſtis. Itemq; de eiſdem per parabolā dicit : Simile eſt regnū Matt.13.f.
cœlorū homini negociatori,quęrēti bonā margaritā, & cæ-
tera. Qui regnū dei,& æternæ vitæ præmiū velut precioſiſ-
ſimā margaritā in venalib⁹ propoſuerūt mūdo,vt vnuſquiſq;
 creditorum

G creditorum vendat quæcunq; habuerit, delectationem scilicet vitæ præsentis, his mercimoniis commutet & emat eam. Igitur à supradictis amicis, & negociatoribus corpus huius draconis conciditur atq; diuiditur: dum per eosdem ad fidē Christi, perditorum eius multitudo quàm plurima separatur. Nam multi de potentibus eius, & in malitia fortibus ab eius consortio, veluti membra illius secernuntur: sicut & Abacuk propheta ait ad dominum:

Abacuk.3. secūdū LXX. Præcidisti in stupore mentis capita potentium: & de quib⁹ rursum ait ad dominum: Misisti in capita inimicorū mortem: mortem vtiq; vitiorum, vt iam non sibi viuant, sed ei qui pro ipsis mortuus est, & resurrexit. Hæc capita inimicorum dei: id est, populorum impiorum principes: ipsi sunt huius spiritualis draconis reges & nobiles: qui secundum translationem nominum, & figuram tropi alterius, alligandi à prædictis amicis & negociatoribus esse dicuntur:

H Psal.149.b. sicut Dauid propheta ait: Vt alligent reges eorum in manicis: & nobiles eorum in vinculis ferreis. Hi ergo reges & nobiles, ipsi sunt & dracones, & membra illius draconis: de quibus draconibus, ait propheta ad deum:

Psal.37.c. Tu confregisti capita draconū super aquas. a ¶Nūquid implebis sagenas pelle eius: & gurgustium piscium capite illius? Omnes qui consensione malitiæ, & imitatione adhærent diabolo, rectè pelles eius esse dicuntur. Quos ideo pellis nomine arbitror dictos: eo quòd indissociabili connexione ei coniuncti sunt, & separari ab eo nunquam, aut certè vix possunt. De his ergo dicit dominus sagenas implendas esse. b ¶Pones super eum manum tuam. Memento belli: nec vltrà addas loqui.) Sic mihi videtur dixisse, victo per me aduersario tuo, pones super eum manū tuam, vt possis ei & tu illudere. Vel pones super eum manum tuam: quasi dixerit: si eius potentiæ & virtutis te esse arbitraris: pones super eum manum tuam: quod est, si potes, effice virtute potentiæ tuæ, vt te contremiscat, & paueat sicut & me, cui soli hoc debet: sed quia id nequaquam facere potes,

I vt tibi draco hic magnus, & in malitia potens subiectus sit: memento in hac tribulatione pœnarum tuarum, cōtra quàm ferum & trucem hostem bellum habueris sufficiat tibi aduersum me verba aspera locutum, vbi nosse te volui: quoniā hunc fortissimum inimicum tuum, superare ac vincere nequiuisses, nisi ex præcepto imperij mei accepta in tua potestate iussus fuisset, & tuā nihilomin⁹ animā custodiri à me. Igitur in ditionem illius ita datus es, vt non amplius te affligeret, quàm vires tuæ paterentur. c ¶Ecce spes eius frustrabitur eum: & videntibus cunctis præcipitabitur.) Cùm in conspectu angelorum sanctorum, & innumerabilis multitudinis beatorum hominum præcipitatus fuerit in gehennā, ignemq; æternū, spem eius, qua se fortem putat euadere: horrendum & iustum iudicium eum frustrabitur: & cassa atq; inania cogitans, in irritum deducetur.

Caput XLI.

d NOn quasi crudelis suscitabo eum. Quis enim resistere potest vultui meo: & quis antè dedit mihi vt reddam ei? Omnia quę sub cœlo sunt, mea sunt.) Hunc igitur inimicum non vt crudelis suscitat deus, qui eum quasi punire desiderat: vel quoscunq; sanctorum collocatione ei⁹ elidere: cuius naturæ luculentæ potius æterna bonitas competit: sed suscitare deus nunc Leuiathan hoc modo dicitur: vt eum cæteris qualis sit manifestet: quem velut Pharaonem longa impunitate, diutius insultare permittit. Hoc enim iustissimo iudicio suo deus fieri sinit: aut ad exercitationē probationemq; sanctorum: aut ad iniquorū pœnam. Quis enim resistere potest vultui meo? Vbi hoc videt dixisse, quòd solo aspectu maiestatis dei, omnis creatura cedat & tremat.

K dent eum amici: diuident illum negociatores. Nunquid implebis sagenas pelle eius: & gurgustium piscium capite illius? Pones super eum manum tuam. Memento belli. Nec vltrà addas loqui. Eccē spes eius frustrabitur eum: & videntibus cunctis præcipitabitur.

Caput XLI.

d NOn quasi crudelis suscitabo eum. Quis enim resistere potest vultui meo: & quis antè dedit mihi vt reddam ei? Omnia quæ sub cœlo sunt, mea sunt. Non parcam ei verbis potentibus, & ad deprecandum compositis. Quis reuelabit faciem indumenti eius: & in mēdium oris eius quis intrabit? Portas vultus eius quis aperiet? Per gyrum dentium eius formido: corpus illius quasi scuta fusilia, & compactum squamis se prementibus. Vna vni coniungitur: & ne spiraculū quidem incedit per eas. Vna alteri adhærebit: & tenentes se nequaquam separabuntur. Sternutatio eius splendor ignis: & oculi

Quis antè dedit mihi vt reddā ei: omnia quæ sub cœlo sūt, mea sunt. Non enim, ait, à quoquam potestatem accepi, quā aliquando forsitan non habuerim: vt ei quasi pro hoc beneficio gratias agam: aut aliquid ei retributionis impendam. Secundum hunc sensum & apostolus loquit: Aut quis, inquit, dedit illi, & retribuetur ei? Vbi in his verbis deus affuisse semper monstratur. Rom.11.d.

a ¶Non parcam ei verbis potentibus, & ad deprecandum cō positis.) Hoc fortassis de diabolo, de cuius verbis hic loquitur, intelligere possumus: etsi sit rebellis in deum, & contumax, suū tamen tremens sentiat creatorē & quanuis immemor conditionis suæ, tamen tanquam seruus nequam, saltem coactus dominū suum obsecrare simulat. L

f ¶Quis reuelabit faciem indumenti eius?) Hic indumento velatam faciem diaboli Iob dicit, quia se transfigurat in angelum lucis. Reuelatur autem facies à domino, cùm artes nequitiarum illius deteguntur. 2.Cor.11.c.

g ¶Et in mediū oris eius quis intrabit?) Hic os diaboli, indesinens blasphemia eius potest intelligi, quod obstruendū à deo est atq; oppillandum: cùm verbo domini fuerit penetratum. Siue in medium oris eius quis intrabit? potest ita sentiri, vt os diaboli, infernus intelligatur: ad quem saluator descēdit, vt deuoratos à diabolo homines liberaret. Et ideo quod futurū erat temporis, dixit: In medium oris eius quis intrabit?

h ¶Portas vultus eius quis aperiet?) Abditam & multo secreto absconditam fortitudinem hypocriseos diaboli, dicit dominus se patefacturum: quam in passione & cruce sua apertè manifestauit: quando cùm principibus suis, & potestatibus traductus à filio dei parum fiduciali ter triumphat.

i ¶Per gyrum dentium eius formido.) Voratorem & insatiabilem hunc inimicum dicit, qui velut rapacissima bestia, M dentibus omnia consumat: & idcirco formido, & timor in gyro dentium eius, quia ad deuorandum parati sunt.

k ¶Corpus illius quasi scuta fusilia, & compactū squamis se prementibus. Vna vni consūgitur: &c.) Tres hi versus cōtinui, sub diuersorum sermonum repetitione, vnum idemq; loquūtur. Corpus ergo diaboli, omnes consortes eius, & spiritus immundi intelligendi sunt: quos tanta consensione atq; conspiratione deus dicit illi adiunctos: vt indissociabili connexione sint eidem copulati: quos etiam sub allegorica dictione, squamarum nomine appellauit: quæ ita densatæ sint, & strictæ sibi inuicem cohærentes: vt nullum illis sit spiraculum respirandi ad deum: eo quòd ab illa sui connexione, nequaquam ad sanitatem pœnitentiæ relaxentur. Quòd autem dæmones impij ministri diaboli, scutis fusilibus comparantur: hoc nomine eorū significat dominus, quòd nimiū pertinax & obstinatè rebellans, & fortiter solida ac perennis sit eorū repugnatio cōtra deū. Diabolū vetus editio smaragdi Smaragdus lapidi assimilauit: qui natura asper est, alia attritu leuificās: sed ipse asper esse non desinēs, cūcta comminuit: diminutionem autem sui non sentiens. l ¶Sternutatio eius, vt splendor ignis: &c.) Siue vt alij dixerunt: In sternutamento eius illucescit sol: & oculi eius vt species Luciferi. Sternutatio sordes cerebri egerit: & vitia ex interno concepta depurgat.

A purgat. Diabolus ergo, qui totus sordidus & fœtidus est: in hoc lumine se videtur ostendere, cùm transfigurans se in angelum lucis, malitiæ suæ sordes in perniciem hominum cum delectatione operatur & effundit: & de inuidia: id est, de malorum omnium capite, venena sua commouet ac producit.

Oculi autem diaboli falsi prophetæ intelligendi sunt: de quabus sanctus Esaias ait, cùm ad peccatorem populum loqueretur, dicens de deo: Claudet oculos vestros: qui instigatione ab eo inspirati loquuntur, quæ vicina videntur lumini veritatis: Sicut palpebræ sunt diluculi, cùm tamē nihil luminis dei possideant. Nam etiam si videātur initiū lucis in se ostendere: quæ eis hypocriseos fermento exoritur, mēdaciorum tamen tenebras specie veritatis obducunt.

Esa.29.c

a ¶De ore eius lampades eius procedunt sicut tedæ ignis accensæ.) Quemadmodum os domini locutum est: ita & omnes impij & sacrilegi, & blasphemi, os diaboli rectè dicūtur: ex quo tedæ ignis accensæ, siue vt alij dixerunt, faculæ ardentes procedunt: id est, ignis & pœnę causa suggeritur: & in Apocalypsi, vbi sub equorum similitudine hi ministri diaboli describuntur: ita de eis dicitur: De ore eorum exiit ignis & fumus, & sulphur: non perspicuè quidem ita exeunt de ore eorum: sed verba blasphemi sunt ignis & fumus, & sulphur: sicut ad eum dominus per prophetam ait: Producam ignē de medio tui qui comedat te. b ¶De naribus eius procedit fumus.) Id est, superbia. c ¶Sicut ollæ succensæ atq; feruentis.) Quia vapor aut ipse se aut obtemperantes generet causas ignis æterni. Superbiæ spiritus in anhelitu nariū demōstratur: quibus animi sui tumorem exanhelare se gaudet: sed humiliari ac reprimi à domino superius ita dicitur: Nūquid pones circulum in naribus, & armilla perforabis maxillam eius? d ¶Halitus eius prunas ardere facit.) Hic est fum⁹ eius è naribus & ex anhelitu eius, vt carbonibus suis ignē sibi æternum, & fumandum subministret. Ita enim & similibus eius dominus ait: Ambulate in lumine ignis vestri: & in flammis quas succendistis vobis. e ¶Et flamma de ore eius egredietur.) Siue vt alij dixerunt: Flamma verò de ore eius globatur: ibi idem sensus: quod est, pœnæ blasphemiarum de ore diaboli globatę egrediuntur. f ¶In collo &c.) Colli nomine. i. ceruicis tumorem arrogantię diaboli dicit. Cuiq; dicitur per prophetā: Neruus ferreus ceruix tua: in qua principalis peccati malum habitat. Hac igitur superbiæ fortitudine, & propheta verbis illius loquitur, dicens: fortitudinem faciam: quem ob hoc dominus increpat & dicit ei: In sapientia tua fecisti tibi fortitudinem. Et iterum ait ei: In negociationibus tuis multiplicasti tibi fortitudinem. Itemq;: Eleuatum est cor tuum in fortitudine tua. Quod verò ait: Faciem illius præcedet egestas: hoc est, q; vbi appropinquauerit diabolus, ilico omnes ibi vitæ atque animę vires exhauriantur, ac substantia consumatur. g ¶Membra carnium eius coherentia sibi.) Membra diaboli sunt, quos supra in squama & scutis fusilibus nominauit. Carnium autem eius membra idcirco sunt dicti: quoniā carnalibus ac flagitiosis actibus dedita: ei velut authori malorum cohæreant. h ¶Mittet cōtra eum fulmina: & ad locum alium non ferentur.) Ordo dicentis dei hoc loco obscuratus videtur, vbi cum de diabolo dicat, subitò personam commutet dicens: Mittet contra eum fulmina: & ad locum alium non ferentur. Credendum est, q; hęc fulmina à deo mittantur contra diabolum: secundum illum sensum, vbi dicitur: Pluit dominus à domino. Quod ita hic dictū arbitramur: fecit deus, quod locutus est deus. Fulminatur autem à deo draco diabolus, quando igneis dei eloquiis de sanctis nubibus increpatur: quæ vtique fulmina in D locum missa atque directa, non frustra iacientur, & ad locum non ferentur: nec se ab eis diabolus gloriabitur impunitum. i ¶Cor eius &c.) Siue vt alij dixerunt: & stat sicut incus infatigabilis. Cor diaboli durum & inflexibile est: hebetudine quoque lapidis & rigore. Constringitur autem siue stat sicut incus quæ non producitur. Incus nāque cæditur, sed nō producitur: superiecta edomat, immobilis autem ipsa consistit: talis diabolus est. Fidelium enim increpationibus tunditur, prophetarum dictis cæditur, martyrum victoria eliditur: sed manens rigidus, durus, indomitus, æternis addictus est pœnis.

k ¶Cum sublatus fuerit, &c.) Hoc de primi seculi temporib⁹ dictum accipi potest, quantum sit malum superbię, iam tūc angeli sancti scire potuerunt, quādo præsumptor tyrannidis cœli arce deiectus est: Quando etiam pro eo merito quo in veritate, in qua ille non steterat, ste E terunt & in hoc beati facti esse credendi sunt, vt certissimi fierent nullius vnquam peccati ipsum sibi esse metuendum. Igitur quod dictum est: quia sublato diabolo timebunt angeli, & territi purgabuntur: non sic intelligendum est, q; ad cauendum peccatum superbię, emendatiores futuri sint, territi tanę damnationis exemplo, cùm vtique perspicuum sit, minimè eos beatos fore, si studendum eis sit cūra impensiore ne peccent. Peccatum enim cauere, vel peccato resistere, ad pœnales huius mundi miserias pertinet: non ad futuri seculi gloriam. Hos autem arbitror intelligendum homines, qui ad cō sortium peruenerint angelorum, vtpote quasi noui angeli, damnato diabolo territi purgabuntur: videntes qualē quantum q; hostem, & huiuscemodi pœnas horrendæ damnationis euaserunt. Purgabuntur autem: id est, puriores deo reddentur, tanta diuini beneficij circa se consolatione perspecta. Id etiam quod dictum est, territi: vel quod scriptū est: timebūt: non abhorret à sensu, vt rationabilis videlicet creatura, omne beneficium atque omne iudicium creatoris sui, non cum pœnali, sed cum honorifico terrore miretur. Et reuera quæ F maior purificatio siue purgatio poterit esse ante deum, sicut angelici hominis: quàm vt semper cum exultatione, quia cui defert pius est: & cū tremore quia cui defert deus est: omne bonū certissimæ securitatis suæ gloriæq; perpetuæ ad laudē sui referat cōditoris. l ¶Cum &c.) Alij verò manifestius trāstulerūt dicētes: Si occurrerint ei lāceę, nihil facient ei: id est, nullis metallis terrorum ac increpationibus poterit emē dari. In hasta autem & thorace possunt intelligi: qui iustitiæ lorica induti, dextera operibus sanctis armati conantur resistere. Ipsum verò punire siue expugnare non valebunt: quia tam fortis & malus est, vt aduersantia contemnat, & conuerti minimè velit. Proinde quicquid est fortitudinis animorū in sanctis, ferri vocabulo appellatur. Quicquid etiam virtutum est, æris splendore, vel perennitate censetur. m ¶Ille tanquam &c.) Tanta enim se virtute superbiæ induit, vt hæc omnia arma aduersum se suscepta pro nihili pendat: & ipse potius operetur opera, palearū aceruis similia & lignis infructuosis, & vetustis carieq; fatiscentibus, quę igne inextinguibili sunt vrenda. n ¶Non fugabit eum vir sagittarius.) Cuilibet sanctorum quanuis pharetram cordis sui, increpationum sermonibus tanquam telis cōpungentibus plenam habeat, ab eis tamen hic durus & nimium ferreus penetrari non poterit. Et ideo non sentiens vulnera compunctionū, ab hoc tali sagittario non fugatur. Alij verò ita dixerunt: non vulnerat eum sagitta ærea. Verbum dei incorruptibile, & permanens, sagitta æneę comparatur, quo nunquā potuit

G diabolus ad pœnitentiam vulnerari: secundum duritiã cordis sui thesaurizat sibi iram in die iræ, & revelationis iusti
Roma.2.b iudicij dei. a ¶In stipulam versi sunt ei lapides fundæ.) Funda potest intelligi quicunque sanctorum, qui manu domini cõtinentur. Per hos ergo sanctos suos, duros sermones, fortes & asperos velut lapides hunc impium validè iaculatur, vt eisdem percussus det honorẽ deo: sed illæ cùm singularis malitiæ sit, eosdem sermones sibi conuertit in stipulam: vt dum eos pro nihili ducit: fiant ei velut stipula quæ & fumandos globos tartarei ignis accendat. Quod & alij eodem sensu dixerunt: æstimat lapides funda iactatos vt fœnum. b ¶Quasi stipulam æstimabit malleum.) Verbum nihilominus diuinum graue scilicet, & fortè contundens eum & atterens vastam du
H ritiam impietatis eius: vt à sanctorum insectatione tenuetur, pro stipula æstimabit: malitia nanque obrutus non sentiet põdus tundẽtis desuper, quoniam cor eius factum est sicut lapis, & sicut incus indomabilis: quæ nunquam, licèt supra modum tusa, producitur. c ¶Et deridebit vibrantem hastam.) Siue vt alij dixerunt, trementem sermonem: Validum cuiuslibet sancti ad se vigore animi ac virtute emissum, non solum non verebitur, verumetiam deridebit, vel eundem sermonem, vel etiam iaculantem. Hoc totum de diabolo, deus de diuersis modis ac similitudinibus ideo dicit, vt demonstret hominibus quantum mali sit, & quàm potens, & quàm sit omnino irreuocabilis. d ¶Sub ipso erũt
Malac.4.a. radij solis: & sternet sibi aurũ quasi lutum.) Sol iustitiæ Christus deus est: in cuius pennis est sanitas. Hi igitur radij: id est: sancti qui sunt filij lucis eius, ab hoc principe tenebrarũ: in prævaricatione Adam, peccato illius detinentur obnoxij: dum iam redemptos per Christum capitalibus criminibus suos facit sibi, & velut captiuos & seruos subdit, & subiugat. Possunt & illi angeli, quos secum diabolus traxit: de quibus in Apocalypsi dicitur: Et traxit secum tertiam partem stellarum in terram: hi radij solis intelligi, qui recedentes à deo
Apoca.12.a I vero lumine, factæ sunt tenebræ, & principes tenebrarum. Hi ergo sub ipso sunt, quibus diabolus est rex & dominus. Aurum verò secũdum hunc sensum quem diximus, ipsi sunt radij solis: quia sub nomine auri, pretiosi quique & mali intelliguntur: hos sibi sternit quasi lutum, cùm eos sibi subditos peccatis, sordidos & viles efficit. Dicuntur autem dra-
Draco cones in eis locis secretis, & terrarum abditis sinibus, vel maximè commorari, vbi metallum auri sit. Et ob hoc sub spirituali intelligentia: puto hanc metaphoram conseruatam: eo quòd hic draco rufus, de auro bonorum quos deiecerat sibi cubile sternat: quod est, omnes spirituales mundi huius diuitias: id est, bonorum hominum sanctitatem, iustitiam cæteras, & virtutes, velut aurum sub se habebit, cum eos obdormientes in fide in lutum immensum redegerit peccatorum.
e ¶Feruescere faciet &c.) Mare hoc seculum secundum allegoricos intellectꝰ esse didicimus, quod est obscuritate sua, & nimia stultitiæ cæcitate tenebrosum: quod ita diabolus carnali accendit concupiscentia, vt ferueat ad amanda terrena. Si autem in bonam partem vnguenta intellexerimus, vt gratias sanctorum feruentes hoc loco interpretemur, à contrario diabolus maris istius habitator id agit, vt quomodo spiritualium gratiarum amore, in spiritu sancto feruescunt: ita ad amorem mundi istius homines præsentis vitæ desiderio quasi quibusdam succensionibus flammeis ardescant. Alij dixerunt, feruescere facit abyssum, vt vas æneum æstimat sicut delictum, & tartarum abyssi sicut captiuum. Hoc in loco arbitror, q̃ ista de diabolo deus dixerit: quia de hoc mundo quasi abyssi nomine dictus est ita diabolus: apud se definiens arbitratus sit, q̃ in recordationem omnino non veniat, q̃ de memoria diuina deletus sit. Cuius impiissimum sensum in nono psalmo propheta recolit, dicens: dixit enim in corde suo, non requiret. Item q̃, dixit enim in corde suo, oblitus est deus, auertit faciem suam ne vi
a sagittarius: in stipulam versi sunt ei lapi-
b des fundæ. Quasi stipulam æstimabit mal
c leum: & deridebit vibrantem hastam. Sub
d ipso erũt radij solis, & sternet sibi aurum
e quasi lutum. Feruescere faciet quasi olla
profundum maris: & ponet quasi cùm vn
f guenta bulliunt. Post eum lucebit semita,
g æstimabit abyssum quasi senescentẽ. Non
h est super terram potestas quę comparetur
i ei: qui factus est vt nullum timeret. Om-
k nẽ sublime videt: ipse est rex super vniuer
sos filios superbiæ.

Caput XLII.

m REspondens autem Iob domino, di
n xit: Scio quia omnia potes, & nullã
o te latet cogitatio. Quis est iste qui
p cælat consilium absque scientia? Ideò insi
pienter locutus sum: & quę vltra modum excedunt

deat in finem. Tartarum quoq; abyssi: id est, infernum, in quo mundi istius peccatores tenebũtur inclusi: ille velut captiuum sub durissima videlicet damnatione, detrusum vinculis infernalibus detinebat. Exultans igitur, & lætabundus diabolus æstimabat, q̃ creaturam dei sui omnem vtique mundum, velut rex & dominus esset perpetuò possessurus, nescius à domino deo regi in æternum, & in secula seculi: perditis impiis gentibus de terra eius, iudicatos pupillos & humiles defensos, vt non apponat vltra homo: id est, ipse diabolus, vt se magnificet super terram. f ¶Post eũ lucebit semita.) Iam tunc resipiscens quæret reuerti ad deum, quando ei tempus pœnitentiæ non erit. Et hanc puto conuersionis eius semitam dixerit, quę obdurato corde & cæco sera pœnitentia illucescat: quando post acceptam ei minimè proderit. g ¶Æstimabit abyssum quasi senescentem.) Siue vt alij dixerunt, quasi deambulacrum. Abyssum diximus superius istum mundum, quẽ senescentem & inueteratum, in peccatis vtique permanentem diabolus arbitratur, nescius aduentu domini à peccatis veteribus liberandum. h ¶Non est super terram potestas quæ comparetur ei.) Nulla creatura est tantæ potentiæ, siue peccatrix creatura tantæ malitiæ: & ideo in vtraque re nullus ei poterit comparari. i ¶Qui factus est vt nullum timeret.) Propria voluntate liberi arbitrij sui, in superbiam elatus factus est: id est, ita sui malitia deprauatus est, vt nullum timeret, nec ipsum dominum deum creatorem suum. Timet quidem vt malus seruus, & prævaricator, sed non habet in se dilectionis dei timorem. k ¶Omne sublime videt.) In sublime, inquit, atque in excelsum erigitur: id est, vsq; ad ipsius inæstimabilis superbiæ suę apicem eleuatur, vt blasphemus ponat in cœlo os suum, dicens: Ponam in cœlo thronum
Esa.14.d M meum, & ero similis altissimo. l ¶Ipse est rex super omnes filios superbiæ.) Id est, caput & princeps omnium superborum, quem imitantes angeli, & homines impij, & prevaricatores, facti sunt filij superbiæ eius.

Caput XLII.

m REspondens autẽ Iob domino, dixit: Scio quia omnia
potes.) Id est, qui diabolum humilias, quomodo vis,
& quãdo vis. n ¶Et nulla te latet cogitatio.) Scru Psalm.7.d
tatorem cordis & renium latere quis poterit? Vnde apparet sanctum Iob ex his sermonibus quos deo pœnitens confitet, accusare cogitationes suas, quibus se meminit de iustitię sug meritis sibi plurimum tribuisse: & deo quasi rustico, notam iniquitatis obiicere tentasse. o ¶Quis est iste qui cælat consilium absque scientia?) Id est, nemo potest abscondere consilium à conscientia tua. Iam in consequentibus manifestissimè errorem suum demonstrat, & insipientiã confitetur, per quam ignorans ad deum loquendi modum excesserit, ita dicens: p ¶Ideo insipienter locutus sum, &c.) Iam nunc deposita insipientia, atque abiecta stultitiæ præsumptione, per notitiam increpationis diuinæ ad emendationem correctus, & præsentis castigationis purgatus examine, deũ nihilominus audet interrogare dicendo: Audi, clementiam diuinæ indignationis ostẽdit: & hoc loqui videtur, q̃ illam plagam longè alio

A longè alio modo circa eum deus operatus fuerit, quam ipse antea iudicaret: & hinc est, q̃ se à deo doceri cupit: sibiq; hoc ipsum deposcit ostendi. Accepto ergo Iob, sicut ex sermonibus eius credẽdũ est, diuinæ visitationis oraculo, ait ad deũ.
a ¶Auditu auris &c.) Post tentationis probationem, proximior factus diuinæ cognitioni: dicit se iam deum videre, quem antè dum examinaretur audisse se dixit. Audire autem deũ, vel videre, qui est inuisibilis, & incomprehensibilis, non istorum est oculorum, vel istarum auriũm, sed potius mentis & cordis.
Matt.5.a Propter quod beati sunt mundo corde homines, quo deus videtur. b ¶Idcirco &c.) Quẽ locum alij dixerunt. Ideo despexi memetipsum & distabui, & æstimaui me terram & cinerẽ. Quòd autem in iniuriam sancti Iob, amici eius non rectè locuti fuerint: hic apertè domino eis imputante monstratur: vnde ipse ait ad eos, q̃ peccatum illud
B exprobrationis eis remitti non possit, nisi beatus Iob pro illis orauerit, & holocaustum propiciationis obtulerit. Vbi aduertimus q̃ sacerdotis officio, beatus Iob functus fuerit. Intelligat hoc loco q̃ nulli expediat cum exultatione, & conuicio coarguere in dei castigatione ac tribulationum laboribus constituti. Ait nanq; q̃ Iob antè pro eis sacrificium offerentem, faciem eius ad exaudiendum liberter susceperit. Et addit dominꝰ duplicia. In sequentibus queritur sensus eius, qui quemadmodum fuerit duplicatus, libri huius scriptor diligenter enarrat. Fratres verò & sorores qui ad beatũ Iob post plagã castigatio
C noris eius cõuenerant, oẽs cognationes & familiæ generis eius intelligendæ sunt. Vniuersi etiam noti & amici eius, qui regalem potentiam eius singularem q̃; sapientiam prius nouerant, venientes ad eum comederunt cum eo in conuiuio horis eius: in quo significatus est, ab eo omnium sordiũ squalor abstersus. In motu verò captis, indicatam conueniẽtium ad eum lætitiam nouerimus: qui q̃ muneris gratia, velut inopi, & penitus nihil habẽti dederunt oues singulas & inaures aureas singulas. In hac consolatione, & si parua & priorum bonorum duplicatione, animaduerti potest q̃ grandis multitudo ad illum conuenerit: qui cùm à singulis parum acceperit, subitò tantarum diuitiarum factus sit dominus. Potuit hoc scriptor libri huius, & per anticipationẽ dixisse, vt post tentationem illam per centum quadraginta annos vitæ suæ, benedicente domino, cumulatas in duplum diuitias possideret: filiorum verò eius duplicatum numerum non legimus. Vnde arbitror q̃ cùm ea quæ omnino perierant, illa ei in duplum fuerint restituta, etiam filij ei viginti pro decem redditi sint. Hi enim ipsi decem primi quos ruina domus labentis oppresserat: apud deum non putantur extincti. Propter ædificationem itaque fidei nostræ: tantos ei filios à deo redditos, quantos amiserat, sentiendum est: vt omni bonorum suorum substantia in duplum sibi à domino reddita, etiam filios in duplum habere se crederet: qui vtpote fidelissimꝰ dei seruus, minimè dubitare deberet eos quos ad deum præmiserat non periisse. Sic vbi per totum hunc librum sanctum Iob, figurã habuisse saluatoris perspeximus, donante gratia eius, vt nobis largiri dignatus est exposuimus: & in quibusdam locis, amicos eius significari hæreticos intelleximus, sicut etiã & illum Heliu gentilitatis habuisse imaginem, differumus. D Sed quia per Christum impiorum atque errantium reconciliatio est: Non est enim aliud nomen sub cœlo, in quo oportet saluos fieri: ideo extincta nunc gentilitate atque abolita, hæretici ad Christum à deo patre mittuntur: vt per quẽ priùs saluati fuerãt, rursum lapsi per eundem mediatorem deo reconcilientur. In holocausto verò septem taurorum & arietum: orationum atque eleemosynarũ satisfactio, superbiæ & iræ emũdatio plenaria, atq; perfecta per laborem atq; innocentiam pœnitentia demonstratur. Quòd autem ait. c ¶Dominus autem &c.) Illud est quod ait apostolus: Christus Iesus qui est in Roma.8.g. dextera dei: qui etiam interpellat pro nobis: secundum Ioannẽ 1.Ioan.2.a apostolum, aduocatꝰ noster est, & propiciatio apud patrem. Sic itaque facies saluatoris à patre suscipitur: dum & ipse exaudit, & exauditur. d ¶Et addidit E &c.) Illa igitur addita sũt Christo domino & deo nostro, cùm populo Israel per fidem addita est gentium multitudo, & addetur in regno. e ¶Venerũt autem &c.) Quòd ait, venerunt: hoc est per fidem ei incorporati sunt, vt intra ecclesiam in vno spiritu congregati, essent membra eius omnes credentes in eũ. Fratres autem & sorores dicuntur, omnis illa cognatio Iudeorum populi: de quorũ familia natus est Christus. Siue fratres & sorores, generaliter omnium nationum multitudines intelligere possumus: eo q̃ de massa humani generis carnem assumpsit: per quam sibi cæteros fratres dignatꝰ est facere: de quibꝰ
Psalm.21.e. ait ad patrẽ: Narrabo nomẽ tuũ fratribus meis: & in medio
Marci.3.d ecclesiæ laudabo te. Et in euangelio ait: Qui enim fecerit vo
F luntatem dei, hic mihi & frater, & soror, & mater est. Et cunctis qui eum prius nouerant, venerunt ad eum: ita & de eis sentiẽdum est: quia nouerant eum prius omnes sancti & prophetæ, qui eum vtique videbant in spiritu: quem etiam in carne
Matt.13.c venturum annunciabant, sicut ipse dominus dicit: Multi prophetæ & iusti cupierunt videre quæ vos videtis, & nõ viderunt: & audire quæ vos auditis, & non audierunt. Quem videbant autem in spiritu, præsentiam aduentus eius in carne
Ioan.8.g videre desiderabant, sicut & sanctus Abraham: de quo ait dominus: Abraham concupiuit videre diem meum, & vidit, & gauisus est. Itaque prædicti sancti venerunt: quoniam habentes eundem spiritum fidei, prophetauerunt velut iusti ex fide viuentes: & sacramentum incarnationis Christi futurũ præuidentes in spiritu, in ipsam fidem Christi per eandem pœnitentiam venerunt: id est, ex fide in fidem, vt essent sub Christo capite vnum, & ipsi in corpore ecclesiæ constituti, vbi iã resurrectione glorificato Christo, & ex passionis contumelia in honorem pristinum restituto, nunc in domo eius eccle
Matth.vlti. sia, panem sacramentorum eius comedunt omnes per fidem venientes ad eum. Cum ipso autem panem ideo comedere dicuntur: quia ipse dixit: Ecce ego vobiscum sum omnibꝰ diebus vsque ad consummationem seculi. Siue quia ipse eorundem mysteriorum est consecrator, in quibus & ipsum benedicentem & consecrantem accipimus: quia ipse dixit: Ego
Ioan.6.e sum panis viuus, qui de cœlo descendi: & verbũ scripturarũ, panis est Christi, quo in domo saluatoris ecclesia pascunt: & exhortatione eorum reficiuntur quondam fide inopes: qui in hoc

G hoc ſeculo cùm eſſent alieni à deo,famę ſermonis diuini patiebantur:& cuncti qui eum prius nouerant,venerunt ad eũ: id eſt,qui eum nouerant in terra,venire ad eum meruerunt in cœlum. Et mouerunt,inquit,ſcriptura,ſuper eo caput: exultantes videlicet, q; ſpiritualibus & ſacris Chriſti conuiuiis effecti eſſẽt participes: ſicut dominus ait in pſalmo: Vota mea reddam coram vultu timentiũ eum:edent pauperes, & ſaturabuntur:& laudabunt dominum, qui requirunt eũ. a ¶Et conſolati ſunt eum ſuper omni malo quod intulerat dominus ſuper eum.)Saluatorem noſtrum non mediocriter cõſolatur, qui paſſionem eius,quam pro redẽptione mundi ſuſcepit,cum gaudio credit,& fideliter oculis fidei contuetur:ipſe enim tali cõſolatione repletus eſt: qui cùm vidiſſet turbam credentiũ, exultauit in ſpiritu,ſicut ſancto euãgeliſta ſcribente didicimus. Intuliſſe autem filio ſuo deum patrẽ malum paſſionis & mortis: ita dicimus ſecundum Apoſtolum: Qui proprio filio ſuo non pepercit, ſed pro nobis omnib' tradidit eum. Super quod magnam ſumimus conſolationem, quòd dabit nobis bona ſua, qui mala noſtra ſuſcepit. b ¶Et dederunt ei vnuſquiſq; ouem vnam & inaurem aureã vnam.)Vnuſquiſque per fidem ad Chriſtum venientium, offert ei innocentiam ſuam, mentiſq; obedientiam. Quia & Apoſtolus ex peccatoribus ſanctos effectos,ita viuere docet,dicens: Obſecro vos fratres,vt exhibeatis corpora veſtra hoſtiam viuam,ſanctam,deo placentẽ. Sic itaque venientes ad Chriſtum,efficiũtur oues dominicæ, oues ſanctæ, oues illæ rationabiles, aſcendentes de lauacro, geminos fœtus habentes,cùm per obedientiam mandatorum dei renatæ in Chriſto, innocentes & ſimplices operarij fuerint & fideles. c ¶Dominus autem benedixit &c.)Principia Chriſti dei,& domini noſtri, legis Moyſi exordia eſſe ſignificantur. Nouiſſima verò eius euangelium eſſe monſtratur. Vnde Eccleſiaſtes ait:Meliora ſunt nouiſſima ſermonis, quàm initium eius. Proinde meliora ſunt myſteria euangelij renelata in Chriſto,legis ſignificationibus & figuris:meliora ſacrificia cordium contritorũ, quàm holocauſtomata pecudum.Melior manifeſtatio veritatis in euangelio, quàm allegoriarum vmbra in veteri teſtamento. Sic itaq; benedixit dominus nouiſſimis Iob magis quàm principio eius:vt in vtroque populo,Iudæorum & gentium,gratia abũdaret:quos populos ſecundum morum qualitates,quaſi ſub diuerſorum animalium nominib' hæc ſcriptura voluit appellare. Quam verò ſignificationem eadem animalium in ſe vocabula contineant,in principio operis iſtius dixiſſe me memini. Duplicatum verò horum animalium numerum, propter vtrumque populum puto : ſiue propter abundantiorem gratiam euangelij:vt iam diximus,de qua Apoſtolus ait:Sufficiẽtia noſtra ex deo eſt:qui & idoneos nos fecit,& miniſtros noui teſtamẽti,non litera, ſed ſpiritu: litera enim occidit: ſpiritus autem viuificat. d ¶Et fuerunt ei ſeptem filij & tres filię.)Quòd ſeptem filios & tres filias refertur habuiſſe : gratiarum ſeptenarius numerus indicatur,& legis prophetiæ : & gratiæ vt in principio huius dixi. Quas pater earum moriens fecit cohæredes fratrum ſuorum: id eſt,animas quas per ſpiritum gratiarum in teſtamento diuinarum ſcripturarum incorporat, eas vtique promiſſionum ſuarum fecit eſſe participes. Earũ quoque filiarum ſignificanter nomina poſita, magnum in ſe continent ſacramentum. e ¶ Et vocauit &c.) Dies ergo lex dei eſt, quæ ad cognitionem veritatis,humanæ ignorantiæ noctem illuminat. Caſia ſanctæ vnctionis eſt donum, Cornu ſtibij, cõpetentiſſimè euangelicis copiis eccleſiæq; diuitiis coaptatur : quæ ſpiritualium rerum theſaurus eſt. Cornu verò ad inſigne regium,& dignitatem eccleſiæ pertinet:ſicut ait propheta: Exaltauit cornu Chriſti ſui. Figuram ergo ſanctus Iob manifeſtè habuit ſaluatoris:& in hoc q; ex ditiſſimo egens & pauper factus eſt,vt nos locupletaremur. Circa corpus eius omnem poteſtatem ſuam diabolus exercuit: ſed nihil profecit:ſicut ipſe dominus ait: Veniet enim princeps mũdi, & in me nihil inueniet. Quemadmodum etiam beatus Iob poſt damnum filiorum infidelium ditatus in filijs eſt : ita & ſaluator poſt amiſſionem filiorum infidelium ditatus eſt in gentibus. Per multa ergo ſanctus Iob domini noſtri paſſionem quoque & patientiam figurauit, numero filiorum & filiarum nominibus,ſeptiformem gratiam ſpiritus ſancti legis, & prophetarum atque euangelij in ſaluatorem noſtrum plenitudinem portendebat futuram.In quo requieuit ſpiritus ſapientiæ & intellectus : ſpiritus conſilij & virtutis : ſpiritus ſcientiæ & pietatis,repleuit eum ſpiritus timoris dei:quod intelligendũ eſt,plenus dierum. Tãdem releuatus longæ explanationis onere, velut depoſito graui faſce reſpirans : ad te beatiſſime pater Vincenti,clauſulã ſermonis mei dirigo,petens vt ſi quid in hoc opere dignum probabili veritate perſpexeris, etiam circa meam exiguitatem largiſſima domini noſtri dona mireris: obſecro ne aut amico fauore permulceas:aut beniuola excuſatione defendas. Quſa nolo eminentiam iudicij tui à ſuę dignitatis ſublimitate deiicias, ſed potius ſic opuſculum meum laudabile facias, dum incondita eius corrigendo retractas,& perfecta emendatione caſtigas.

a ſuper eum caput: & cõſolati ſunt eum ſuper omni malo quod intulerat dominus ſuper eum. Et dederunt ei vnuſquiſque ouem vnam,& inaurem aureã vnam. Dõminus autẽ benedixit nouiſſimis Iob magis quàm principio eius. Et facta ſunt ei quatuordecim milia ouium : & ſex milia camelorum: & mille iuga boum : & mille aſinæ: & fuerũt ei ſeptem filij & tres filię. Et vocauit nomẽ vnius diem: & nomen ſecundæ caſia: & nomen tertiæ cornu ſtibij.Non ſunt autem inuẽtæ mulieres ſpecioſæ,ſicut filię Iob in vniuerſa terra. Deditq; eis pater ſuus hæreditatem inter fratres earum. Vixit autem Iob poſt flagella hæc centum quadraginta annis : & vidit filios ſuos , & filios filiorum ſuorum: vſq; ad quartam generationem:&mortuus eſt ſenex, & plenus dierum.

Commentariorum in Iob finis.

Tomi ſeptimi finis.

Index quaternionum.

a b c d e f g h i k l m n o

Omnes ſunt quaterniones præter n & o terniones.

PARISIIS
Excudebat Carola Guillard anno domini milleſimo quingenteſimo quadrageſimoſexto.

Concuerda con el Original de Sancto Thomas de Auila de .1616. corregiese este libro por comission de los Señores inquisidores del Reyno de Castilla con forma al nuevo Expurgatorio de S. Offic.º de Toledo
D. Miguel Perez Reyna